xxx. g. 6

Digitized by Google

3 VOLS

H10V

~~#250~~

150 —

Digitized by Google

Digitized by Google

# HISTORIA ECCLESIÆ LUSITANÆ.

Da Livraria da Congr.am do Oratr.o do Porto.

Digitized by Google



Digitized by Google

# HISTORIA ECCLESIÆ LUSITANÆ

*Per ſingula ſæcula ab Euangelio promulgato:*

AUCTORE

D. THOMA AB INCARNATIONE

Canonico Regulari Lateranenſi Congregationis Reformatæ S. Crucis, in Academia Pontificia Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Profeſſore publico, & Doctore Theologo Colimbrienſi.

TOMUS I.



COLIMBRIÆ: MDCCLIX.

Ex Prælo Academiæ Pontificiæ.

*Superiorum permiſſu.*

Digitized by Google

Duplicado
da
Bibl. Portuense

Digitized by Google

# SANCTISSIMO DOMINO D. CLEMENTI XIII. PONTIFICI OPT. MAX.

ETſi magnopere optandum ſit omnibus, qui ſuis in vulgus ſpargendis laboribus conſulunt, in operum initio potentiſſimorum Mecenatum nomina inſcribere, quorum auctoritate, & præſidiis tuta eva-

5.

Digitized by Google

*dant, & abſque cenſorum virgæ ſeveritate per omnium manus undequaque volitentur, verebar ſane, nec ſine cauſa, ne ſupremo omnium Antiſtiti pretioſioribus victimis invocando, dignioribuſque muneribus propitiando munuſculum hocce minus gratum foret, & mihi temeritatis vitio vertendum, quod tanto Patrono auſus eſſem gloriari. Hac gloria mihi liceat ſuperbire, quæ non à typho, arrogantive animo proficiſcitur, ſed ex quodam jure, ac ſtricto debito, quod ſi non ſolverem, indignus eſſem, qui hanc lucem, qua degimus, poſſem haurire. Tua eſt Academia Pontificia Liturgiæ, & Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ; tuum igitur eſt quidquid in ipſa laboratur & fit, & ſine tui dominii diſpendio alii nequit adrogari. Te non latet, quo zelo, quo ſtudio, & qua ſolicitudine Sanctiſſimus* D. BENEDICTUS XIV. *Deceſſor tuus feliciſſimæ recordationis in Regio Mo-*



Digitized by Google

naſterio S. Crucis Colimbrienſi Canonicorum Regularium Magni P. Auguſtini Academiam iſtam cum duabus Cathedris moderandis una Sacrorum Rituum, altera Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ inſtituerit, erexerit, ac dotaverit. Tanti Pontificis curæ quanvis alio diffuſiſſimæ huc incredibili amore dividebantur, & ſiſtebant, non ſolum Fundatorem egit, ſed Protectorem, & Patrem; ut paterni amoris teſſeram largiſſimus præberet, celeberrima ſua opera, in queis ſuæ eximiæ ſapientiæ, Heterodoxis ipſis plaudentibus, ac demirantibus, theſauros concluſerat, ad nos hæreditario jure voluit pertinere. Ad quem igitur Academia iſtæc, quæ ab Apoſtolica Sede ſuum ortum duxit, incrementumque ſuſcepit primos ſuos labores dirigeret, voveretque, niſi ad Te, qui ad Summum Pontificatum univerſæ Eccleſiæ deſideriis evectus es, & in ſuprema Sede conſtitutus fir-



Digitized by Google

missima omnium nostrûm spectatione vigilabis, fovebis, tueberis tandem, nec Decessoris tui desideratissimi plurimi factum opus augere dedignaberis omnium illius virtutum ex asse verus hæres.

Hæc equidem sunt, quæ assiduum Mecenatem te precantur, & licet in jus sibi non vindicarent, alia sunt, quæ non minori laudatione probantur. Tibi utpote Pontifici Optimo Maximo Academiæ Pontificiæ opus consecro, Tibi ut Sapientissimo Viro Academiæ ipsius labores necesse quoque est consecrare. Ad Minervæ pedes Athenarum sapientium labores sistebant, Athenienſium falsam religionem exosus ad tuos pedes tantum sistam devoturus, cujus sapientiam, qua longe, lateque protrahitur diffusissima Ecclesia, demirantur omnes. Venetiis potentissima urbe, rerum publicarum felicissima Patritios Genitores sortitus, inter libros veluti natus, lite-



Digitized by Google

*ris collactaneus, ac coævus videbaris; in Bononiam decennis traductus te talem exhibuisti in pueritia, qualem vix alius se cuperet in Senio; Rhetoricæ, ac Philosophiæ ita puer incubuisti, ut Ciceronem, Hortensiumque, & primæ antiquitatis Philosophos aspicere viderentur, qui Te perorantem, aut ratiocinantem audire gestiebant. In patriam redux ipsam tuo nomine decorasti, Theologiæ, & Jurisprudentiæ gnarus inter omnes emicuisti, ut Patavina Academia Te inter suos Magistros adscribere impense volens Doctoratus insignibus ornaverit. In Theæteto Platonis à Theodoro laudatur juvenis, quod admirabilis esset ingenii, & temperati ad omnia nati, nullique publicarum felicitatum gradui imparis: quæ in Juvene laudavit Byssantius ille Sophista, Tibi juveni debebantur; cui jam majora, & dignissima parabantur urbis subsellia.*



Digitized by Google

*Romam adoleſcens acceſſiſti, in Academia Eccleſiaſtica exceptus es, quo loci adloſcentes nobiles inſtituuntur, qui Romanæ Eccleſiæ ſervitio ſtudent mancipari. His primævis, aliiſque tuæ ſapientiæ ſuccreſcentibus meritis cito regendis Ditionis Eccleſiaſticæ civitatibus adſcriptus es, Reatinæ primum, inde Fani Fortunæ civitati datus es Prætor. Quæ probitas! quæ prudentia! quæ integritas! quæ æquitas! Prætor non ſine faſcibus ad clementiam, non ſine ſecuri ad ſupplicium; omnia tibi æqua lance appendebantur. Juſtitiæ legibus aſſuetum, & veluti ipſius lacte enutritum Roma ipſa te abeſſe non ſinit, pro ſuis, quibus abundat foris judicem exoptavit, expetivit, ac adepta eſt; ad Congregationem, quæ præeſt conſultationibus ſtatus Eccleſiaſtici ſuffragium adlaturus adſumeris, inter viros Romanæ Rotæ duodecimum locum occupas. En quantam*



Digitized by Google

*tui nominis celebritatem ! quantam laudis ſegetem ! Negotiorum moles , quibus incubueras , ac ſapienter expedieras , Te integerrimum qua fide , qua juſtitia prædicabant, voceſque ingeminabant.*

*Sane æquiſſima Summorum Pontificum tuorum Deceſſorum una erat ratio , ut ad ſuperiora ſemper adimplenda te elegerint. Tuis meritis Sanctiſſimus* **CLEMENS XII.** *excitatus ad Eminentiſſimam Purpuratorum Patrum dignitatem evexit. Quot Reipublicæ Venetæ pro Filio Eminentiſſimo plauſus ! quæ omnium populorum , univerſæque Eccleſiæ gratulationes , non tam Tibi , quam Eminentiſſimo Senatui , qui à Te Eminentiam ſua mmutuabatur, qui in omnium virtutum, & literarum genere , ac omnibus dotibus ad eam ampliſſimam dignitatem eras equidem Eminentiſſimus. Te omnia Romanæ Curiæ Tribunalia ambiebant , pro*



Digitized by Google

*Te habendo judice certabant. Æquissimi ponderis judicio semper recolendæ memoriæ* CLEMENS XII. *Congregationibus Te adjecit Sacri Concilii Tridentini, Propagandæ Fidei, Sacræ consultationis, Visitationis Apostolicæ, Episcoporum, & Regularium, ac fabricæ D. Petri. Nec sola Tribunalia, verum & particulares Ecclesiæ Te ambierant sapientia tua fruituræ: Patavio tandem victoria fuit adjudicata. Sanctissimus* BENEDICTUS XIV. *Decessor tuus desideratissimus, cujus electioni tuo calculo suffragatus es, Patavinæ Ecclesiæ suffecit. Quantus, & uberrimus gloriæ cumulus Patavinæ urbi tanto suo ditatæ Doctore, tanto moderatæ Pastore!*

*Illuc statim receptus præclaram illam Ecclesiam moribus decorasti absolutissimis; exemplo præibas, leges, quas saluberrimas instituueras, non tam verbo protuleras, quam*



Digitized by Google

*opere adimpleveras. Vaſta Diœceſis tuis pedibus couculcata tuæ miſericordiæ, tuæ pietatis, tuæ doctrinæ longitudinem, latitudinem, ac profunditatem ſenſit. In omnes providus, in pauperes miſericors pietate, & doctrina præſtantes viros inquirebas, qui inſtruerent: Cleri reformatio, præſertim Sacerdotum, & Parochorum vehementer tibi erat cordi. Ut nova optimorum Sacerdotum progenies indies aſſurgeret, Seminarium Epiſcopale ad eam evexiſti amplitudinem, ut Civitati ornamento, & Eccleſiæ Patavinæ ſingulari ſit præſidio. Sed Te Patavio invidit Roma, Sacer Purpuratorum Patrum Senatus de tuis maximis virtutibus, & ſapientia certus, nec poſſe abſque tuorum meritorum jactura indolem intra unius urbis limites coercere ad Urbis, & totius Orbis natam regimen, & imperium, omnium calculorum conſenſu Te ad Summum Pontificatum*



Digitized by Google

*advocavit , Te Supremum universæ Eccle-ſiæ Antiſtitem plaudente Urbe , & Orbe re-nuntiavit. Jam Te bene de triplici corona meritum poſtulabant ſumma illa tua ſolicitu-do , vigilantia , prudentia , doctrina , & ſa-pientia , quibus per tot Romanæ Curiæ di-gnitates aſcenderas. Pithagoricam , aut Ægyptiorum Metempſychoſin non aſſero, ſed deteſtor , verum cum tot maximis ſapientiæ, & virtutum dotibus Te contemplor , fateri non renuo, aut Te parem omnibus ſimul De-ceſſoribus tuis unum vivere , aut eos omnes in Te uno refloruiſſe ; quos ad vivum unus apprime effingis. Igitur quiſquis Te huic-operi inſcriptum viderit , omni quidem jure prædicabit Te unum eſſe , quem omnes lite-ræ Mecenatem depoſcunt , nec me unquam conſultius egiſſe, quam Tanto Pontifici Aca-demiæ Liturgicæ Protectori , & ſapientiæ alumno Maximo id opus conſecrando. An-*



Digitized by Google

*nue, ut quod integro jure tuum eſt, publica hoc animi teſtimonio voveam. Interim ad tuos provolutus pedes in eorum obſequentiſſimo oſculo defixus Tuam Apoſtolicam benedictionem enixe precor, & tuo præſidio, auctoritateque Hiſtoriam Eccleſiæ Luſitanæ, quæ cum ſuis Principibus à ſuæ infantiæ unguiculis Romanæ extitit fideliſſima, foveas, & tuearis.*

Humillimus, obſequentiſſimus, ac obedientiſſimus
Filius, & Servus

D. Thomas ab Incarnatione

*Canonicus Regularis.*

Digitized by Google

# FACULTAS
## Ordinis.

DOmnus Franciscus ab Annuntiatione a' Conciliis Regiæ Majestatis, Prior Generalis, Reformator, ac Visitator Canonicorum Regularium Lateranensium per Lusitaniam cum potestate Capituli Generalis, & Definitorii a Sede Apostolica Antistes in suo Territorio exempto *Nullius Diœcesis* cum jurisdictione quasi Episcopali immediata Sedi Apostolicæ, Cancellarius Academiæ Colimbrienſis, &c.

Facultatem facimus, ut opus Historiæ Ecclesiæ Lusitanæ à D. Thoma ab Incarnatione Canonico Regulari Historiæ Ecclesiasticæ Professore publico compositum, & ab ejusdem Congregationis Canonicis doctis approbatum typis mandetur, in cujus rei testimonium hujusmodi literas dedimus Congregationis sigillo munitas. In Regio Monasterio S. Crucis Colimbrienſi die vigesima sexta Augusti anno millesimo septingentesimo quinquagesimo octavo.

*D. Franciscus ab Annuntiatione Prior Generalis Cancellarius, ac Reformator.*

# LICENÇAS
## Do S. Officio.

PO'de-se imprimir, e naõ correrá sem nova licença, para o que torne conferido. Coimbra em Meza 19. de Septembro de 1758.

*Vasconcellos. Pitta.*

Digitized by Google

# DO ORDINARIO.

DOm Miguel da Annunciaçaõ Conego Regular de Santo Auguſtinho, da Congregaçaõ reformada de Santa Cruz, por mercê de Deos, e da Santa Sé Apoſtolica, Biſpo de Coimbra, Conde de Arganil, Senhor de Cõja, e do Conſelho de Sua Mageſtade Fideliſſima.

Damos licença ao Reverendo Padre Dom Thomaz da Encarnaçaõ Conego Regular, Doutor em Theologia, e Lente da Hiſtoria Eccleſiaſtica, para que poſſa imprimir a obra da Hiſtoria Luſitana, viſta, e approvada por peſſoas doutas. Folques, 17. de Outubro de 1758.

*D. Miguel Biſpo Conde.*

# DO PAÇO.

QUe ſe poſſa imprimir viſtas as licenças do Santo Officio, e Ordinario; e depois de impreſſo, e reviſto, tornará á Meza para ſe taxar, e dar licença para que corra: ſem a que naõ correrá. Lisboa, 12. de Janeiro de 1759.

*Carvalho. Velho. Caſtello. Affonſeca. Pacheco. Sequeira.*

QUe poſſa correr, e taxaõ o livro, de que ſe faz mençaõ, em oitocentos reis. Lisboa, 15. de Dezembro de 1759.

*Com quatro Rubricas.*

***

Digitized by Google

# PROLUSIO AUCTORIS

## *Ad Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Auditores in Academia Pontificia.*

QUID non mortalia pectora cogit? Clariſſimi, & Religioſiſſimi Juvenes, non auri ſacra fames, ſicut de Polymneſtore cecinit Mantuanus, ſed virtus illa, qua homines veluti libero exuti arbitrio rationis ſophiſmata, rationabiliaque naturæ argumenta fugiunt, majorum ſuorum præcepta neſciunt non adimplere, & aliis totum, quod vellent, ſine mora, & ſine craſtino exhibent demandandum. Alius religione, virtute, & ſapientia valde præditus hujus cathedræ Profeſſor publicus fuerat deſignatus; per annum integrum eam aſcendit omnium votis, ac fortaſſe majori expectatione, & profectu, quam ego nunc ſpondere valeam, Eccleſiaſticam Hiſtoriam eruditum. Aſt infirmis viribus fractus, ægritudinis moleſtias paſſus valetudine neceſſaria non pollens labori pepercit, cui validus numquam parceret, acceptam provinciam dereliquit; quod mehercule doleo, ac etiam dolere credo omnes, qui ſub ejus indefeſſo labore rerum antiquitates explorare, & ſcire curabatis. Hiſtoriæ Magiſterio renuntiavit ille: verum Reverendiſſimus Præſul D. FRANCISCUS AB ANNUNTIATIONE, cujus ductu dirigimur, cujus vox, nutus, aut quodvis ſuæ voluntatis ſignum nobis præceptum ſit ſolidum, nullaque violatione prætermittendum me ex tot ſapientiſſimis Magiſtris hujus Academiæ, & Canonicæ Congregationis minimum, & imparem Apoſtolica auctoritate deſignavit, qui ſuccederem, & proprietatis via Hiſtoriam Eccleſiaſticam profiterer, & illius cathedram moderarer.

Digitized by Google

Fateor, & non mentior, credite, electione ancipitem aliquantiſper fuiſſe territum, in memetipſum injeciſſe oculos, extrinſecus, intrinſecuſque præmeditatus, abſque viribus, abſque ingenio, abſque ſapientia deſtinato labore dignis me reperi, ac in his omnibus à ceteris Magiſtris ſuperatum, in foro, in platea coram populo, coram plebe, coram proceribus prædicabo. Enim vero ipſa, quæ præcepit manus ſub eo, qui poteſt omnia, & virtutem, & vires, & ſapientiam, ſpero, ſuppeditabit: non enim in ſubdito conſilium, non ratio, non diſcrimen, non diſplicere: ſuperiori à me non erat reſiſtendum, ſed ferendum: judicavit ille, juſſit, potuit quidem: ego feram, patiar, pro viribus agam; & ſi mihi ſint linguæ centum, ſint oraque centum, humaniſſimo Præſuli de honore collato, & ſua erga me maxima benevolentia congratularer.

De Hiſtoria nullam in præſentia locupletem narrationem facio, illius laudes, utilitatem, dignitatem, ac præſtantiam brevi commendavit Tullius, dum illam nuncupavit: *Temporum teſtem, lucem veritatis, vitam memoriæ, Magiſtram vitæ, nuntium vetuſtatis*: illius neceſſitatem ceteris facultatibus addiſcendis agnoviſtis omnes ex illa elegantiſſima oratione, quæ elapſo anno ab eruditiſſimo Prædeceſſore meo prælo divulgata eſt, & omnium manibus intra, ultraque regnum volutatur. Id dicam: medius fidius experiemini meam induſtriam, meam diligentiam, meos labores, ut auditores, quos omni veneratione proſequor, Luſitanæ Eccleſiæ rebus inſtruam, & faciam quod omnium ſtudium ſub alio Magiſtro inceptum mecum non jaceat, ſed augeatur.

Luſitanæ Eccleſiæ Hiſtoriæ totus incumbo; & pudore quodam effundor, cum ceteras contemplor nationes ſuarum Eccleſiarum antiquitates, & faſtos divulgantes, & publici facientes juris, quæ inter archivorum pulverem abſcondebantur, indeque ad Luſitaniam tot ingeniorum, rerumque clariſſimarum feraciſſimam oculos converto; & hiſtoriographum nullum ad manus habeo, qui à primis

Digitized by Google

usque Christianæ religionis crepundiis opus id integrum, absolutumque ederet, aut attentaret. Temeritatis, nescio, an incusser, quod Cimmerios tractus ingredi videar, cum nulla, aut vix parva monumentorum lux, prout Historiæ opus est, iter demonstret, quo pes tutus sistat (primis enim temporibus non scribendo, sed agendo ubique vacantes Christiani plura tradere, quam scriptis mandare, consueverunt,) caliginemque reddant densiorem tot Pseudochronica fabulis, & figmentis referta, quæ à sæculo decimo sexto exeunte malè feriati animi reipublicæ literariæ detrimento sparserunt in vulgus. Cimmeriam fateor Lusitanæ Ecclesiæ historiæ regionem, nec propterea fugiendum, si aliunde lux habeatur, quæ caliginem dissipet, & Pseudochronicorum figmenta expellat.

Non modicam lucem suppeditant Romanorum Pontificum Decretales Epistolæ ad Hispanos Episcopos, Conciliorum Hispanorum acta, veteres Patres, qui Hispaniensium inter conscribendum meminerunt, inscripti lapides ex aggeribus, quibus coacervabantur, avulsi, instrumenta plurima scripta, quæ in Monasteriorum, & Cathedralium Ecclesiarum vetustis archivis custodiuntur, denique nostrarum provinciarum traditio, & ipsa universalis Ecclesiæ Historia, ex iis quantum & studio, & ingenio, & viribus potui, materiam eduxi opus istud facturus; & siquis me ultra propriam segetem progredi arguit, quod inter Lusitanæ Ecclesiæ rescribendas ceterarum Hispaniensium provinciarum meminerim, Romanæ, & Orientalis Ecclesiarum mores, ac disciplinam non sileam: sciat, vehementer quæso, omnes Hispaniarum provincias primis iis temporibus inrer se ea consuetudine fuisse conjunctas, ut uni, eidemque Cæsari, aut Regi parerent; & apud exteros Hispaniensium nomine venire Lusitanos pariter, Bæticos, ac Tarraconenses: eam quoque fuisse Hispaniensium Ecclesiarum disciplinam sanctam, puram, ac immaculatam, ut à Romana, & aliis Græciæ non esset aliena. Qua tamen methodo, & ratione? circa ista unicuique suus est stilus, unicui-

Digitized by Google

que ſua dicendi indoles; ſcribendi hanc methodum ſequar, quæ mihi arriſit.

Prolegomena prius vobis expono, in iis de Luſitaniæ, & Portugaliæ nomine, de Geographia civili, & ſacra, brevi quantum ad Hiſtoriæ noſtræ agnitionem adtinet; de Religione, quæ ante Euangelium a Luſitanis colebatur, de celeberrima Era Hiſpanienſi, qua Luſitani in rebus Eccleſiaſticis, & civilibus utebantur: regulas tandem Criticæ adfero, ut exactiores Auctores ſeligantur, ac monumenta, quibus de Luſitanæ Eccleſiæ antiquitatibus credendum eſt. Prolegomenis exaratis, ab Euangelio promulgato, res in Luſitania geſtas per ſæcula unaquæque ſua diſponam; in eorum ſingulis diligenter, fideliterque agam de Epiſcopis, qui Luſitaniæ Eccleſias fundarunt, docuerunt, rexeruntque, de Conciliis ad Eccleſiam noſtram ſpectantibus, de Romani Pontificis Primatu, & auctoritate per Luſitaniam, de Imperatoribus, & Regibus, ac eorum fortuna, de veteri Eccleſiarum noſtrarum diſciplina, de viris ſanctitate, & literis illuſtribus, de perſecutionibus adverſus Fidem, de erroribus, & hæreſibus, quæ motæ ſunt, aut adoleverunt. Dubiorum pondera librabo ſedulus, magis veritatis deſiderio, quam inſano patriæ amore abreptus, quo ſeducti ſunt plurimi.

Etſi hæc ſcribendi methodus aliis non placeat; vetus proverbium norunt omnes, quod unuſquiſque in ſuo ſenſu abundat. Nec Hortenſium parvi ducimus, quod Ciceroni aliquando diſſentiat, nec Saluſtium deſpicatui habemus, quod à Liviano tramite in dicendo deflectat, nec Catulli poemata ignobilia exiſtimabimus, quod Homeri, & Virgilii ſublimitatem non adæquaverit. Id, quod Hieronymus ad Auguſtinum Parentem Magnum olim ſcripſerat, referre juvat: *In Scripturarum campo, ſi placet, ſine noſtro invicem dolore ludamus.* Annuat Deus Optimus Maximus, ut ex hocce meo qualicumque labore nonnihil utilitatis in publicum prodeat, & gloriæ in Deum, & Virginem Matrem redundet.

Digitized by Google

# INDEX
## CAPITUM.

### PROLEGOMENA.


CAPUT I. *De Luſitaniæ nomine.* pag. 1.
CAPUT II. *Quibus finibus contineatur Eccleſia Luſitana.* pag. 6.
CAPUT III. *Quænam Religio in Luſitania ante Euangelium colebatur.* pag. 51.
CAPUT IV. *De Era Hiſpaniæ à Luſitanis obſervata* pag. 59.
CAPUT V. *De Arte Critica ad Hiſtoriæ veritatem.* pag. 67.


### SÆCULO I.


CAPUT I. *Quando Euangelium in Luſitania promulgatum fuit.* pag. 75.
CAPUT II. *De Viris Illuſtribus, qui primo ſæculo Religionem Chriſtianam in Luſitaniam adtulerunt.* pag. 93.
CAPUT III. *De Romanorum Imperatoribus Luſitaniæ imperantibus.* pag. 103.
CAPUT IV. *De Perſecutionibus, quæ per Luſitaniam adverſus Chriſtianos excitatæ ſunt.* pag. 110.
CAPUT V. *De Vita Regulari, & Eremitica per Luſitaniam.* pag. 115.


### SÆCULO II. & III.


CAPUT I. *De Fidei diffuſione, & conſervatione.* pag. 121.
CAPUT II. *De Portugaliæ Epiſcopis.* pag. 122.
CAPUT III. *De Conciliis.* pag. 125.
CAPUT IV. *Romani Pontificis Primatus, & auctoritas per Luſitaniam.* pag. 128.


Digitized by Google

CAPUT V. *Epistolæ Romanorum Pontificum ad nostratum Hispaniarum Episcopos suppositæ.* pag. 130.
CAPUT VI. *De Imperatoribus Lusitaniæ imperantibus.* pag. 134.
CAPUT VII. *De Lusitaniæ Martyribus.* pag. 140.
CAPUT VIII. *De Hæresibus.* pag. 147.
CAPUT IX. *De Libellaticorum facinore per Lusitaniam.* pag. 149.

## SÆCULO IV.

CAPUT I. *De Fidei conservatione.* pag. 152.
CAPUT II. *De Metropolitanis, & Episcopis.* pag. 153.
CAPUT III. *Romani Pontificis Primatus per Lusitaniam.* pag. 160.
CAPUT IV. *De Conciliis.* pag. 164.
CAPUT V. *De Imperatoribus Lusitaniæ imperantibus.* pag. 194.
CAPUT VI. *De Lusitaniæ Martyribus, & aliis viris sanctitate insignibus* pag. 214.
CAPUT VII. *De Hæresibus per Lusitaniam.* pag. 223.

## SÆCULO V.

CAPUT I. *De Episcopis Lusitaniæ.* pag. 225
CAPUT II. *De Concilio Toletano* I. *universæ Hispaniæ generali.* pag. 234.
CAPUT III. *De Concilio Bracarensi* I. pag. 238.
CAPUT IV. *De aliis Conciliis ad Lusitaniam spectantibus.* pag. 249.
CAPUT V. *De Romani Pontificis Primatu per Lusitaniam.* pag. 251
CAPUT VI. *De Lusitaniæ Regibus.* pag. 251.
CAPUT VII. *De Origine Alanorum, Suevorum Wandalorum, ac Gothorum, qui Lusitaniam invaserunt.* pag. 257.
CAPUT VIII. *De Viris sanctitate, & sapientia Illustribus.* pag. 260.

Digitized by Google

XXX . g . 6

Digitized by Google

3 VOLS

H10V

~~$2.50~~

1.50 —

Digitized by Google

Digitized by Google

# HISTORIA ECCLESIÆ LUSITANÆ.

*Da Livraria da Congr.am da Oratr.a do Porto.*

Digitized by Google

Digitized by Google

# HISTORIA ECCLESIÆ LUSITANÆ

*Per ſingula ſæcula ab Euangelio promulgato:*

AUCTORE
D. THOMA AB INCARNATIONE
Canonico Regulari Lateranenſi Congregationis Reformatæ S. Crucis, in Academia Pontificia Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Profeſſore publico, & Doctore Theologo Colimbrienſi.

TOMUS I.



COLIMBRIÆ: MDCCLIX.

Ex Prælo Academiæ Pontificiæ.
*Superiorum permiſſu.*

Digitized by Google

Duplicado
da
Bibl. Portuense

Digitized by Google

# SANCTISSIMO DOMINO D. CLEMENTI XIII. PONTIFICI OPT. MAX.

ETsi magnopere optandum sit omnibus, qui suis in vulgus spargendis laboribus consulunt, in operum initio potentissimorum Mecenatum nomina inscribere, quorum auctoritate, & præsidiis tuta eva-



Digitized by Google

*dant, & abſque cenſorum virgæ ſeveritate per omnium manus undequaque volitentur, verebar ſane, nec ſine cauſa, ne ſupremo omnium Antiſtiti pretioſioribus victimis invocando, dignioribuſque muneribus propitiando munuſculum hocce minus gratum foret, & mihi temeritatis vitio vertendum, quod tanto Patrono auſus eſſem gloriari. Hac gloria mihi liceat ſuperbire, quæ non à typho, arrogantive animo proficiſcitur, ſed ex quodam jure, ac ſtricto debito, quod ſi non ſolverem, indignus eſſem, qui hanc lucem, qua degimus, poſſem haurire. Tua eſt Academia Pontificia Liturgiæ, & Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ; tuum igitur eſt quidquid in ipſa laboratur & fit, & ſine tui dominii diſpendio alii nequit adrogari. Te non latet, quo zelo, quo ſtudio, & qua ſolicitudine Sanctiſſimus* D. BENEDICTUS XIV. *Deceſſor tuus feliciſſimæ recordationis in Regio Mo-*



Digitized by Google

*naſterio S. Crucis Colimbrienſi Canonicorum Regularium Magni P. Auguſtini Academiam iſtam cum duabus Cathedris moderandis una Sacrorum Rituum, altera Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ inſtituerit, erexerit, ac dotaverit. Tanti Pontificis curæ quanvis alio diffuſiſſimæ huc incredibili amore dividebantur, & ſiſtebant, non ſolum Fundatorem egit, ſed Protectorem, & Patrem; ut paterni amoris teſſeram largiſſimus præberet, celeberrima ſua opera, in queis ſuæ eximiæ ſapientiæ, Heterodoxis ipſis plaudentibus, ac demirantibus, theſauros concluſerat, ad nos hæreditario jure voluit pertinere. Ad quem igitur Academia iſtæc, quæ ab Apoſtolica Sede ſuum ortum duxit, incrementumque ſuſcepit primos ſuos labores dirigeret, voveretque, niſi ad Te, qui ad Summum Pontificatum univerſæ Eccleſiæ deſideriis evectus es, & in ſuprema Sede conſtitutus ſir-*



Digitized by Google

*missima omnium nostrûm spectatione vigilabis, fovebis, tueberis tandem, nec Decessoris tui desideratissimi plurimi factum opus augere dedignaberis omnium illius virtutum ex asse verus hæres.*

*Hæc equidem sunt, quæ assiduum Mecenatem te precantur, & licet in jus sibi non vindicarent, alia sunt, quæ non minori laudatione probantur. Tibi utpote Pontifici Optimo Maximo Academiæ Pontificiæ opus consecro, Tibi ut Sapientissimo Viro Academiæ ipsius labores necesse quoque est consecrare. Ad Minervæ pedes Athenarum sapientium labores sistebant, Athenienſium falsam religionem exosus ad tuos pedes tantum sistam devoturus, cujus sapientiam, qua longe, lateque protrahitur diffusissima Ecclesia, demirantur omnes. Venetiis potentissima urbe, rerum publicarum felicissima Patritios Genitores sortitus, inter libros veluti natus, lite-*



Digitized by Google

*ris collactaneus, ac coævus videbaris; in Bononiam decennis traductus te talem exhibuisti in pueritia, qualem vix alius se cuperet in Senio; Rhetoricæ, ac Philosophiæ ita puer incubuisti, ut Ciceronem, Hortensiumque, & primæ antiquitatis Philosophos aspicere viderentur, qui Te perorantem, aut ratiocinantem audire gestiebant. In patriam redux ipsam tuo nomine decorasti, Theologiæ, & Jurisprudentiæ gnarus inter omnes emicuisti, ut Patavina Academia Te inter suos Magistros adscribere impense volens Doctoratus insignibus ornaverit. In Theæteto Platonis à Theodoro laudatur juvenis, quod admirabilis esset ingenii, & temperati ad omnia nati, nullique publicarum felicitatum gradui imparis: quæ in Juvene laudavit Byssantius ille Sophista, Tibi juveni debebantur; cui jam majora, & dignissima parabantur urbis subsellia.*



Digitized by Google

*Romam adoleſcens acceſſiſti, in Academia Eccleſiaſtica exceptus es, quo loci adloſcentes nobiles inſtituuntur, qui Romanæ Eccleſiæ ſervitio ſtudent mancipari. His primævis, aliiſque tuæ ſapientiæ ſuccreſcentibus meritis cito regendis Ditionis Eccleſiaſticæ civitatibus adſcriptus es, Reatinæ primum, inde Fani Fortunæ civitati datus es Prætor. Quæ probitas! quæ prudentia! quæ integritas! quæ æquitas! Prætor non ſine faſcibus ad clementiam, non ſine ſecuri ad ſupplicium; omnia tibi æqua lance appendebantur. Juſtitiæ legibus aſſuetum, & veluti ipſius lacte enutritum Roma ipſa te abeſſe non ſinit, pro ſuis, quibus abundat foris judicem exoptavit, expetivit, ac adepta eſt; ad Congregationem, quæ præeſt conſultationibus ſtatus Eccleſiaſtici ſuffragium adlaturus adſumeris, inter viros Romanæ Rotæ duodecimum locum occupas. En quantam*



Digitized by Google

*tui nominis celebritatem ! quantam laudis ſegetem ! Negotiorum moles, quibus incubueras, ac ſapienter expedieras, Te integerrimum qua fide, qua juſtitia prædicabant, voceſque ingeminabant.*

*Sane æquiſſima Summorum Pontificum tuorum Deceſſorum una erat ratio, ut ad ſuperiora ſemper adimplenda te elegerint. Tuis meritis Sanctiſſimus* **CLEMENS XII.** *excitatus ad Eminentiſſimam Purpuratorum Patrum dignitatem evexit. Quot Reipublicæ Venetæ pro Filio Eminentiſſimo plauſus ! quæ omnium populorum, univerſæque Eccleſiæ gratulationes, non tam Tibi, quam Eminentiſſimo Senatui, qui à Te Eminentiam ſua mmutuabatur, qui in omnium virtutum, & literarum genere, ac omnibus dotibus ad eam ampliſſimam dignitatem eras equidem Eminentiſſimus. Te omnia Romanæ Curiæ Tribunalia ambiebant, pro*



Digitized by Google

*Te habendo judice certabant. Æquissimi ponderis judicio semper recolendæ memoriæ* **CLEMENS XII.** *Congregationibus Te adjecit Sacri Concilii Tridentini, Propagandæ Fidei, Sacræ consultationis, Visitationis Apostolicæ, Episcoporum, & Regularium, ac fabricæ D. Petri. Nec sola Tribunalia, verum & particulares Ecclesiæ Te ambierant sapientia tua fruituræ: Patavio tandem victoria fuit adjudicata. Sanctissimus* **BENEDICTUS XIV.** *Decessor tuus desideratissimus, cujus electioni tuo calculo suffragatus es, Patavinæ Ecclesiæ suffecit. Quantus, & uberrimus gloriæ cumulus Patavinæ urbi tanto suo ditatæ Doctore, tanto moderatæ Pastore!*

*Illuc statim receptus præclaram illam Ecclesiam moribus decorasti absolutissimis; exemplo præibas, leges, quas saluberrimas instituueras, non tam verbo protuleras, quam*



Digitized by Google

*opere adimpleveras. Vaſta Diœceſis tuis pedibus couculcata tuæ miſericordiæ, tuæ pietatis, tuæ doctrinæ longitudinem, latitudinem, ac profunditatem ſenſit. In omnes providus, in pauperes miſericors pietate, & doctrina præſtantes viros inquirebas, qui inſtruerent: Cleri reformatio, præſertim Sacerdotum, & Parochorum vehementer tibi erat cordi. Ut nova optimorum Sacerdotum progenies indies aſſurgeret, Seminarium Epiſcopale ad eam evexiſti amplitudinem, ut Civitati ornamento, & Eccleſiæ Patavinæ ſingulari ſit præſidio. Sed Te Patavio invidit Roma, Sacer Purpuratorum Patrum Senatus de tuis maximis virtutibus, & ſapientia certus, nec poſſe abſque tuorum meritorum jactura indolem intra unius urbis limites coercere ad Urbis, & totius Orbis natam regimen, & imperium, omnium calculorum conſenſu Te ad Summum Pontificatum*



Digitized by Google

*advocavit , Te Supremum universæ Eccle-ſiæ Antiſtitem plaudente Urbe , & Orbe re-nuntiavit. Jam Te bene de triplici corona meritum poſtulabant ſumma illa tua ſolicitu-do , vigilantia , prudentia , doctrina , & ſa-pientia , quibus per tot Romanæ Curiæ di-gnitates aſcenderas. Pithagoricam , aut Ægyptiorum Metempſychoſin non aſſero, ſed deteſtor , verum cum tot maximis ſapientiæ, & virtutum dotibus Te contemplor , fateri non renuo, aut Te parem omnibus ſimul De-ceſſoribus tuis unum vivere , aut eos omnes in Te uno refloruiſſe ; quos ad vivum unus apprime effingis. Igitur quiſquis Te huic-operi inſcriptum viderit , omni quidem jure prædicabit Te unum eſſe , quem omnes lite-ræ Mecenatem depoſcunt , nec me unquam conſultius egiſſe, quam Tanto Pontifici Aca-demiæ Liturgicæ Protectori , & ſapientiæ alumno Maximo id opus conſecrando. An-*



Digitized by Google

*nue, ut quod integro jure tuum eſt, publica hoc animi teſtimonio voveam. Interim ad tuos provolutus pedes in eorum obſequentiſſimo oſculo defixus Tuam Apoſtolicam benedictionem enixe precor, & tuo præſidio, auctoritateque Hiſtoriam Eccleſiæ Luſitanæ, quæ cum ſuis Principibus à ſuæ infantiæ unguiculis Romanæ extitit fideliſſima, foveas, & tuearis.*

Humillimus, obſequentiſſimus, ac obedientiſſimus
Filius, & Servus

D. Thomas ab Incarnatione

*Canonicus Regularis.*

Digitized by Google

# FACULTAS
## Ordinis.

DOMNUS FRANCISCUS AB ANNUNTIATIONE A' CONCILIIS Regiæ Majeſtatis, Prior Generalis, Reformator, ac Viſitator Canonicorum Regularium Lateranenſium per Luſitaniam cum poteſtate Capituli Generalis, & Definitorii a Sede Apoſtolica Antiſtes in ſuo Territorio exempto *Nullius Diœceſis* cum juriſdictione quaſi Epiſcopali immediata Sedi Apoſtolicæ, Cancellarius Academiæ Colimbrienſis, &c.

Facultatem facimus, ut opus Hiſtoriæ Eccleſiæ Luſitanæ à D. Thoma ab Incarnatione Canonico Regulari Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Profeſſore publico compoſitum, & ab ejuſdem Congregationis Canonicis doctis approbatum typis mandetur, in cujus rei teſtimonium hujuſmodi literas dedimus Congregationis ſigillo munitas. In Regio Monaſterio S. Crucis Colimbrienſi die vigeſima ſexta Auguſti anno milleſimo ſeptingenteſimo quinquageſimo octavo.

*D. Franciſcus ab Annuntiatione Prior Generalis Cancellarius, ac Reformator.*

# LICENÇAS
## Do S. Officio.

PO'de-ſe imprimir, e naõ correrá ſem nova licença, para o que torne conferido. Coimbra em Meza 19. de Septembro de 1758.

*Vaſconcellos. Pitta.*

Digitized by Google

# DO ORDINARIO.

DOm Miguel da Annunciaçaõ Conego Regular de Santo Auguſtinho, da Congregaçaõ reformada de Santa Cruz, por mercê de Deos, e da Santa Sé Apoſtolica, Biſpo de Coimbra, Conde de Arganil, Senhor de Cõja, e do Conſelho de Sua Mageſtade Fideliſſima.

Damos licença ao Reverendo Padre Dom Thomaz da Encarnaçaõ Conego Regular, Doutor em Theologia, e Lente da Hiſtoria Eccleſiaſtica, para que poſſa imprimir a obra da Hiſtoria Luſitana, viſta, e approvada por peſſoas doutas. Folques, 17. de Outubro de 1758.

*D. Miguel Biſpo Conde.*

# DO PAÇO.

QUe ſe poſſa imprimir viſtas as licenças do Santo Officio, e Ordinario; e depois de impreſſo, e reviſto, tornará á Meza para ſe taxar, e dar licença para que corra: ſem a que naõ correrá. Lisboa, 12. de Janeiro de 1759.

*Carvalho. Velho. Caſtello. Affonſeca. Pacheco. Sequeira.*

QUe poſſa correr, e taxaõ o livro, de que ſe faz mençaõ, em oitocentos reis. Lisboa, 15. de Dezembro de 1759.

*Com quatro Rubricas.*

***

Digitized by Google

# PROLUSIO AUCTORIS

## *Ad Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Auditores in Academia Pontificia.*

QUID non mortalia pectora cogit? Clariſſimi, & Religioſiſſimi Juvenes, non auri ſacra fames, ſicut de Polymneſtore cecinit Mantuanus, ſed virtus illa, qua homines veluti libero exuti arbitrio rationis ſophiſmata, rationabiliaque naturæ argumenta fugiunt, majorum ſuorum præcepta neſciunt non adimplere, & aliis totum, quod vellent, ſine mora, & ſine craſtino exhibent demandandum. Alius religione, virtute, & ſapientia valde præditus hujus cathedræ Profeſſor publicus fuerat deſignatus; per annum integrum eam aſcendit omnium votis, ac fortaſſe majori expectatione, & profectu, quam ego nunc ſpondere valeam, Eccleſiaſticam Hiſtoriam eruditum. Aſt infirmis viribus fractus, ægritudinis moleſtias paſſus valetudine neceſſaria non pollens labori pepercit, cui validus numquam parceret, acceptam provinciam dereliquit; quod mehercule doleo, ac etiam dolere credo omnes, qui ſub ejus indefeſſo labore rerum antiquitates explorare, & ſcire curabatis. Hiſtoriæ Magiſterio renuntiavit ille: verum Reverendiſſimus Præſul D. FRANCISCUS AB ANNUNTIATIONE, cujus ductu dirigimur, cujus vox, nutus, aut quodvis ſuæ voluntatis ſignum nobis præceptum ſit ſolidum, nullaque violatione prætermittendum me ex tot ſapientiſſimis Magiſtris hujus Academiæ, & Canonicæ Congregationis minimum, & imparem Apoſtolica auctoritate deſignavit, qui ſuccederem, & proprietatis via Hiſtoriam Eccleſiaſticam profiterer, & illius cathedram moderarer.

Digitized by Google

Fateor, & non mentior, credite, electione ancipitem aliquantiſper fuiſſe territum, in memetipſum injeciſſe oculos, extrinſecus, intrinſecuſque præmeditatus, abſque viribus, abſque ingenio, abſque ſapientia deſtinato labore dignis me reperi, ac in his omnibus à ceteris Magiſtris ſuperatum, in foro, in platea coram populo, coram plebe, coram proceribus prædicabo. Enim vero ipſa, quæ præcepit manus ſub eo, qui poteſt omnia, & virtutem, & vires, & ſapientiam, ſpero, ſuppeditabit: non enim in ſubdito conſilium, non ratio, non diſcrimen, non diſplicere: ſuperiori à me non erat reſiſtendum, ſed ferendum: judicavit ille, juſſit, potuit quidem: ego feram, patiar, pro viribus agam; & ſi mihi ſint linguæ centum, ſint oraque centum, humaniſſimo Præſuli de honore collato, & ſua erga me maxima benevolentia congratularer.

De Hiſtoria nullam in præſentia locupletem narrationem facio, illius laudes, utilitatem, dignitatem, ac præſtantiam brevi commendavit Tullius, dum illam nuncupavit: *Temporum teſtem*, *lucem veritatis*, *vitam memoriæ*, *Magiſtram vitæ*, *nuntium vetuſtatis*: illius neceſſitatem ceteris facultatibus addiſcendis agnoviſtis omnes ex illa elegantiſſima oratione, quæ elapſo anno ab eruditiſſimo Prædeceſſore meo prælo divulgata eſt, & omnium manibus intra, ultraque regnum volutatur. Id dicam: medius fidius experiemini meam induſtriam, meam diligentiam, meos labores, ut auditores, quos omni veneratione proſequor, Luſitanæ Eccleſiæ rebus inſtruam, & faciam quod omnium ſtudium ſub alio Magiſtro inceptum mecum non jaceat, ſed augeatur.

Luſitanæ Eccleſiæ Hiſtoriæ totus incumbo; & pudore quodam effundor, cum ceteras contemplor nationes ſuarum Eccleſiarum antiquitates, & faſtos divulgantes, & publici facientes juris, quæ inter archivorum pulverem abſcondebantur, indeque ad Luſitaniam tot ingeniorum, rerumque clariſſimarum feraciſſimam oculos converto; & hiſtoriographum nullum ad manus habeo, qui à primis

Digitized by Google

uſque Chriſtianæ religionis crepundiis opus id integrum, abſolutumque ederet, aut attentaret. Temeritatis, neſcio, an incuſer, quod Cimmerios tractus ingredi videar, cum nulla, aut vix parva monumentorum lux, prout Hiſtoriæ opus eſt, iter demonſtret, quo pes tutus ſiſtat (primis enim temporibus non ſcribendo, ſed agendo ubique vacantes Chriſtiani plura tradere, quam ſcriptis mandare, conſueverunt,) caliginemque reddant denſiorem tot Pſeudochronica fabulis, & figmentis referta, quæ à ſæculo decimo ſexto exeunte malè feriati animi reipublicæ literariæ detrimento ſparſerunt in vulgus. Cimmeriam fateor Luſitanæ Eccleſiæ hiſtoriæ regionem, nec propterea fugiendum, ſi aliunde lux habeatur, quæ caliginem diſſipet, & Pſeudochronicorum figmenta expellat.

Non modicam lucem ſuppeditant Romanorum Pontificum Decretales Epiſtolæ ad Hiſpanos Epiſcopos, Conciliorum Hiſpanorum acta, veteres Patres, qui Hiſpanienſium inter conſcribendum meminerunt, inſcripti lapides ex aggeribus, quibus coacervabantur, avulſi, inſtrumenta plurima ſcripta, quæ in Monaſteriorum, & Cathedralium Eccleſiarum vetuſtis archivis cuſtodiuntur, denique noſtrarum provinciarum traditio, & ipſa univerſalis Eccleſiæ Hiſtoria, ex iis quantum & ſtudio, & ingenio, & viribus potui, materiam eduxi opus iſtud facturus; & ſiquis me ultra propriam ſegetem progredi arguit, quod inter Luſitanæ Eccleſiæ reſcribendas ceterarum Hiſpanienſium provinciarum meminerim, Romanæ, & Orientalis Eccleſiarum mores, ac diſciplinam non ſileam: ſciat, vehementer quæſo, omnes Hiſpaniarum provincias primis iis temporibus inter ſe ea conſuetudine fuiſſe conjunctas, ut uni, eidemque Cæſari, aut Regi parerent; & apud exteros Hiſpanienſium nomine venire Luſitanos pariter, Bæticos, ac Tarraconenſes: eam quoque fuiſſe Hiſpanienſium Eccleſiarum diſciplinam ſanctam, puram, ac immaculatam, ut à Romana, & aliis Græciæ non eſſet aliena. Qua tamen methodo, & ratione? circa iſta unicuique ſuus eſt ſtilus, unicui-

Digitized by Google

que ſua dicendi indoles; ſcribendi hanc methodum ſequar, quæ mihi arriſit.

Prolegomena prius vobis expono, in iis de Luſitaniæ, & Portugaliæ nomine, de Geographia civili, & ſacra, brevi quantum ad Hiſtoriæ noſtræ agnitionem adtinet; de Religione, quæ ante Euangelium a Luſitanis colebatur, de celeberrima Era Hiſpanienſi, qua Luſitani in rebus Eccleſiaſticis, & civilibus utebantur: regulas tandem Criticæ adfero, ut exactiores Auctores ſeligantur, ac monumenta, quibus de Luſitanæ Eccleſiæ antiquitatibus credendum eſt. Prolegomenis exaratis, ab Euangelio promulgato, res in Luſitania geſtas per ſæcula unaquæque ſua diſponam; in eorum ſingulis diligenter, fideliterque agam de Epiſcopis, qui Luſitaniæ Eccleſias fundarunt, docuerunt, rexeruntque, de Conciliis ad Eccleſiam noſtram ſpectantibus, de Romani Pontificis Primatu, & auctoritate per Luſitaniam, de Imperatoribus, & Regibus, ac eorum fortuna, de veteri Eccleſiarum noſtrarum diſciplina, de viris ſanctitate, & literis illuſtribus, de perſecutionibus adverſus Fidem, de erroribus, & hæreſibus, quæ motæ ſunt, aut adoleverunt. Dubiorum pondera librabo ſedulus, magis veritatis deſiderio, quam inſano patriæ amore abreptus, quo ſeducti ſunt plurimi.

Etſi hæc ſcribendi methodus aliis non placeat; vetus proverbium norunt omnes, quod unuſquiſque in ſuo ſenſu abundat. Nec Hortenſium parvi ducimus, quod Ciceroni aliquando diſſentiat, nec Saluſtium deſpicatui habemus, quod à Liviano tramite in dicendo deflectat, nec Catulli poemata ignobilia exiſtimabimus, quod Homeri, & Virgilii ſublimitatem non adæquaverit. Id, quod Hieronymus ad Auguſtinum Parentem Magnum olim ſcripſerat, referre juvat: *In Scripturarum campo, ſi placet, ſine veſtro invicem dolore ludamus.* Annuat Deus Optimus Maximus, ut ex hocce meo qualicumque labore nonnihil utilitatis in publicum prodeat, & gloriæ in Deum, & Virginem Matrem redundet.

Digitized by Google

# INDEX
## CAPITUM.

### PROLEGOMENA.


CAPUT I. *De Luſitaniæ nomine.* pag. 1.
CAPUT II. *Quibus finibus contineatur Eccleſia Luſitana.* pag. 6.
CAPUT III. *Quænam Religio in Luſitania ante Euangelium colebatur.* pag. 51.
CAPUT IV. *De Era Hiſpaniæ à Luſitanis obſervata* pag. 59.
CAPUT V. *De Arte Critica ad Hiſtoriæ veritatem.* pag. 67.


### SÆCULO I.


CAPUT I. *Quando Euangelium in Luſitania promulgatum fuit.* pag. 75.
CAPUT II. *De Viris Illuſtribus, qui primo ſæculo Religionem Chriſtianam in Luſitaniam adtulerunt.* pag. 93.
CAPUT III. *De Romanorum Imperatoribus Luſitaniæ imperantibus.* pag. 103.
CAPUT IV. *De Perſecutionibus, quæ per Luſitaniam adverſus Chriſtianos excitatæ ſunt.* pag. 110.
CAPUT V. *De Vita Regulari, & Eremitica per Luſitaniam.* pag. 115.


### SÆCULO II. & III.


CAPUT I. *De Fidei diffuſione, & conſervatione.* pag. 121.
CAPUT II. *De Portugaliæ Epiſcopis.* pag. 122.
CAPUT III. *De Conciliis.* pag. 125.
CAPUT IV. *Romani Pontificis Primatus, & auctoritas per Luſitaniam.* pag. 128.


Digitized by Google

CAPUT V. *Epistolæ Romanorum Pontificum ad nostrarum Hispaniarum Episcopos suppositæ.* pag. 130.
CAPUT VI. *De Imperatoribus Lusitaniæ imperantibus.* pag. 134.
CAPUT VII. *De Lusitaniæ Martyribus.* pag. 140.
CAPUT VIII. *De Hæresibus.* pag. 147.
CAPUT IX. *De Libellaticorum facinore per Lusitaniam.* pag. 149.

## SÆCULO IV.

CAPUT I. *De Fidei conservatione.* pag. 152.
CAPUT II. *De Metropolitanis, & Episcopis.* pag. 153.
CAPUT III. *Romani Pontificis Primatus per Lusitaniam.* pag. 160.
CAPUT IV. *De Conciliis.* pag. 164.
CAPUT V. *De Imperatoribus Lusitaniæ imperantibus.* pag. 194.
CAPUT VI. *De Lusitaniæ Martyribus, & aliis viris sanctitate insignibus* pag. 214.
CAPUT VII. *De Hæresibus per Lusitaniam.* pag. 223.

## SÆCULO V.

CAPUT I. *De Episcopis Lusitaniæ.* pag. 225
CAPUT II. *De Concilio Toletano* 1. *universæ Hispaniæ generali.* pag. 234.
CAPUT III. *De Concilio Bracarensi* 1. pag. 238.
CAPUT IV. *De aliis Conciliis ad Lusitaniam spectantibus.* pag. 249.
CAPUT V. *De Romani Pontificis Primatu per Lusitaniam.* pag. 251
CAPUT VI. *De Lusitaniæ Regibus.* pag. 251.
CAPUT VII. *De Origine Alanorum, Suevorum Wädalorum, ac Gothorum. qui Lusitaniam invaserunt.* pag. 257.
CAPUT VIII. *De Viris sanctitate, & sapientia Illustribus.* pag. 260.

Digitized by Google

CAPUT IX. *De Hæresibus, ac errcribus.* pag. 269.

## SÆCULO VI.

CAPUT I. *De Episcopis Lusitaniæ.* pag. 272.
CAPUT II. *De Romani Pontificis Primatu per Lusitaniam.* pag. 285.
CAPUT III. *De Conciliis.* pag. 287.
CAPUT IV. *De Episcoporum, & Clericorum Disciplina.* pag. 308.
CAPUT V. *De Monachis.* pag. 314
CAPUT VI. *De Lusitaniæ Regibus,* pag. 319.
CAPUT VII. *De Viris sanctitate, & sapientia illustrioribus.* pag. 331.
CAPUT VIII. *Quanam lingua per hæc sex sæcula utebantur Lusitani.* pag. 337.

Digitized by Google



# HISTORIA ECCLESIÆ LUSITANÆ.

## PROLEGOMENA.

### CAPUT I.

*De Luſitaniæ Nomine.*

SCRIPTORES, qui res per univerſam Luſitaniam geſtas exararunt, neſcio an ſuæ patriæ, an gentis pretium facturi magnopere inſudarunt, ut patrii nominis originem, & noſtrorum propaginem oſtenderent: id eſt omnium pene nationum adeo ſuis Auctoribus gloriari, ut ſæpe Romanorum, & Athenienſium more origines ſuas velint conſecrare, & inter Deos numerare audeant, ac veluti natalem pulverem, unde or-



Digitized by Google

tæ sunt, habentes despicatui, è cœlo tantum per venas cucurrisse sanguinẽ exultent jactabundæ. Verum quot confinguntur fabulæ, quibus Poesis potius, quam Historia decoratur! & quot divulgantur mendacia! Temporum monumẽtis, queis universus fere orbis Mythicon profitebatur, facile non est exhibenda fides. Per me liceat, libenter sinam, & sponte feram: dicatur Lusitania, aut Lysitania, sicut passim apud latinos legitur, vel cum Varrone apud Plinium à Luso Liberi Patris, & Lysa cum eo bachante, vel ab Elisa. Javan fratre, ut quibusdam placuit Lusitanis, Japheti filio, qui non in Hebræis litteris, sed in Græcis septuaginta Interpretum invenitur, cujus Magnus P. Augustinus videtur meminisse octo numerans Japheti filios; cum Vulgata nostra, hoc excluso Elisa, septem tantum enarret.

*Lib. 3. cap. 1.*

*Lib. 16. de Civ. Dei cap. 3.*

Per me etiam nostræ gentis parentes agnoscant alii, aut solum Tubalem, aut Elisam cum eo post universalem cataclysmum in Hispaniam venientes. Si vim nominis Lusitaniæ, aut Lysitaniæ perpendam, oblitteratis jam temporum, ac rerum vicissitudine antiquitatis monumentis, non potius Luso, quam Elisæ nostrum Etymon tribuendum existimo. Quis nesciat opinionem inter eruditos satis communem, in ancipitique adhuc versantem propter Hebræi nominis rationem, Hebræos ita esse cognominatos, vel ex Heber tanquam Heberæos, vel ex Abraham tanquam Abrahæos? *Non utique* (ait S. P. Augustinus) *frustra ipse* (Heber) *primus est nominatus in progenie veniente de Sem, & prælatus etiam filiis, cum sit quintus nepos* (à Semo numerat etiam Cainanum) *nisi quia verum est quod traditur ex illo Hebræos esse cognominatos, tanquam Heberæos: cum & alia posset esse opinio, ut ex Abraham tanquam Abrahæi dicti esse videantur: & quidem hoc est credibile* inquit etiam Magnus Parens: non ad sonum tantum Hebræorum nominis adtendens, sed ad linguam Hebraicam, quæ in familia Heber remansit, quando elatioris impietatis gentes linguarum diversitate punitæ, ac divisæ sunt, Hebræos ab Heber, & non ab Abrahamo nuncupari adversus non ignobi-

*Lib. 16. de Civ. Dei cap. 3.*

*Lib. 2. Retract. cap. 16.*

Digitized by Google

les Auctores, præcipue Græcos judicavit: *Quia in ejus familia remansit hæc lingua, divisis per alias gentes ceteris gentibus .... ideo deinceps Hebræa est nuncupata*: ego vero nullum antiquitatis monumentum ad manus habeo, quo ratiocinari valeam, à Luso potius, quam ab Elisa Lusitanos, aut Lysitanos iri nominatos: sed solum Lusitani nominis sonum audiens nescio utri Etymon præbeam.

Vereor nequis continua accusatione me incessat, quod Varronis sententiæ pro Lusitaniæ nomine à Luso derivato non adhæream, sed omittam; cui doctissimo, insignis, excellentisque ingenii à nemine credendum demiratur Magnus P. Augustinus: fortasse incuser, modo Magni Parentis elogium de Varrone brevi eluceat. Quis Gentilium, quos inter arguendam deorum falsitatem in libris de Civitate Dei Sanctissimus Parens deprimebat, Varroni suo non fideret? Vir iste Varro apud Romanos gravissimæ auctoritatis Aquilino Doctori argumentorum jacula suppeditabat, quibus eos falsis numinibus credentes fatigaret; in hostes ipsorum sagittæ revertebantur, & domestici adversantia tela ministrabant Augustino: *Hæc non ex nostra* inquit S. P. *non ex nostra conjectura probavimus, sed partim ex recenti memoria, quia & ipsi vidimus talia, ac talia numinibus exhiberi: partim ex litteris eorum, qui non tanquam in contumeliam, sed tanquam in honorem Deorum suorum ista conscripta posteris reliquerunt: ita ut Vir doctissimus apud eos Varro, & gravissimæ auctoritatis rerum humanarum, atque divinarum faceret libros.* Lib. 4. de Civ. Dei cap. 1.

Varro fortasse ut suos Deos extolleret, Dionysium, qui Liber est, ac Bachus, & inter eos jam numerabatur, Lusitanæ gentis auctorem descripsit. *Quid existimare debemus*, ait Magnus P. Augustinus *nisi hominem acerrimum, ac peritissimum, non tamen Spiritu Sancto liberum oppressum fuisse suæ civitatis consuetudine, ac legibus: & tamen ea, quibus movebatur sub specie commendandæ religionis tacere noluisse?* De Pithagora laudando, qui regendæ reipublicæ disciplinam suis Auditoribus ultimam tradebat Lib. 6. de Civ. Dei cap. 2.

Digitized by Google

jam doctis, jam perfectis, jam sapientibus, jam beatis, quis Varroni non credat? demiratur sane Mag. P. Augustinus. De Bachi Lusitana expeditione nescio ubinam Varroni credidit: de ipsius in Indiam peregrinatione, ibique potestate, exercitu, ac præliis alibi egit, nec commentum cum aliis existimavit: *Tunc Liber Pater bellavit in India, qui multas habuit in exercitu fœminas, quæ Bachæ appellatæ sunt, non tam virtute nobiles, quam furore.* Ast in rebus de Luso, aut Elisa facile non terminandis quid immoror? ad aliud Lusitaniæ nomen, quod est Portugale, devenio.

*Lib. 2. de Ordine in fin.* *Lib. 18. de Civ. Dei cap. 13.*

Universa Ecclesia Lusitaniæ, quæ ævo nostro dicitur Portugalia, quanvis ultra propriæ Lusitaniæ limites, ut infra exponam, jam protrahatur, à majori parte in se adhuc contenta Lusitaniæ nomen retinet, & Portugaliæ novum adquisivit. Lucius Marineus Siculus, aliique putarunt Gallos in Hispaniam profectos, in maritimamque partem circa Durii ostia sese conferentes, ac receptos suæ gentis loco illi nomen indidisse, quasi *Portus Gallorum*, indeque universum regnum Portugale appellatum. Ast Andreas Resendius in Epistola ad Bartholomæum Kebedium Toletanæ Ecclesiæ Presbyterum, & alii, qui Lusitaniæ antiquitates sedulo explorarunt, Marinei opinionem falsitatis incusant, nulloque fundamento firmatam: iis certum est Portugaliæ nomen nihil habere commune cum Gallis, sed à portu, & Cale dictum esse omnium fere eruditorum sententia confirmant.

*Lib. 5. de rebus Hispaniæ.*

Ad Durii ostium ex Antonini Pii itinerario (si ipsius est) pag. mihi 421. Amstelædami edito adnotationibus Petri Wesselingii, Cale, aut vulgo Gaya, oppidum vetus in colle situm super amnem conspiciebatur; id cum suis præcipuis accolis piscatoribus, & ceteris non facile ad mare præberet servitutem, in ripa planiorem locum hominum usui absque detrimento serviturum, quem locum portum appellabant incoluere; sensim aliunde illuc venientis populi frequentia crevit, ut jam in civitatis dignitatem oppidum evectum, Portus Calis, aut Gayæ, vitiato nomine vocitari cœperit.

Digitized by Google

Enim vero conjectandum est decurrente jam tempore ab erecta, auctaque civitate paulatim ultra Diœcesim in proximas civitates, imo & inde in universum regnum Portugaliænomen corrivasse. Monasterium quippe Canonicorum Regularium Ecclesiolæ, quod intra antiquæ, ac propriæ Lusitaniæ limites continetur, & olim Colimbrienſi Episcopo subjicrebatur, jam anno 1093 in Territorio Portugalensi fundatum dicitur ex donatione tertio Octobris ejusdem anni eidem Monasterio facta à Suario Fromarigues equite Lusitano. En etiam B. Tellonis mortem aspicientis lucidissima verba, queis bona sua noviter assurgentis S. Crucis Monasterii fabricæ testamento reliquit, quod inter pretiosa multa, & miræ antiquitatis manuscripta apud nos sedulo, religioseque asservatur: *Testamentum feci ipso Infante* (Aphonso Henrico) *& Episcopo, omnibusque Principibus Portus Gayæ, ac nobilibus Colimbriæ collaudantibus.* Ex quadam etiam donatione Canonicis nostris facta à Venerabili Rege Alphonso certum fit universum Regnum id temporis Portugale nominari: en venerabilis Regis munificentia: *Ego Alphonsus Divina providentia Portugaliæ Princeps, magni Imperatoris Alphonsi nepos, Comitis D. Henrici, & Reginæ Tarasiæ filius nulla necessitate compulsus, sed divino amore commotus Ecclesiæ S. Crucis, eique fratribus ibidem commorantibus facio cautum ad illam nostram Eremitam S. Romani sitam juxta castrum Senæ* (hodie Sea) *Era millesima centesima septuagesima sexta. Ego Alphonsus Portugaliæ Princeps.*

Resendius in Epistola ad Bartholomæum Kebedium ait *ubi Portugalis nomen cœpit ultra Diœcesim suæ urbis exire, & ad alias proximas extendi civitates, Episcopi, qui prius Portucalenses dicebantur, vitandæ ampliboloegiæ causa vocati sunt exinde Portuenses tantum.* Hæc Resendii sententia posterioribus monumentis opponitur. Innocentius VIII. anno 1487 in Bulla ad Monasterium S. Vincentii Portugalensem Episcopum nominat, eique suas committit vices. Clemens quoque XII. in Bulla, qua anno

Digitized by Google

tiſſimo, an Straboni Viro Pontico ex Amaſia urbe? Nilum quidem navigavit Strabo, totam fere Ægyptum, & magnam Africæ partem luſtravit; Hiſpaniam vero non peragravit. Regionum *ignoratio augetur, ſi longius à Græcis abſunt* ibidem fatetur ipſe: igitur ei longius ab Hiſpania commoranti Luſitaniæ limites magis abderentur, quam Pomponio Hiſpaniam ipſam incolenti.

Verum quæ noſtris temporibus Portugalia nominatur, in extremo littore maris Oceani collocatur, fines habet ab Oriente novam Caſtellam, Bæticam, & Legionem, à Septentrione Gallæciam, à Meridie, & Occaſu Oceanum: totum id ſpatium à Septentrione ad Auſtrum, à Villa *Valentia* è regione Gallæciæ oppoſita uſque ad *Sagres* prope Promontorium ſacrum, quod S. Vincentii caput appellamus, plus, minuſve longitudine centum & viginti leucas extenditur; latitudine à Villa *de Peniche* uſque ad *Salvaterram* in Beirenſi Provincia circiter quadraginta. Licet Portugale propriam, ac veterem Luſitaniam in longitudine ſuperet; hæc ad Orientem maiori latitudine prorogabatur, utpote quæ Caſtellam novam, & Hiſpanam *Extrematuram* accedebat, Norbam Cæſaream, hodie *Alcantaram, Badioſam*, & Emeritam Auguſtam ſuis finibus coercebat, quæ omnes noſtro ævo Portugalia excluduntur.

In ſuas partes Portugaliam dividunt Geographi, quanvis inæquales in *Tranſtaganam*, *Ciſtaganam*, & *Interamnem*: ſingulæ ex his adhuc in duas diſcernuntur: ad Septentrionem duæ ſunt partes, provincia ſcilicet, quæ Durium inter & Minium ſita eſt, & alia, quæ ab *Inter duriominia* montibus *Marano*, & *Jureſſo* Orientem verſus ſeparatur; quam *Tranſmontanam* dicimus: in Regni medio *Beirenſis*, & *Extrematura* Provinciæ conſtituuntur: ad Meridiem ultra Tagum duæ etiam locantur, quarum una à ſitu trans Tagum *Tranſtagana* appellatur, altera voce Punica *Algarbium*, quamvis hæc à tempore Sanctii I. Regis Regni nomen ſortita fuerit ex donatione quadam facta Monaſterio Eccleſiolæ Canonicorum Regularium ab eo-

dem

dem Rege Sanctio, in qua Filiſſimus Princeps nominatur Portugaliæ, & Algarbiorum Rex. *Interduriominienſis* provincia ad Septentrionem Gallæciæ vicina eſt, ad Meridiem Beirenſi Provinciæ, ad Orientem Tranſmontanæ, ad Occidentem Oceano, octodecim circiter leucas à Septentrione ad Auſtrum habens, & in aliquibus partibus in duodecim fere ſe expandens : olim Bracari ſive Gravii, ſive Calaici eam habitarunt. *Tranſmontana* ad ſeptentrionē proximam Gallæciam reſpicit, ad Orientem Legionenſe regnum, ad Meridiem Legionis partem, ac Beirenſis provinciæ, ad Occidentem Interduriominiam, ac aliam Beirenſem portionem; à ſeptentrione ad Auſtrum triginta fere leucarū longitudinem eſſe, latamque viginti non ignobiles menſi ſunt Geographi : Veteres hujus provinciæ accolæ extiterunt Aquiflavienſes populi, & Aſtures qui ultra Bracaros ad Orientem ſolem, & verſus Septentrionem uſque ad *Brigantium*, & *Mirandam* urbes extendebantur.

*Beirenſis* provincia inter flumina Tagum, & Durium ad Septentrionem Interamnenſem, & Tranſmontanam conterminas habet, ad Meridiem Luſitanam Extrematuram, ac Tranſtaganæ partem, ad Orientem Legionis Regnum, ac Caſtellæ Extrematuram, ad Occidentem Oceanum; triginta quatuor circiter leucas in longum protenditur, & totidem fere expāditur. Turduli, Lancienſes, Belitani, ac Pæſuri quondam in ea ſuum domicilium confixerunt. *Extrematura* ad Septentrionem, & Orientem Beirenſi provinciæ conjungitur, ad Meridiem Tranſtaganæ, & Orientem quoque; ad Occidentem Oceano; à Septentrione Meridiem verſus triginta quatuor leucas longitudine comprehendit, & ab Ortu ad Occaſum ferme ſeptem & decem latitudinis: eam Turduli, ac Celtici conculcabant : à ſinu vero Olyſiponenſi uſque ad montem, quem *Arrabidam* vocamus, per tractum Cetobrigæ, hoc tempore *Setuval*, Barbarii degebant. Provincia trans-Tagum triginta quinque, aut circa in longum leucas excurrit, totidemque in latera aperitur. Ad Septentrionem Luſitanæ Extrematuræ, & Beirenſis pro-



Digitized by Google

vinciæ parti contigua eſt : ad orientem Solem Caſtellæ Extrematuræ , & Vandalitiæ, ad Meridiem Algarbio, ad Occaſum Oceano : in ea morabantur Celtici. Tranſtaganæ provinciæ proximum eſt *Algarbium*, quod ab illa ad Septentrionem per altiſſimos montes Calderanum, & Monſicum exciditur, ad Orientem per Anam à Vandalitia, ad Meridiem, & Occaſum Oceano Atlantico terminatur: ab Ortu ad Occaſum in viginti fere & octo leucas dilatatur, ac etiam in octo ferme à Meridie ad Septentrionem. Algarbium veteres tenuerunt Turdetani inter ceteros Luſitaniæ populos ſcientiarum, politiæ, ac armorum cultores celeberrimi, qui de legibus ſuis metro ſcriptis, & de majorum ſuorum geſtis in libris à ſex mille annorum exaratis gloriabantur: eorum meminit Strabo.

*Lib. 3. pag. 157.*

In Portugaliæ Regno hac ætate duo tantum ſunt regii Conventus juridici, apud Olyſiponem ſcilicet, & Portucale: & triginta ſeptem Prætorii, à quibus ad regios recurrere in tuendis litibus conſueſcunt; quorum alii Correcturæ, alii Auditoria potius vocitantur. In Interamnenſi provincia ſex Prætorii, apud *veterem Araducam* nunc *Guimaraẽs*, *Portucale*, *Vianam*, *Bracaram*, *Barcellos*, & *Valentiam*; harum trium conventus Auditoria, ceteri vero Correcturæ dicuntur. In Tranſmontana Correcturæ duæ, *Miranda*, & *Moncorvo*, ac Auditoria quoque duo, *Villa regia*, & *Brigantium*. In Beirenſi octo numerantur : Correcturæ ſex, *Collimbria*, *Viſeum*, *Lamecum*, *Egitania*, *Pinhel*, *Caſtelobranco*, & Auditoria duo, *Mirobriga*, quam *Montem majorem* nunc dicimus, & *Lancobriga*, luſitano-idiotiſmo *Feira*. In Extremadura etiam octo : Correcturæ ſex *Olyſipo*, *Torres Vedras*, *Collipo*, nunc *Leiria*, *Tlomar* juxta *veterem Nabanciam*, *Scalabis*, hodie *Sanctarena*, & *Cetobriga*, Auditoriaque duo, *Ferabrica*, vulgo *Alenquer*, *Tubucci* noviter *Abrantes*. In Tranſtagana octo : tres ſcilicet Correcturæ, *Ebora*, *Elvæ*, *Portalegre* : & Auditoria quinque, *Pax Julia*, *Villaviçoza*, *Crato*, *Aviz*, & *Ouriquus*. In Algarbio duæ Correcturæ, *Lacobriga*, & *Tavi-*

Digitized by Google

*ra*, olim *Balſa*, unumque Auditorium *apud Pharum*. Civilibus finibus brevi deſcriptis, ad Eccleſiaſticos accedendum eſt.

## §. II.
## *Limites Eccleſiaſtici.*

LImitibus deſcriptis, in quos Geographi Luſitanam Eccleſiam civiliter partiuntur, Eccleſiaſtico more, & Eccleſiaſtica Geographia totum ſpatium, quâ extenditur, metiri oportet. Eſt autem Geographiæ Eccleſiaſticæ ratio, ait Carolus à S. Paulo Epiſcopus Abrincenſis cum ceteris, qui Eccleſiæ univerſæ diffuſionem pertractarunt, ut urbes, atque oppida indicet, quæ Epiſcoporum ſunt Sedes, & Metropoles: in maxima vero limitum varietate, quam ſecum adtulerunt tempora, opus non eſt ſingulas Epiſcopatuum parochias, omneſque eorum terminos tam graphice exarare, ut Hiſtoria digna ſit, quæ pretio habeatur. Per univerſam Luſitaniam, & ceterum terræ flexum provinciæ Tarraconenſis, quæ noſtrâ ætate Luſitaniæ, aut Portugaliæ nomine inſignitur, Romanorum, Suevorum, Gothorumque tempore quatuordecim Epiſcopales Sedes, de quibus agendum erit, numerabantur; quæ ex per antiquis Hiſpaniarum Conciliis, queis earum Epiſcopi ſubſcripſerunt, agnoſci poſſunt. In Luſitania, *Emerita* Metropolis olim Romanorum colonia in Anæ ripa: *Oſſonoba* in Algarbio; *Pax Julia*, hodie *Beja* ex quadam lapidea inſcriptione, quæ in gradibus principalis Eccleſiæ inventa eſt :::: PAX JULI .... Q. PETRON. *Ebora* quondam liberalitas Julia, & veteris Latii municipium ex Plinio, & alia inventa inſcriptione = D. JULIO LIB. JULIA. Ebora. CisTagum *Olyſſipo* olim Romanorum juris municipium dictum Felicitas Julia ex citato Plinio, ac ex inſcripto lapide = IMP. CÆS. M. JULIO. PHILIPO. FEL. AUG. PONTIF. MAX. TRIB. POT. XI. P. P. CON. III. FEL. JUL. Olyſipo. *Egitania* nunc *Idanha*, *Colimbria* per totum regnum, & ultra nunc Academia *Lib. 1. cap. 21.*

Digitized by Google

omnibus conspicua: *Eminium*, nostro ævo *Agatham* appellamus, *Lamecum* prope Durium, ac *Viseum*.

Ultra Durium extra Lusitaniæ fines in provincia veteri Tarraconensi *Bracara* Gallæciæ Metropolis, *Portugale*, *Dumium* prope Bracaram, quod dicebatur Monasterium Familiæ regiæ; *Britonia* prope *Vianam*, quæ dicitur *de Caminha*. Temporum vicissitudine transeunte, novæ Metropoles, novi Episcopatus erecti sunt, veteresque alii extincti. Emerita Episcopali honore non fruitur, Olysipo, & Ebora Metropolitica sublimantur dignitate: Ossonobæ cathedra ad Silvensem Urbem, indeque ad Pharensem, ubi remanet, translata est. Pax Julia Cathedralem Ecclesiam non retinet: in Transtagana provincia novæ institutæ sunt Cathedræ, Elvensis, ac Portalegrensis. In Extrematura novus extat Collipodensis Episcopatus, quem sermo patrius *Leirienſem* appellat. In Beirensi provincia desiit Eminiensis. Ultra Durium Dumium, ac Britonia sine Sede, & Episcopo vetus nomen vix habent: & intra Bracarensis Ecclesiæ limites apud Mirandam in transmontana provincia recens floret Episcoporum Sedes.

Nec tantum in Portugaliæ continenti novæ Metropoles, novique sunt Episcopatus; verum & ultra mare, quâ longe, lateque Lusitani adierunt Lusitanæ ditioni novas possessiones adquisitum: qui cum Lusitanæ Ecclesiæ eosdem ritus, ac eandem servent disciplinam, ipsorumque alii Olysiponensi Metropoli pareant, non est cur silentio indigno prætermittantur. *Ceptensis* in Africa; ast jam Antistite caret; *Funchalensis*, & *Angrensis* in insulis maris Oceani, *Promontorii viridis*, *Congensis*, seu *Angolensis*, *S. Thomæ*, *Goanensis apud Indos*, *Cochinensis*, *Malacanensis*, *Machaonensis*, *Angamalensis*, *de Meliapor*, *de Pekim*, & *Nankim* apud Sinas: in America, Episcopatus *S. Salvatoris Bahiensis omnium Sanctorum*, *S. Sebastiani Fluminis Januarii*, *Olindæ*, *de Maragnano*, *de Pará*, *S. Pauli*, *S. Mariæ de Monte Carmelo*, quibus duæ Prælaturæ exemptæ fuerunt additæ.

Digitized by Google

## Veteres Episcopatus.

### §. III.

### *Metropolis Emeritensis.*

EMerita Lusitaniæ Metropolis in *Anæ* ripa ad Septentrionem eminenti loco conspicitur, Romanorum tempore ejus accolæ, teste Jurisconsulto Paulo in leg. 8. ff. de Censibus, Juris Italici erant; nec minus Gothorum dominatu floruerunt. In Concilio Lucensi sub Theodomiro Rege anno 601. subditas habuit *Eboram*, *Ossonobam*, *Olyssiponem*, *Pacem Juliam*, & alias, quæ nunc extra nostrorum Regum imperium sitæ sunt, *Cauriam*, *Salmanticam*, & *Avilam* veteris Lusitaniæ. Anno 666, & æra 704. in Concilio Emeritensi sub Recceswintho Rege præter jam dictas *Colimbriã*, ac *Egitaniam* tenuit: easdemque retinuit, cum Rex Wamba, ex libris manuscriptis Ecclesiæ Toletanæ, & Ovetensis, Hispaniarũ Ecclesias suis terminis segregavit: sæculo octavo postquam Saraceni universas Hispanias invaserunt; isti non pepercerunt, sed quæ inter Lusitaniæ urbes splenduerat, decorem suum penitus amisit, ac vix quædam antiquitatis vestigia veteris splendoris indicia demonstrantur. Maurorum potestati adempta, Callistus II. Alphonso VIII. Hispaniarum Imperatore postulante, ejus Metropolitica jura ad Ecclesiam transtulit Compostellanam. Non diffiteor Emeritam jam Lusitano non esse imperio: ast veterem Lusitaniæ Metropolim cum *Avila*, *Cauria*, *& Salmantica* quid tacerem? Quid primam nostrarum Ecclesiam in antiqua Lusitanorum Historia sæpe sæpius occurrentem taciturnitate penitus sepelirem?

### *Episcopatus Ossonobensis.*

OSsonoba in Algarbio antiqua Episcoporum Sedes, quo loco sita fuerit, non una est Hispanorum sententia; alii eum habuisse situm opinantur, quem habet

Digitized by Google

*Eſtcmbar*, alii vero credunt ætate iſta *Eſtoy* nomine dignoſcendam. Eruditus Lima ait Eſiquium S. Jacobi diſcipulum primum catholicam fidem ibi nuntiaſſe. Saracenis invadentibus, ac ultra quingentos annos dominantibus, ſine Præſule, & Eccleſia permanſit Algarbium, donec Miramolino Marochiorum Rege, Luſitanorum viribus, ac armis expulſo, Sanctius I. Maurorum ſpoliis onuſtus, ac victor, Oſſonobenſem Cathedram anno 1188. ad *Silven* decem leucas à promontorio ſacro diſtantem tranſtulit, unde anno circiter 1580. ad *Pharum*, ubi extat, adducta eſt. Rex Wamba Epiſcopatus dividens, Emeritenſi Metropoli eam ſubjecit, territoriumque ex *Ambia* uſque *ad Salam*, & ex ipſa uſque *ad Turrem* deſignavit; quæ locorum nomina cum ceteris, quæ in aliorum Epiſcopatuum veteribus deſcriptionibus leguntur, apud recentiores Geographos vix habentur in uſu, nec eorum ſitus certò oſtendere auſi ſunt. Emeritenſis Metropoleos juribus ad Compoſtellam translatis, Silvenſis Epiſcopatus ſub Hiſpalenſi Archiepiſcopatu conſtitutus eſt, donec Bonifacius IX, Rege Joanne I. ſeparavit, & Olyſiponenſi Metropoli, quam noviter ſublimabat, adjunxit in Bulla, quæ incipit: *In Eminentiſſimæ dignitatis ſpecula* anno 1394. Poſt annum 1540, à Paulo III. Ebora Metropoli facta, ſub iſtius Metropoliticis juribus viget, ac ſuum territorium reſpicit, qua Algarbium ipſum protrahitur.

*Geographia Luſitan. tom. 1. pag. 321.*

## *Pacenſis Epiſcopatus.*

DE Pacenſi Sede Luſitani cum ceteris Hiſpanis contendunt: iſti *Badioſam* fuiſſe dicunt, cujus Epiſcopi Pacenſes nominantur, illi *Bejam* in Tranſtagana provincia indicant. *Badioſam* Pacem Auguſtam vocant, *Bejam* vero Pacem Juliam: unam tamen, eandemque fuiſſe veteribus in Luſitania Pacem Juliam, & Auguſtam, Bejam ſcilicet, mihi omnino ſit certum. Ex Strabone lib. 3. pag. 151. *In Celticis Pax Auguſta erat*, non in Celticis Bæticæ,

Digitized by Google

ſed Luſitaniæ. Hanc, quam Strabo Auguſtam nominat, Ptolemæus in Luſitaniæ limitibus Juliam dixit, quam etiam deſcripſit Plinius inter juridicos Luſitaniæ conventus. Cognominis diverſi cauſam non male, nec ſine conjectatione Reſendius reddidit Vaſæo: quod Julio Cæſare res in Luſitania gerente, hæc Luſitaniæ regio inter Anam, & Tagum illius auſpiciis pacata fuerit, in cujus ſignum Tranſtaganos Luſitanos eò traducens urbem condidit, Pacemque à ſe Juliam cognominavit. Ab Auguſto ad Coloniæ Romanæ, conventuſque juridici dignitatem evecta Julii cognomen in Auguſti mutavit, quod diu non retinuit, ſed prius in conditoris gratiam invaluit. Pacenſis ille conventus, quem Plinius memorat, apud Bæticæ *Badioſam* minime locaretur, cum iſta Emeritenſi conventui eſſet proximior, nec amplius quâ triginta paſſuum millibus diſtaret: conventus enim juridici eo ſitu, eâque inter ſe ſervata diſtantia à Romanis inſtituebantur, ut aliis populis longius non eſſet iter, nec aliis minus. Sed omnibus facile, & cómodum, quale erat Luſitanis, apud *Emeritam*, *Pacem*, *Bejam* ſcilicet & *Scalabim* tribus conventibus collocatis.

*Lib. 2. cap. 5.*

*Lib. 4. cap. 35.*

*Ep. ad Vaſeum de Colonia Pacenſi.*

Epiſcopi, qui Badiocenſem Eccleſiam regunt, Pacenſes quidem nominantur; ſed poſt funeſtam illam, quam Hiſpanis Saraceni intulerunt cladem: clariores urbes à barbaris contritæ, aut priſtinum ſuum ornamentum penitus amiſerunt, aut ſerius reciperarunt; & in nonnullarum locum alibi aliæ ſubſtitutæ ſunt. Hoc igitur pacto *Pax Julia* cum in barbarorum poteſtatem incidiſſet, amiſſum ejus decus tenet *Badioſa*, & Pacenſem titulum conſervat. Gothorum tempore tot Præſulibus decorata eſt *Pax Julia*, qui in Hiſpaniarum ſynodis ſuæ Eccleſiæ traditiones protulerunt, ac juſtiſſimis legibus ſubſcripſerunt. Sub Rege Wambâ Emeritenſi Metropoli in ſuffraganeam data fuit, & territorii limites habuit a *Balagar* uſque *Artam*, & *ex Ola* uſque *Metaral*: noſtris vero temporibus licet inter Regni civitates numeretur, Cathedrali Eccleſia non fruitur, ſed intra Eborenſem Diœceſim continetur.

Digitized by Google

## *Eborensis Episcopatus.*

EBora à Julio Cæsare Municipium, veteris latii oppidum, ac immune, liberalitasque Julia à Christianæ Fidei infantia Episcoporum sedes à nostris creditur. Ex veteribus Ecclesiarum divisionibus Emeritensi Archiepiscopatui quoad Metropoliticam amplitudinem attributa est. Id temporis illius Diœcesis à *Sotobra* usque ad *Petram* de *Rucella* usque *Paratam*. Extincta jam Emeritensi Metropoli; postquam à Venerabili Rege Alphonso Henrico Mauris liberata est Ebora, novum Episcopatum obtinuit, quem Bracharensis Antistes sub Metropolitica juris dictione cœpit possidere, ipso Alphonso annuente. Ast lite inter Petrum Compostellanum, & Martinum Bracarensem exorta, Innocentii III. decreto Compostellanæ Metropoli facta est subdita: id constat ex Epistolis Innocentianis ad Petrum Compostellanum, Bracarensemque Martinum, ac Episcopos Lamecensem, Eborensem, Olysiponensem, ac Egitaniensem. Bonifacius IX. Compostellæ jurisdictioni ademit, & sub Olysiponensi Metropoli posuit. Anno 1540 Paulus III. Joanne III. Rege, Eboram in Metropolim erexit, Metropoliticamque amplitudinem supra Sylvensem, ac Elvensem Episcopos concessit: quâ potestate Eminentissimus Cardinalis D. Henricus postea Portugaliæ Rex primus potitus est. Hujus Ecclesiæ Diœceses quatuor Episcopatuum *Elvensis*, *Portalegrensis*, *Olysiponensis*, *Pharensis*, ac *Hispalensis* confiniis terminatur.

## *Olysiponensis Episcopatus.*

O*Lysipo* Municipium quondam Civium Romanorum, ac Felicitas Julia, nunc Lusitani Imperii caput, regni sedes, regius conventus juridicus, incolarum multitudine insignis, divitiarum cumulo potens, reliquis maximis orbis civitatibus non impar religionem Christianam à pri-

Digitized by Google

primis ſæculis profeſſa eſt: Epiſcopos habuit, qui in ſedium diſtributionibus Theodomiri, Recceſvinti, & Wambæ juſſu Emeritæ Præſulem Metropolitanum agnoverunt, parueruntque: ab *Arta* uſque ad *Ambiam*, & ab *Ola* uſque ad *Matam* ſuæ Diœceſis limites protraxerunt. Non deſunt, qui Olyſiponenſem ſedem, poſtquam Emerita Metropoleos jura dimiſit, Hiſpalenſi Archiepiſcopo fuiſſe ſubjectam traderent: nullo tamen veritatis fundamento nixi ſunt. Bracaræ Antiſtitem ſuum Metropolitanum agnoviſſe Olyſiponem credo, maxime tempore, quo Venerabilis Rex Alphonſus Henricus Mauros ab ipſa expulit: tunc Joannes *Peculiaris* Canonicus Regularis Monaſterii S. Crucis Colimbrienſis Archiepiſcopus Bracarenſis Olyſiponem veniens, ibi Metropolitico jure fruens cum aliis ſuæ provinciæ Epiſcopis juxta veterem Eccleſiæ conſuetudinem Gilbertum Olyſiponis Epiſcopum conſecravit: id palam fit ex manuſcripto pervetuſto de Olyſipone à Rege Alphonſo fundata, quod in noſtrorum Monaſteriorum archivis cuſtoditur, & ex Epiſtola Innocentii III. ad Petrum Compoſtellæ Archiepiſcopū. Sub Bracarenſi Metropoleos poſſeſſione (injuſta ne, aut juſta eſſet, neſcio, nec decido) fuit Olyſiponenſis Eccleſia, donec Innocentius III. ut diſſidia inter Bracarenſem, & Compoſtellanum Præſules componeret, Olyſiponis, Lameci, Eboræ, ac Egitaniæ ſedes, quæ Luſitaniæ finibus continebantur, Compoſtellano addixit, utpote qui Emeritenſis Epiſcopi Luſitaniæ Metropolitani juribus ſibi conceſſis, & translatis fungeretur.

Hoc pacto permanſit uſque ad Bonifacii IX. tempora, qui, Rege Joanne I. eam Metropolitico jure, & honore ſupra Egitaniam, Lamecum, Sylven, & Eboram exornavit; cui poſtea aliæ quoque adjunctæ ſunt Sedes, *Leirienſis*, *Portalegrenſis*, & ultra mare *Funchalenſis*, *Angrenſis*, *Promontorii viridis*, *S. Thomæ*, *Congenſis*, *Bahienſis*, de *Maragnano*, ac de *Gram Pará*: ex quibus ſola S. Salvatoris Eccleſia Bahienſis jam Olyſiponem Metropolim in negotiis obeundis non adit. Joanne I. regnante, Olyſi-



Digitized by Google

tissimo, an Straboni Viro Pontico ex Amasia urbe? Nilum quidem navigavit Strabo, totam fere Ægyptum, & magnam Africæ partem lustravit; Hispaniam vero non peragravit. Regionum *ignoratio augetur, si longius à Græcis absunt* ibidem fatetur ipse: igitur ei longius ab Hispania commoranti Lusitaniæ limites magis abderentur, quam Pomponio Hispaniam ipsam incolenti.

Verum quæ nostris temporibus Portugalia nominatur, in extremo littore maris Oceani collocatur, fines habet ab Oriente novam Castellam, Bæticam, & Legionem, à Septentrione Gallæciam, à Meridie, & Occasu Oceanum: totum id spatium à Septentrione ad Austrum, à Villa *Valentia* è regione Gallæciæ opposita usque ad *Sagres* prope Promontorium sacrum, quod S. Vincentii caput appellamus, plus, minusve longitudine centum & viginti leucas extenditur; latitudine à Villa *de Peniche* usque ad *Salvaterram* in Beirensi Provincia circiter quadraginta. Licet Portugale propriam, ac veterem Lusitaniam in longitudine superet; hæc ad Orientem maiori latitudine prorogabatur, utpote quæ Castellam novam, & Hispanam *Extrematuram* accedebat, Norbam Cæsaream, hodie *Alcantaram*, *Badiosam*, & Emeritam Augustam suis finibus coercebat, quæ omnes nostro ævo Portugalia excluduntur.

In suas partes Portugaliam dividunt Geographi, quanvis inæquales in *Transtaganam*, *Cistaganam*, & *Interamnem*: singulæ ex his adhuc in duas discernuntur: ad Septentrionem duæ sunt partes, provincia scilicet, quæ Durium inter & Minium sita est, & alia, quæ ab *Inter duriominia* montibus *Marano*, & *Juresso* Orientem versus separatur; quam *Transmontanam* dicimus: in Regni medio *Beirenses*, & *Extrematura* Provinciæ constituuntur: ad Meridiem ultra Tagum duæ etiam locantur, quarum una à situ trans Tagum *Transtagana* appellatur, altera voce Punica *Algarbium*, quamvis hæc à tempore Sanctii I. Regis Regni nomen sortita fuerit ex donatione quadam facta Monasterio Ecclesiolæ Canonicorum Regularium ab eo-

dem

Digitized by Google

dem Rege Sanctio, in qua Filiſſimus Princeps nominatur Portugaliæ, & Algarbiorum Rex. *Interduriominienſis* provincia ad Septentrionem Gallæciæ vicina eſt, ad Meridiem Beirenſi Provinciæ, ad Orientem Tranſmontanæ, ad Occidentem Oceano, octodecim circiter leucas à Septentrione ad Auſtrum habens, & in aliquibus partibus in duodecim fere ſe expandens : olim Bracari ſive Gravii, ſive Calaici eam habitarunt. *Tranſmontana* ad ſeptentrionē proximam Gallæciam reſpicit, ad Orientem Legionenſe regnum, ad Meridiem Legionis partem, ac Beirenſis provinciæ, ad Occidentem Interduriominiam, ac aliam Beirenſem portionem; à ſeptentrione ad Auſtrum triginta fere leucarū longitudinem eſſe, latamque viginti non ignobiles menſi ſunt Geographi : Veteres hujus provinciæ accolæ extiterunt Aquiflavienſes populi, & Aſtures qui ultra Bracaros ad Orientem ſolem, & verſus Septentrionem uſque ad *Brigantium*, & *Mirandam* urbes extendebantur.

*Beirenſis* provincia inter flumina Tagum, & Durium ad Septentrionem Interamnenſem, & Tranſmontanam conterminas habet, ad Meridiem Luſitanam Extrematuram, ac Tranſtaganæ partem, ad Orientem Legionis Regnum, ac Caſtellæ Extrematuram, ad Occidentem Oceanum; triginta quatuor circiter leucas in longum protenditur, & totidem fere expāditur. Turduli, Lancienſes, Belitani, ac Pæſuri quondam in ea ſuum domicilium confixerunt. *Extrematura* ad Septentrionem, & Orientem Beirenſi provinciæ conjungitur, ad Meridiem Tranſtaganæ, & Orientem quoque; ad Occidentem Oceano; à Septentrione Meridiem verſus triginta quatuor leucas longitudine comprehendit, & ab Ortu ad Occaſum ferme ſeptem & decem latitudinis: eam Turduli, ac Celtici conculcabant : à ſinu vero Olyſiponenſi uſque ad montem, quem *Arrabidam* vocamus, per tractum Cetobrigæ, hoc tempore *Setuval*, Barbarii degebant. Provincia trans-Tagum triginta quinque, aut circa in longum leucas excurrit, totidemque in latera aperitur. Ad Septentrionem Luſitanæ Extrematuræ, & Beirenſis pro-



Digitized by Google

vinciæ parti contigua est : ad orientem Solem Castellæ Extrematuræ , & Vandalitiæ, ad Meridiem Algarbio, ad Occasum Oceano : in ea morabantur Celtici. Transtaganæ provinciæ proximum est *Algarbium*, quod ab illa ad Septentrionem per altissimos montes Calderanum, & Monsicum exciditur, ad Orientem per Anam à Vandalitia, ad Meridiem, & Occasum Oceano Atlantico terminatur: ab Ortu ad Occasum in viginti fere & octo leucas dilatatur, ac etiam in octo ferme à Meridie ad Septentrionem. Algarbium veteres tenuerunt Turdetani inter ceteros Lusitaniæ populos scientiarum, politiæ, ac armorum cultores celeberrimi, qui de legibus suis metro scriptis, & de majorum suorum gestis in libris à sex mille annorum exaratis gloriabantur: eorum meminit Strabo.

*Lib. 3. pag. 157.*

In Portugaliæ Regno hac ætate duo tantum sunt regii Conventus juridici, apud Olysiponem scilicet, & Portucale: & triginta septem Prætorii, à quibus ad regios recurrere in tuendis litibus consueścunt; quorum alii Correcturæ, alii Auditoria potius vocitantur. In Interamnensi provincia sex Prætorii, apud *veterem Araducam* nunc *Guimaraẽs*, *Portucale*, *Vianam*, *Bracaram*, *Barcellos*, & *Valentiam*; harum trium conventus Auditoria , ceteri vero Correcturæ dicuntur. In Transmontana Correcturæ duæ, *Miranda*, & *Moncorvo*, ac Auditoria quoque duo, *Villa regia*, & *Brigantium*. In Beirensi octo numerantur : Correcturæ sex, *Collimbria*, *Viseum*, *Lamecum*, *Egitania*, *Pinhel*, *Castelobranco*, & Auditoria duo, *Mirobriga*, quam *Montem majorem* nunc dicimus, & *Lancobriga*, lusitano-idiotismo *Feira*. In Extremadura etiam octo : Correcturæ sex *Olysipo*, *Torres Vedras*, *Collipo*, nunc *Leiria*, *Tlomar* juxta *veterem Nabanciam*, *Scalabis*, hodie *Santarena*, & *Cetobriga*, Auditoriaque duo, *Ferabrica*, vulgo *Alenquer*, *Tubucci* noviter *Abrantes*. In Transtagana octo : tres scilicet Correcturæ, *Ebora*, *Elvæ*, *Portalegre* : & Auditoria quinque, *Pax Julia*, *Villaviçoza*, *Crato*, *Aviz*, & *Ouriquus*. In Algarbio duæ Correcturæ, *Lacobriga*, & *Tavi-*

Digitized by Google

*ra*, olim *Balſa*, unumque Auditorium *apud Pharum*. Civilibus finibus brevi deſcriptis, ad Eccleſiaſticos accedendum eſt.

## §. II.
## *Limites Eccleſiaſtici.*

LImitibus deſcriptis, in quos Geographi Luſitanam Eccleſiam civiliter partiuntur, Eccleſiaſtico more, & Eccleſiaſtica Geographia totum ſpatium, quâ extenditur, metiri oportet. Eſt autem Geographiæ Eccleſiaſticæ ratio, ait Carolus à S. Paulo Epiſcopus Abrincenſis cum ceteris, qui Eccleſiæ univerſæ diffuſionem pertractarunt, ut urbes, atque oppida indicet, quæ Epiſcoporum ſunt Sedes, & Metropoles: in maxima vero limitum varietate, quam ſecum adtulerunt tempora, opus non eſt ſingulas Epiſcopatuum parochias, omneſque eorum terminos tam graphice exarare, ut Hiſtoria digna ſit, quæ pretio habeatur. Per univerſam Luſitaniam, & ceterum terræ flexum provinciæ Tarraconenſis, quæ noſtrâ ætate Luſitaniæ, aut Portugaliæ nomine inſignitur, Romanorum, Suevorum, Gothorumque tempore quatuordecim Epiſcopales Sedes, de quibus agendum erit, numerabantur; quæ ex per antiquis Hiſpaniarum Conciliis, queis earum Epiſcopi ſubſcripſerunt, agnoſci poſſunt. In Luſitania, *Emerita* Metropolis olim Romanorum colonia in Anæ ripa: *Oſſonoba* in Algarbio; *Pax Julia*, hodie *Beja* ex quadam lapidea inſcriptione, quæ in gradibus principalis Eccleſiæ inventa eſt :::: PAX JULI .... Q. PETRON. *Ebora* quondam liberalitas Julia, & veteris Latii municipium ex Plinio, & alia inventa inſcriptione = D. JULIO LIB. JULIA. Ebora. CisTagum *Olyſſipo* olim Romanorum juris municipium dictum Felicitas Julia ex citato Plinio, ac ex inſcripto lapide = IMP. CÆS. M. JULIO. PHILIPO. FEL. AUG. PONTIF. MAX. TRIB. POT. XI. P. P. CON. III. FEL. JUL. Olyſipo. *Egitania* nunc *Idanha*, *Colimbria* per totum regnum, & ultra nunc Academia

*Lib.* 1. *cap.* 21.

Digitized by Google

omnibus conspicua: *Eminium*, nostro ævo *Agatham* appellamus, *Lamecum* prope Durium, ac *Viseum*.

Ultra Durium extra Lusitaniæ fines in provincia veteri Tarraconensi *Bracara* Gallæciæ Metropolis, *Portugale*, *Dumium* prope Bracaram, quod dicebatur Monasterium Familiæ regiæ; *Britonia* prope *Vianam*, quæ dicitur *de Caminha*. Temporum vicissitudine transeunte, novæ Metropoles, novi Episcopatus erecti sunt, vetereſque alii extincti. Emerita Episcopali honore non fruitur, Olysipo, & Ebora Metropolitica sublimantur dignitate: Ossonobæ cathedra ad Silvensem Urbem, indeque ad Pharensem, ubi remanet, translata est. Pax Julia Cathedralem Ecclesiam non retinet: in Transtagana provincia novæ institutæ sunt Cathedræ, Elvensis, ac Portalegrensis. In Extrematura novus extat Collipodensis Episcopatus, quem sermo patrius *Leirienſem* appellat. In Beirensi provincia desiit Eminiensis. Ultra Durium Dumium, ac Britonia sine Sede, & Episcopo vetus nomen vix habent: & intra Bracarensis Ecclesiæ limites apud Mirandam in transmontana provincia recens floret Episcoporum Sedes.

Nec tantum in Portugaliæ continenti novæ Metropoles, novique sunt Episcopatus; verum & ultra mare, quâ longe, lateque Lusitani adierunt Lusitanæ ditioni novas possessiones adquisitum: qui cum Lusitanæ Ecclesiæ eosdem ritus, ac eandem servent disciplinam, ipsorumque alii Olysiponensi Metropoli pareant, non est cur silentio indigno prætermittantur. *Ceptensis* in Africa; ast jam Antistite caret; *Funchalensis*, & *Angrensis* in insulis maris Oceani, *Promontorii viridis*, *Congensis*, seu *Angolensis*, *S. Thomæ*, *Goanensis apud Indos*, *Cochinensis*, *Malacanensis*, *Machaonensis*, *Angamalensis*, *de Meliapor*, *de Pekim*, & *Nankim* apud Sinas: in America, Episcopatus *S. Salvatoris Bahiensis omnium Sanctorum*, *S. Sebastiani Fluminis Januarii*, *Olindæ*, *de Maragnano*, *de Pará*, *S. Pauli*, *S. Mariæ de Monte Carmelo*, quibus duæ Prælaturæ exemptæ fuerunt additæ.

Digitized by Google

## Veteres Episcopatus.

### §. III.

### *Metropolis Emeritensis.*

E*Merita* Lusitaniæ Metropolis in *Anæ* ripa ad Septentrionem eminenti loco conspicitur, Romanorum tempore ejus accolæ, teste Jurisconsulto Paulo in leg. 8. ff. de Censibus, Juris Italici erant; nec minus Gothorum dominatu floruerunt. In Concilio Lucensi sub Theodomiro Rege anno 601. subditas habuit *Eboram*, *Ossonobam*, *Olyssiponem*, *Pacem Juliam*, & alias, quæ nunc extra nostrorum Regum imperium sitæ sunt, *Cauriam*, *Salmanticam*, & *Avilam* veteris Lusitaniæ. Anno 666, & æra 704. in Concilio Emeritensi sub Recceswintho Rege præter jam dictas *Colimbriã*, ac *Egitaniam* tenuit: easdemque retinuit, cum Rex Wamba, ex libris manuscriptis Ecclesiæ Toletanæ, & Ovetensis, Hispaniarũ Ecclesias suis terminis segregavit: sæculo octavo postquam Saraceni universas Hispanias invaserunt; isti non pepercerunt, sed quæ inter Lusitaniæ urbes splenduerat, decorem suum penitus amisit, ac vix quædam antiquitatis vestigia veteris splendoris indicia demonstrantur. Maurorum potestati adempta, Calliſtus II. Alphonso VIII. Hispaniarum Imperatore postulante, ejus Metropolitica jura ad Ecclesiam. transtulit Compostellanam. Non diffiteor Emeritam jam Lusitano non esse imperio: ast veterem Lusitaniæ Metropolim cum *Avila*, *Cauria*, *& Salmantica* quid tacerem? Quid primam nostrarum Ecclesiam in antiqua Lusitanorum Historia sæpe sæpius occurrentem taciturnitate penitus sepelirem?

### *Episcopatus Ossonobensis.*

OSsonoba in Algarbio antiqua Episcoporum Sedes, quo loco sita fuerit, non una est Hispanorum sententia; alii eum habuisse situm opinantur, quem habet

Digitized by Google.

## *Eborensis Episcopatus.*

EBora à Julio Cæsare Municipium, veteris latii oppidum, ac immune, liberalitasque Julia à Christianæ Fidei infantia Episcoporum sedes à nostris creditur. Ex veteribus Ecclesiarum divisionibus Emeritensi Archiepiscopatui quoad Metropoliticam amplitudinem attributa est. Id temporis illius Diœcesis à *Sotobra* usque ad *Petram* de *Rucella* usque *Paratam*. Extincta jam Emeritensi Metropoli; postquam à Venerabili Rege Alphonso Henrico Mauris liberata est Ebora, novum Episcopatum obtinuit, quem Bracharensis Antistes sub Metropolitica juris dictione cœpit possidere, ipso Alphonso annuente. Ast lite inter Petrum Compostellanum, & Martinum Bracarensem exorta, Innocentii III. decreto Compostellanæ Metropoli facta est subdita: id constat ex Epistolis Innocentianis ad Petrum Compostellanum, Bracarensemque Martinum, ac Episcopos Lamecensem, Eborensem, Olysiponensem, ac Egitaniensem. Bonifacius IX. Compostellæ jurisdictioni ademit, & sub Olysiponensi Metropoli posuit. Anno 1540 Paulus III. Joanne III. Rege, Eboram in Metropolim erexit, Metropoliticamque amplitudinem supra Sylvensem, ac Elvensem Episcopos concessit: quâ potestate Eminentissimus Cardinalis D. Henricus postea Portugaliæ Rex primus potitus est. Hujus Ecclesiæ Diœceſis quatuor Episcopatuum *Elvensis*, *Portalegrensis*, *Olysiponensis*, *Pharensis*, ac *Hispalensis* confiniis terminatur.

## *Olysiponensis Episcopatus.*

O*Lysipo* Municipium quondam Civium Romanorum, ac Felicitas Julia, nunc Lusitani Imperii caput, regni sedes, regius conventus juridicus, incolarum multitudine insignis, divitiarum cumulo potens, reliquis maximis orbis civitatibus non impar religionem Christianam à pri-

primis sæculis professa est: Episcopos habuit, qui in sedium distributionibus Theodomiri, Recceſvinti, & Wambæ jussu Emeritæ Præsulem Metropolitanum agnoverunt, parueruntque: ab *Arta* usque ad *Ambiam*, & ab *Ola* usque ad *Matam* suæ Diœcesis limites protraxerunt. Non desunt, qui Olysiponensem sedem, postquam Emerita Metropoleos jura dimisit, Hispalensi Archiepiscopo fuisse subjectam traderent: nullo tamen veritatis fundamento nixi sunt. Bracaræ Antistitem suum Metropolitanum agnovisse Olysiponem credo, maxime tempore, quo Venerabilis Rex Alphonsus Henricus Mauros ab ipsa expulit: tunc Joannes *Peculiaris* Canonicus Regularis Monasterii S. Crucis Colimbriensis Archiepiscopus Bracarensis Olysiponem veniens, ibi Metropolitico jure fruens cum aliis suæ provinciæ Episcopis juxta veterem Ecclesiæ consuetudinem Gilbertum Olysiponis Episcopum consecravit: id palam fit ex manuscripto pervetusto de Olysipone à Rege Alphonso fundata, quod in nostrorum Monasteriorum archivis custoditur, & ex Epistola Innocentii III. ad Petrum Compostellæ Archiepiscopū. Sub Bracarensi Metropoleos possessione (in justa ne, aut justa esset, nescio, nec decido) fuit Olysiponensis Ecclesia, donec Innocentius III. ut dissidia inter Bracarensem, & Compostellanum Præsules componeret, Olysiponis, Lameci, Eboræ, ac Egitaniæ sedes, quæ Lusitaniæ finibus continebantur, Compostellano addixit, utpote qui Emeritensis Episcopi Lusitaniæ Metropolitani juribus sibi concessis, & translatis fungeretur.

Hoc pacto permansit usque ad Bonifacii IX. tempora, qui, Rege Joanne I. eam Metropolitico jure, & honore supra Egitaniam, Lamecum, Sylven, & Eboram exornavit; cui postea aliæ quoque adjunctæ sunt Sedes, *Leirienſis*, *Portalegrenſis*, & ultra mare *Funchalenſis*, *Angrenſis*, *Promontorii viridis*, *S. Thomæ*, *Congenſis*, *Bahienſis*, de *Maragnano*, ac de *Gram Pará*: ex quibus sola S. Salvatoris Ecclesia Bahiensis jam Olysiponem Metropolim in negotiis obeundis non adit. Joanne I. regnante, Olysi-



Digitized by Google

po Archiepiscopali dignitate exornata est ; verum, Rege Fidelissimo Joanne V. anno 1716 Patriarchali effulsit. Clemens XI. Fidelissimo Joanni ( ipse ita adloquitur in Bulla ) volens aliquod singulare grati animi argumentum præbere, quod Orthodoxæ Fidei zelo incensus, nullis incommodis, nullisque expensis quantumvis gravissimis parcens, summa, ac pene incredibili liberalitate in auxilium christianæ classis adversus immanissimum Turcarum tyrannum validissimum quamplurium bellicarum navium subsidium quam citissime transmiserit, ad majorem Dei gloriam, & Divini cultus augmentum, attenta ejusdem Olysiponensis Diœcesis amplitudine, civitatem, ac Diœcesim in duas partes divisit, ac unam tam civitatis, quam Diœcesis divisarum hujusmodi partem versus Orientem antiquo Archiepiscopo Olysiponensi reliquit, novo Patriarchæ alteram partem versus Occidentem assignavit, quorum ille Archiepiscopus Olysiponensis Orientalis, & iste Occidentalis nuncuparetur. Iste titulo, ac prærogativa Patriarchæ adinstar Patriarchæ Venetiarum insignitus est cum facultate utendi insigniis, & stemate propriæ Ecclesiæ, aliisque ornamentis, quibus idem Patriarcha Venetiarum de jure, usu, & consuetudine utitur, nec non in iisdem Portugaliæ, & Algarbiorum Regnis deferendi crucem, & Rochetum apertum, populum benedicendi, thronum, & baldachinum habendi, Pontificalia exercendi, indulgentias concedendi, quas Sedis Apostolicæ Nuntii in Portugaliæ, & Algarbiorum Regnis solent concedere, videlicet centum, aut plures alios dies, non tamen ultra annum, nec non in uno Festo dumtaxat à primis usque ad secundas vesperas, & occasum Solis diei festi hujusmodi, quinque annos, & quinque quadragenas, aut infra, ita tamen ut semel tantum pro una Ecclesia, vel Capella fiat : supra *Bracarensem*, *Olysiponensem Orientalem*, ac *Eborensem Archiepiscopos*, nec non *Portugalensem*, *Colimbrien sem*, *Lamecensem*, *Visensem*, *Egitanien sem*, *Mirandensem*, *Leirien sem*, *Funchalensem*, *Angrensem*, *Promontorii viridis*,

Digitized by Google

*S. Thomæ*, *Congenſem*, *Algarbienſem*, *Portalegrenſem*, *Elvenſemque Epiſcopos*, ac alios omnes, & ſingulos Regnorum noſtrorum Prælatos, in omnibus actibus, & functionibus præcedentiam eam habet, ut nullus, etiam in ſuis Eccleſiis, eo præſente, aliquem juriſdictionis, honoris, vel facultatis actum gerere poſſit, quem coram legato Sedis Apoſtolicæ gerere non valeret,

Prædictæ civitatis, & Diœceſis in duas partes diviſionem ita fieri decrevit Sanctiſſimus Clemens: Civitas Olyſiponenſis cum ſuo Caſtello, & Suburbio Orientali ad Archiepiſcopum Olyſiponenſem Orientalem, Suburbium vero Occidentale, quod nova Olyſipo nuncupatur ad Archiepiſcopum Olyſiponenſem Occidentalem pertinebat, unaque pars ab altera ſeparabatur per antiquiores muros civitatis, nempe per murum civitatis portæ *Conſolationis*, per murum *Coſta de Caſtello*, ac per murum, & portam *S. Andreæ*, & quidquid inde eſt cum civitate antiquiori in parte Orientali, una cum Parochiis, aliiſque Eccleſiis, Monaſteriis, Conventibus, & locis piis quibuſcumque ad Orientalem: quidquid vero eſt in parte Occidentali, ſimiliter cum Parochiis, aliiſque Eccleſiis, Monaſteriis, Conventibus, pariterque locis piis ad Occidentalem ſpectabat. Diœceſis pariter diviſa eſt: verſus Orientem Orientali Archiepiſcopo parebat, verſus Occidentem Occidentali: à locis de *Arrojos*, *Campo magno*, *Povoa S. Adriani*; & *Arruda* cum toto territorio de *Alemquer*, qua parte terminat cum territorio Villarum de *Ribatejo*, & exinde *Molendinum novum*, *Otta*, *Cercal*, *Sancheira*, & *Coutos de Alcobaça* uſque ad confinia Epiſcopatus Leirienſis, includendo omnia prædicta loca, oppida, & Villas cum ſuis territoriis, & dependentiis, omniaque alia, quæ intra hanc lineam, & littora maris Oceani reperiuntur ad Archiepiſcopum Occidentalem, ſeu Patriarcham pertinebat: cetera vero loca, oppida, & Villas, quæ ex hac linea excluſive reperiuntur uſque ad ripas Tagi, & confinia juriſdictionis de *Thomar*, cum omnibus ſuis territoriis

Digitized by Google

Archiepiscopus Orientalis regebat. Ex altera Tagi parte, *Cetobrigæ* territorium, qua se extendit intra flumina *Sado*, & *Canha* usque ad confinia Archiepiscopatus Eborensis cum omnibus locis, oppidis, & Villis, eorumque territoriis sub Patriarchæ, seu Archiepiscopi Occidentalis jurisdictione permanebant: aft territorium Scalabitanum ultra Tagum intra flumina *Divor*, & *Castellum de Almourol* usque ad confinia Episcopatus Portalegrensis etiam cum suis locis Archiepiscopi Orientalis erant.

Olysiponensi Diœcesi ita divisa, Archiepiscopo Orientali Episcopi, Egitanienſis, Portalegrensis, Promontorii viridis, S. Thomæ, & Congensis Metropolitico jure subjiciebantur: Occidentali vero Lamecensis, Leirienſis, Funchalensis, & Angrensis suberant. Divisio ista ultra quatuor supra viginti annorum non extitit: cum ex ipsa quam plurima incommoda orirentur, Benedictus XIV. D. N. anno 1740. Olysiponensem tam Occidentalem, quam Orientalem denominationem, Archiepiscopalemque dignitatem extinxit, civitatum, Diœceseon, & provinciarum Olysiponensium partes divisas, ut prius, iterum univit, & consolidavit, ut ex utrâque sola Patriarchalis Ecclesia manserit, cujus Patriarcha ex utriusque Ecclesiæ redditibus, fructibus, proventibus uteretur, ac frueretur; in omnesque prædictos Episcopos, Metropolitico jure gauderet, sicut antea Olysiponensis Metropolita gavisus erat.

## *Colimbrienſis Episcopatus, ac Eminienſis: & Prioris Regii Monasterii S. Crucis Prælatura.*

*Colimbria* in Beirensi provincia ad Mondæ ripam Portugaliæ celeberrima civitas, veterum Regum Curia, Academiæ Sedes, ac Episcoporum antiquissima urbs, in Concilio Lucensi Bracarensi Metropoli subfuit; sed in Concilio Emeritensi à Bracara segregata Emeritensi Archiepiscopo subjecta est, eandemque subjectionem Concilium Toletanum, Rege Wamba, firmavit. Ejus Diœ-

Digitized by Google

ceſis uſque ad Durium in Theodomiri diviſione extendebatur. *Ad Colimbriam* (pertinent) *Colimbria*, *Suninium*, *Selio*, *Lurbinie*, *Inſula*, *Aſtuſiane*, & *Portugale Caſtrum antiquum ſub uno ſeptem*. Verum Calliſtus II. in Epiſtola ad Pelagium Archiepiſcopum Bracarenſem Metropoli Bracarenſi Epiſcopalium Cathedralium urbes redintegrans Colimbriam Pelagio, ejuſque ſucceſſoribus quoad Metropolitica jura attribuit: eandemque Metropolim hoc ævo agnoſcit. Neſcio quo fundamento (licet ſedulo explorarem) aliquando Olyſiponenſi Metropolitæ ſubjectam quidam tradiderunt, non tantum Galli, verum & quos ipſa Hiſpania genuit, ac enutrivit. Colimbrienſe territorium Eccleſiaſticum in tres partes dividitur, quas Archidiaconatus appellant, *de Vouga* ſcilicet, *Senæ*, & *Penellæ*, in quibus tercentæ, ac quinquaginta novem ſunt Parochiæ, quarum centum & quadraginta quinque ad Archidiaconatum *de Vouga*, viginti duæ ſupra centum ad Archidiaconatum *Senæ*, ad alium *Penellæ* nonaginta duæ pertinent. Conterminos habet Epiſcopatus *Portugalenſem*, *Viſenſem*, *Egitanienſem*, *ac Leirienſem*. *Ep. 6. apud Labeum.*

Intra Colimbrienſis Eccleſiæ limites Eminium conſpicitur, cujus Epiſcopi duobus antiquis Hiſpaniarum Conciliis, de quibus ſuo loco, interfuerunt: in Hiſpanienſium ſedium diviſione apud Lucum, Emeritam, Toletumque deſcripta de Eminienſi ſede altum fuit ſilentium: fortaſſe id temporis, quo unicuique Epiſcopo ſuæ Eccleſiæ fines ſignabantur, Colimbrienſis Antiſtitis eſſet Parochia.

Intra ipſius Colimbrienſis Diœceſis terminos inſignis extat Prælatura Prioris Regii Monaſterii S. Crucis Canonicorũ Regularium Magni P. Auguſtini: Omni Epiſcopali, & Archiepiſcopali ſuper ipſam juriſdictioni eximitur; Apoſtolicam tantum ſedem pro ſuo capite, mediante nullo, habet à tempore Innocentii II. qui Monaſterium iſtud ſub ſuam protectionem ſuſcepit, & ad indicium hujus libertatis à Romana Sede perceptæ duos bizantios ſingulis annis ſuis ſucceſſoribus perſolvendos conſtituit. Alexan-

Digitized by Google

der III. anno 1163. exemptionem à Michaele Colimbrienſi Epiſcopo ejuſdem Monaſterii Canonico datam firmavit. Innocentius III. anno 1204. ſui Pontificatus 6. cauſa Petri Colimbrienſis Ep. adverſus Monaſterii libertates, quæſtiones, & lites apud Romanam Curiam intentantis, promoventiſque exemptionis privilegium à Prædeceſſoribus ſuis indultum Monaſterio firmavit iterum, & ratum habuit; ut legitur in lib. 5. Decretalium t. 23 de Privilegiis Cap. cum olim 14. cujus originale in ipſius Monaſterii archivo cuſtoditur. Hujus Prælaturæ territorium non unam tantum Colimbrienſem S. Joannis parochiam, verum & Eccleſias S. Romani, & S. Marinæ *de Sena*, *Taveiro*, de *Mira*, & S. Joannis de *Alcoba* intra Colimbrienſem Epiſcopatum: *Leiriæ*, de *Orem*, de *Obidos* in *Extrematura*, nec non de *Arronches* in Tranſtagana provincia ambitu ſuo concludebat: ex his tamen disjunctis aliis, ad novoſque Epiſcopatus ſæculo decimo ſexto aliis tranſlatis, intra Lamecencem Diœceſim unam adhuc retinet, quæ dicitur *Val de Coelha*, & jam antea ipſius erat territorii, & apudColimbriam aliam S. Joannis, quæ propter magnam locorum diſtantiam Sacramentis facilius miniſtrandis parum commodam in quinque partita eſt, in S. Joannis ſcilicet da *Quintaã*, S. Martini de *Athianha*, S. Auguſtini de *Antozede*, & S. Michaelis da *Ribeira*, in quibus omnibus prædictus Prior Epiſcopalia obit munia, exceptis iis, quæ ſunt Ordinis. Cum de ejuſdem Monaſterii conditione hiſtoriam inſtituero, de ejuſdem Prioris auctoritate par erit ſermo: & Summorum Pontificum Innocentii II. Adriani IV. Alexandri III. Celeſtini III. Innocentii III. Bullas, & regias donationes ex noſtro archivo circa id adferam.

## *Lamecenſis Epiſcopatus.*

IN Beirenſi provincia prope Durium *Lamecum* viſitur; à Septentrione flumine *Balſamon*, quondam *Unguio* dicto irrigatur; veteres *Laconimurgum* appellabant: à ſæ-

Digitized by Google

culo quinto in Luſitania Epiſcoporum fuit Sedes. In Concilio Lucenſi Metropoli Bracarenſi attributa eſt: & Wambæ regno ad Emeritenſem tranſtulerunt Patres; *de Sortaque* uſque ad *Petram*, & *de Tara* uſque *Ortoſam* ejus terminos deſtinarunt. In Bracarenſis Eccleſiæ redintegratione à Calliſto II. facta Bracaræ reſtituta eſt; poſtea tamen, non multum Compoſtellano Archiepiſcopo ſub Innocentii III. Pontificatu paruit, à cujus Metropolitica juriſdictione à Bonifacio IX. immunis fuit, & novæ Metropoli Olyſiponenſi ſubjecta. Lamecenſis Epiſcopatus illum etiam terræ amplexus tractum, quem Luſitanus idiotiſmus *Ribacoa* vocat à *Cudæ* flumine, triginta circiter leucas comprehendit: in quatuor partes, quas *Viſitationes* nominant, diſcernitur, *ſupra Cudam* ſcilicet, *intra Cudam*, & *Tavoram*, aliam *Montis*, *ſeu Serra D. N. da Lapa*, & alteram per loca, quæ ſupra Durium ſita ſunt, ducentas, & octoginta novem Parochias in iis partibus includit, in prima *ſupra Cudam* quinquaginta quatuor, in ſecunda *inter Cudam*, & *Tavoram*, octoginta duas, in tertia *Montis*, *ſeu da Serra* octoginta, & octo, ſupra Durium tandem ſexaginta quinque.

## *Viſenſis Epiſcopatus.*

*Viſeum*, aut ſicut legitur in antiquis codicibus, *Niſeum*, Luſitaniæ urbs juxta veterum noſtrorum traditionem poſt Vaccam ſolo æquatam eminenti loco condita eſt, Epiſcoporum antiquiſſima ſede exornatur, quæ Eccleſias, Lamecenſem, Egitanienſem, ac Colimbrienſem ſibi conterminas reſpicit. In prima ſedium diviſione ſub Theodomiro Suevorum Rege Bracaram coluit Metropolim, in alia vero ſub Wamba Emeritam habuit cum territorio de *Berga* uſque *Sortam*, & de *Bonella* uſque *Ventoſam*: Calliſtus II. Bracarenſi Metropoli iterum adjunxit, ſub cujus Metropolitica juriſdictione adhuc permanet. In octo partes, quas Archipresbyteratus nominant, diſcri-

Digitized by Google

minatur, *Aro* ſcilicet, *Beſteiros*, *Lafoës*, *Moes*, *Penaverde*, *Trancoſo*, *Pinhel*, *Caſtello Mendo*.

## *Egitanienſis Epiſcopatus.*

EGitania *ad Herminium*, quem *Stellæ montem* dicimus, à veteribus Eccleſiæ Scriptoribus, non ſemel laudatur; utpote quæ à tot Epiſcopis ibi ſedentibus Epiſcopatus honorem ſuſcepit. Concilium Lucenſe ſub Metropolitica Bracaræ poteſtate eam conſtituit: Recceſvintus vero in Synodo Emeritenſi, & Wamba poſtea Emeritæ Metropolitæ ſubjecit, & *de Sala uſque ad Navam*, de *Sena uſque ad Mauriellam* limites ſtatuit. Calliſtus II. ab Emerita ad Bracaræ Metropolim tranſtulit. Ab Innocentii III. temporibus Compoſtellano Antiſtiti ſubfuit, à cujus juriſdictione, & Curia Bonifacius IX. disjunxit, ac Olyſiponenſi Archiepiſcopo noviter inſtituto ſubditam dedit. A' Mauris capta Luſitania, Egitanienſis Sedes deſiit; eorum jugo poſtea adempta, anno 1199. Sanctius I. Portugaliæ Rex urbem loco, ſitu, extructioneque hoſtibus facile inacceſſam condidit, quam *Guardiam* nuncupamus, illuc Epiſcopalem Egitaniæ Cathedram adduci fecit, & locari. Ejus Diœceſis in triginta quinque circiter Hiſpanica milliaria longe diffunditur, in tredecimque expanditur, ſeptem *Diſtrictus* continens do *Aro*, *de Cerolico*, *Covilhaã*, *Penamacor*, *Monſanto*, *Caſtellobranco*, & *Abrantes*. Ad Septentrionẽ Lamecenſi, ac Viſenſi Epiſcopatibus conjungitur, ab Erminio disjungitur Colimbrienſi, ab Ortu Caſtellæ Regno terminatur, & quâ in Prætorium conventum *Tibucci* excurrit, Olyſiponenſi Patriarchatu, Prioratu *do Crato*, ac Præfectura *de Thomar* apud veterem Nabantiam ſuos limites ſiſtit.



Digitized by Google

## *Portugalenſis Epiſcopatus, & Eccleſiolæ Prælatura.*

POrtucale in Interamnenſi provincia ad Durii ripam Luſitanorum clariſſima Civitas, exterarum merciū illuc affluentium cōmutatione inſignis, ac ditiſſima; multo tamen ditior, quod Chriſtianæ Religionis depoſitum ſervaverit, quod Sanctiſſimi Epiſcopi tradiderant. A tempore Theodomiri Suevorum Regis uſque ad hanc, quâ degimus, ætatem ad Bracarenſem Metropolim appellationes ſuas proſecutura acceſſit, ipſam ſibi conterminam, nec non Colimbrienſem, ac Lamecenſem ſedes tenet. Olim à Theodomiro ejus Diœceſi attributa fuerant in Caſtro novo Eccleſiæ, quæ in vicino ſunt, *Villa nova*, *Bataonia*, *Veſea*, *Manturio*, *Torebio*, *Banuaſte*, *Pongoaſte*, *Lunibo*, *Neſcis*, *Napoli*, *Curmano*, *Magneto*, *Melga*, *Leboreto*, *Tongobia*, *Villa Gomedei*, *Taunaſſe*. Item *Paga*, *Lambrenton*, *Miobo*, *Vallericia*, *Turlugo*, *Cepis*, & *Menbolas*, & *Palencia*. Præter Civitatem, ejuſque ſuburbia univerſa Portugalenſis Diœceſis intra quatuor Eccleſiaſticos Conventus, quos *Epiſcopales conſtitutiones Comarcas* nominant, *Majam* ſcilicet, *Penafiel*, ſupra *Tamacam*, ac *Lancobricam*, ſermone patrio *Feira* cis Durium, longe, lateque aperitur. *Maja* ſeptuaginta & quatuor Parochiarum eſt ſedes, *Penafiel* duarum ſupra centum, ſupra *Tamacam* una & ſeptuaginta, ad *Lancobricam* nonaginta collocatæ ſunt.

Apud *Lancobricam* ſuum territorium nullius Diœceſis eſt Præfecturæ Prioris Monaſterii Eccleſiolæ *Grijó* Canonicorū Regularium Magni P. Auguſtini Congregationis S. Crucis Colimbrienſis. Era 1170, anno Domini 1132 Bernardus Colimbrienſis Epiſcopus, cujus Diœceſis per Lancobricam id temporis Durium attingebat, Regularibus Eccleſiolæ Canonicis ſeptem Parochias, ipſius videlicet Eccleſiolæ, *S. Martini de Argoncilhe*, *S. Salvatoris de Perozinho*, *S. Mamedi de Cerſedo*, *S. Martini de Travança*, *S. Michaelis de Traneſſo*, & *S. Eulaliæ de Ejrol*,



Digitized by Google

*Eſtombar*, alii vero credunt ætate iſta *Eſtoy* nomine dignoſcendam. Eruditus Lima ait Eſiquium S. Jacobi diſcipulum primum catholicam fidem ibi nuntiaſſe. Saracenis invadentibus, ac ultra quingentos annos dominantibus, ſine Præſule, & Eccleſia permanſit Algarbium, donec Miramolino Marochiorum Rege, Luſitanorum viribus, ac armis expulſo, Sanctius I. Maurorum ſpoliis onuſtus, ac victor, Oſſonobenſem Cathedram anno 1188. ad *Silven* decem leucas à promontorio ſacro diſtantem tranſtulit, unde anno circiter 1580. ad *Pharum*, ubi extat, adducta eſt. Rex Wamba Epiſcopatus dividens, Emeritenſi Metropoli eam ſubjecit, territoriumque ex *Ambia* uſque *ad Salam*, & ex ipſa uſque *ad Turrem* deſignavit; quæ locorum nomina cum ceteris, quæ in aliorum Epiſcopatuum veteribus deſcriptionibus leguntur, apud recentiores Geographos vix habentur in uſu, nec eorum ſitus certò oſtendere auſi ſunt. Emeritenſis Metropoleos juribus ad Compoſtellam translatis, Silvenſis Epiſcopatus ſub Hiſpalenſi Archiepiſcopatu conſtitutus eſt, donec Bonifacius IX, Rege Joanne I. ſeparavit, & Olyſiponenſi Metropoli, quam noviter ſublimabat, adjunxit in Bulla, quæ incipit: *In Eminentiſſimæ dignitatis ſpecula* anno 1394. Poſt annum 1540, à Paulo III. Ebora Metropoli facta, ſub iſtius Metropoliticis juribus viget, ac ſuum territorium reſpicit, qua Algarbium ipſum protrahitur.

*Geographia Luſitan. tom. 1. pag. 321.*

## *Pacenſis Epiſcopatus.*

DE Pacenſi Sede Luſitani cum ceteris Hiſpanis contendunt: iſti *Badioſam* fuiſſe dicunt, cujus Epiſcopi Pacenſes nominantur, illi *Bejam* in Tranſtagana provincia indicant. *Badioſam* Pacem Auguſtam vocant, *Bejam* vero Pacem Juliam: unam tamen, eandemque fuiſſe veteribus in Luſitania Pacem Juliam, & Auguſtam, Bejam ſcilicet, mihi omnino fit certum. Ex Strabone lib. 3. pag. 151. *In Celticis Pax Auguſta erat*, non in Celticis Bæticæ,

Digitized by Google

ſed Luſitaniæ. Hanc, quam Strabo Auguſtam nominat, Ptolemæus in Luſitaniæ limitibus Juliam dixit, quam etiam deſcripſit Plinius inter juridicos Luſitaniæ conventus. Cognominis diverſi cauſam non male, nec ſine conjectatione Reſendius reddidit Vaſæo: quod Julio Cæſare res in Luſitania gerente, hæc Luſitaniæ regio inter Anam, & Tagum illius auſpiciis pacata fuerit, in cujus ſignum Tranſtaganos Luſitanos eò traducens urbem condidit, Pacemque à ſe Juliam cognominavit. Ab Auguſto ad Coloniæ Romanæ, conventuſque juridici dignitatem evecta Julii cognomen in Auguſti mutavit, quod diu non retinuit, ſed prius in conditoris gratiam invaluit. Pacenſis ille conventus, quem Plinius memorat, apud Bæticæ *Badioſam* minime locaretur, cum iſta Emeritenſi conventui eſſet proximior, nec amplius quã triginta paſſuum millibus diſtaret: conventus enim juridici eo ſitu, eâque inter ſe ſervata diſtantia à Romanis inſtituebantur, ut aliis populis longius non eſſet iter, nec aliis minus. Sed omnibus facile, & cõmodum, quale erat Luſitanis, apud *Emeritam*, *Pacem*, *Bejam* ſcilicet & *Scalabim* tribus conventibus collocatis.

*Lib. 2. cap. 5.*

*Lib. 4. cap. 35.*

*Ep. ad Vaſeum de Colonia Pacenſi.*

Epiſcopi, qui Badiocenſem Eccleſiam regunt, Pacenſes quidem nominantur; ſed poſt funeſtam illam, quam Hiſpanis Saraceni intulerunt cladem: clariores urbes à barbaris contritæ, aut priſtinum ſuum ornamentum penitus amiſerunt, aut ſerius reciperarunt; & in nonnullarum locum alibi aliæ ſubſtitutæ ſunt. Hoc igitur pacto *Pax Julia* cum in barbarorum poteſtatem incidiſſet, amiſſum ejus decus tenet *Badioſa*, & Pacenſem titulum conſervat. Gothorum tempore tot Præſulibus decorata eſt *Pax Julia*, qui in Hiſpaniarum ſynodis ſuæ Eccleſiæ traditiones protulerunt, ac juſtiſſimis legibus ſubſcripſerunt. Sub Rege Wambã Emeritenſi Metropoli in ſuffraganeam data fuit, & territorii limites habuit a *Balagar* uſque *Artam*, & *ex Ola* uſque *Metaral*: noſtris vero temporibus licet inter Regni civitates numeretur, Cathedrali Eccleſia non fruitur, ſed intra Eborenſem Diœceſim continetur.

Digitized by Google

## *Eborensis Episcopatus.*

EBora à Julio Cæsare Municipium, veteris latii oppidum, ac immune, liberalitasque Julia à Christianæ Fidei infantia Episcoporum sedes à nostris creditur. Ex veteribus Ecclesiarum divisionibus Emeritensi Archiepiscopatui quoad Metropoliticam amplitudinem attributa est. Id temporis illius Diœcesis à *Sotobra* usque ad *Petram* de *Rucella* usque *Paratam*. Extincta jam Emeritensi Metropoli; postquam à Venerabili Rege Alphonso Henrico Mauris liberata est Ebora, novum Episcopatum obtinuit, quem Bracharensis Antistes sub Metropolitica juris dictione cœpit possidere, ipso Alphonso annuente. Ast lite inter Petrum Compostellanum, & Martinum Bracarensem exorta, Innocentii III. decreto Compostellanæ Metropoli facta est subdita: id constat ex Epistolis Innocentianis ad Petrum Compostellanum, Bracarensemque Martinum, ac Episcopos Lamecensem, Eborensem, Olysiponensem, ac Egitanensem. Bonifacius IX. Compostellæ jurisdictioni ademit, & sub Olysiponensi Metropoli posuit. Anno 1540 Paulus III. Joanne III. Rege, Eboram in Metropolim erexit, Metropoliticamque amplitudinem supra Sylvensem, ac Elvensem Episcopos concessit: quâ potestate Eminentissimus Cardinalis D. Henricus postea Portugaliæ Rex primus potitus est. Hujus Ecclesiæ Diœcesis quatuor Episcopatuum *Elvensis*, *Portalegrensis*, *Olysiponensis*, *Pharensis*, ac *Hispalensis* confiniis terminatur.

## *Olysiponensis Episcopatus.*

O *Lysipo* Municipium quondam Civium Romanorum, ac Felicitas Julia, nunc Lusitani Imperii caput, regni sedes, regius conventus juridicus, incolarum multitudine insignis, divitiarum cumulo potens, reliquis maximis orbis civitatibus non impar religionem Christianam à pri-

primis ſæculis profeſſa eſt: Epiſcopos habuit, qui in ſedium diſtributionibus Theodomiri, Recceſvinti, & Wambæ juſſu Emeritæ Præſulem Metropolitanum agnoverunt, parueruntque: ab *Arta* uſque ad *Ambiam*, & ab *Ola* uſque ad *Matam* ſuæ Diœceſis limites protraxerunt. Non deſunt, qui Olyſiponenſem ſedem, poſtquam Emerita Metropoleos jura dimiſit, Hiſpalenſi Archiepiſcopo fuiſſe ſubjectam traderent: nullo tamen veritatis fundamento nixi ſunt. Bracaræ Antiſtitem ſuum Metropolitanum agnoviſſe Olyſiponem credo, maxime tempore, quo Venerabilis Rex Alphonſus Henricus Mauros ab ipſa expulit: tunc Joannes *Peculiaris* Canonicus Regularis Monaſterii S. Crucis Colimbrienſis Archiepiſcopus Bracarenſis Olyſiponem veniens, ibi Metropolitico jure fruens cum aliis ſuæ provinciæ Epiſcopis juxta veterem Eccleſiæ conſuetudinem Gilbertum Olyſiponis Epiſcopum conſecravit: id palam fit ex manuſcripto pervetuſto de Olyſipone à Rege Alphonſo fundata, quod in noſtrorum Monaſteriorum archivis cuſtoditur, & ex Epiſtola Innocentii III. ad Petrum Compoſtellæ Archiepiſcopū. Sub Bracarenſi Metropoleos poſſeſſione (in juſta ne, aut juſta eſſet, neſcio, nec decido) fuit Olyſiponenſis Eccleſia, donec Innocentius III. ut diſſidia inter Bracarenſem, & Compoſtellanum Præſules componeret, Olyſiponis, Lameci, Eboræ, ac Egitaniæ ſedes, quæ Luſitaniæ finibus continebantur, Compoſtellano addixit, utpote qui Emeritenſis Epiſcopi Luſitaniæ Metropolitani juribus ſibi conceſſis, & translatis fungeretur.

Hoc pacto permanſit uſque ad Bonifacii IX. tempora, qui, Rege Joanne I. eam Metropolitico jure, & honore ſupra Egitaniam, Lamecum, Sylven, & Eboram exornavit; cui poſtea aliæ quoque adjunctæ ſunt Sedes, *Leirienſis*, *Portalegrenſis*, & ultra mare *Funchalenſis*, *Angrenſis*, *Promontorii viridis*, *S. Thomæ*, *Congenſis*, *Bahienſis*, de *Maragnano*, ac de *Gram Pará*: ex quibus ſola S. Salvatoris Eccleſia Bahienſis jam Olyſiponem Metropolim in negotiis obeundis non adit. Joanne I. regnante, Olyſi-



Digitized by Google

po Archiepiſcopali dignitate exornata eſt ; verum, Rege Fideliſſimo Joanne V. anno 1716 Patriarchali effulſit. Clemens XI. Fideliſſimo Joanni ( ipſe ita adloquitur in Bulla ) volens aliquod ſingulare grati animi argumentum præbere, quod Orthodoxæ Fidei zelo incenſus, nullis incommodis, nulliſque expenſis quantumvis graviſſimis parcens, ſumma, ac pene incredibili liberalitate in auxilium chriſtianæ claſſis adverſus immaniſſimum Turcarum tyrannum validiſſimum quamplurium bellicarum navium ſubſidium quam citiſſime tranſmiſerit, ad majorem Dei gloriam, & Divini cultus augmentum, attenta ejuſdem Olyſiponenſis Diœceſis amplitudine, civitatem, ac Diœceſim in duas partes diviſit, ac unam tam civitatis, quam Diœceſis diviſarum hujuſmodi partem verſus Orientem antiquo Archiepiſcopo Olyſiponenſi reliquit, novo Patriarchæ alteram partem verſus Occidentem aſſignavit, quorum ille Archiepiſcopus Olyſiponenſis Orientalis, & iſte Occidentalis nuncuparetur. Iſte titulo, ac prærogativa Patriarchæ adinſtar Patriarchæ Venetiarum inſignitus eſt cum facultate utendi inſigniis, & ſtemate propriæ Eccleſiæ, aliiſque ornamentis, quibus idem Patriarcha Venetiarum de jure, uſu, & conſuetudine utitur, nec non in iiſdem Portugaliæ, & Algarbiorum Regnis deferendi crucem, & Rochetum apertum, populum benedicendi, thronum, & baldachinum habendi, Pontificalia exercendi, indulgentias concedendi, quas Sedis Apoſtolicæ Nuntii in Portugaliæ, & Algarbiorum Regnis ſolent concedere, videlicet centum, aut plures alios dies, non tamen ultra annum, nec non in uno Feſto dumtaxat à primis uſque ad ſecundas veſperas, & occaſum Solis diei feſti hujuſmodi, quinque annos, & quinque quadragenas, aut infra, ita tamen ut ſemel tantum pro una Eccleſia, vel Capella fiat : ſupra *Bracarenſem*, *Olyſiponenſem Orientalem*, ac *Eborenſem Archiepiſcopos*, nec non *Portugalenſem*, *Colimbrienſem*, *Lamecenſem*, *Viſenſem*, *Egitanienſem*, *Mirandenſem*, *Leirienſem*, *Funchalenſem*, *Angrenſem*, *Promontorii viridis*,

Digitized by Google

*S. Thomæ*, *Congenſem*, *Algarbienſem*, *Portalegrenſem*, *Elvenſemque Epiſcopos*, ac alios omnes, & ſingulos Regnorum noſtrorum Prælatos, in omnibus actibus, & functionibus præcedentiam eam habet, ut nullus, etiam in ſuis Eccleſiis, eo præſente, aliquem juriſdictionis, honoris, vel facultatis actum gerere poſſit, quem coram legato Sedis Apoſtolicæ gerere non valeret,

Prædictæ civitatis, & Diœceſis in duas partes diviſionem ita fieri decrevit Sanctiſſimus Clemens: Civitas Olyſiponenſis cum ſuo Caſtello, & Suburbio Orientali ad Archiepiſcopum Olyſiponenſem Orientalem, Suburbium vero Occidentale, quod nova Olyſipo nuncupatur ad Archiepiſcopum Olyſiponenſem Occidentalem pertinebat, unaque pars ab altera ſeparabatur per antiquiores muros civitatis, nempe per murum civitatis portæ *Conſolationis*, per murum *Coſta de Caſtello*, ac per murum, & portam *S. Andreæ*, & quidquid inde eſt cum civitate antiquiori in parte Orientali, una cum Parochiis, aliiſque Eccleſiis, Monaſteriis, Conventibus, & locis piis quibuſcumque ad Orientalem: quidquid vero eſt in parte Occidentali, ſimiliter cum Parochiis, aliiſque Eccleſiis, Monaſteriis, Conventibus, pariterque locis piis ad Occidentalem ſpectabat. Diœceſis pariter diviſa eſt: verſus Orientem Orientali Archiepiſcopo parebat, verſus Occidentem Occidentali: à locis de *Arrojos*, *Campo magno*, *Povoa S. Adriani*; & *Arruda* cum toto territorio de *Alemquer*, qua parte terminat cum territorio Villarum de *Ribatejo*, & exinde *Molendinum novum*, *Otta*, *Cercal*, *Sancheira*, & *Coutos de Alcobaça* uſque ad confinia Epiſcopatus Leirienſis, includendo omnia prædicta loca, oppida, & Villas cum ſuis territoriis, & dependentiis, omniaque alia, quæ intra hanc lineam, & littora maris Oceani reperiuntur ad Archiepiſcopum Occidentalem, ſeu Patriarcham pertinebat: cetera vero loca, oppida, & Villas, quæ ex hac linea excluſive reperiuntur uſque ad ripas Tagi, & confinia juriſdictionis de *Thomar*, cum omnibus ſuis territoriis

Digitized by Google

Archiepiſcopus Orientalis regebat. Ex altera Tagi parte, *Cetobrigæ* territorium, qua ſe extendit intra flumina *Sado*, & *Canha* uſque ad confinia Archiepiſcopatus Eborenſis cum omnibus locis, oppidis, & Villis, eorumque territoriis ſub Patriarchæ, ſeu Archiepiſcopi Occidentalis juriſdictione permanebant: aſt territorium Scalabitanum ultra Tagum intra flumina *Divor*, & *Caſtellum de Almourol* uſque ad confinia Epiſcopatus Portalegrenſis etiam cum ſuis locis Archiepiſcopi Orientalis erant.

Olyſiponenſi Diœceſi ita diviſa, Archiepiſcopo Orientali Epiſcopi, Egitanienſis, Portalegrenſis, Promontorii viridis, S. Thomæ, & Congenſis Metropolitico jure ſubjiciebantur: Occidentali vero Lamecenſis, Leirienſis, Funchalenſis, & Angrenſis ſuberant. Diviſio iſta ultra quatuor ſupra viginti annorum non extitit: cum ex ipſa quam plurima incommoda orirentur, Benedictus XIV. D. N. anno 1740. Olyſiponenſem tam Occidentalem, quam Orientalem denominationem, Archiepiſcopalemque dignitatem extinxit, civitatum, Diœceſeon, & provinciarum Olyſiponenſium partes diviſas, ut prius, iterum univit, & conſolidavit, ut ex utrâque ſola Patriarchalis Eccleſia manſerit, cujus Patriarcha ex utriuſque Eccleſiæ redditibus, fructibus, proventibus uteretur, ac frueretur; in omneſque prædictos Epiſcopos, Metropolitico jure gauderet, ſicut antea Olyſiponenſis Metropolita gaviſus erat.

## *Colimbrienſis Epiſcopatus, ac Eminienſis: & Prioris Regii Monaſterii S. Crucis Prælatura.*

COlimbria in Beirenſi provincia ad Mondæ ripam Portugaliæ celeberrima civitas, veterum Regum Curia, Academiæ Sedes, ac Epiſcoporum antiquiſſima urbs, in Concilio Lucenſi Bracarenſi Metropoli ſubfuit; ſed in Concilio Emeritenſi à Bracara ſegregata Emeritenſi Archiepiſcopo ſubjecta eſt, eandemque ſubjectionem Concilium Toletanum, Rege Wamba, firmavit. Ejus Dioe-

Digitized by Google

ceſis uſque ad Durium in Theodomiri diviſione extendebatur. *Ad Colimbriam* (pertinent) *Colimbria*, *Suninium*, *Selio*, *Lurbinie*, *Inſula*, *Aſtuſiane*, & *Portugale Caſtrum antiquum ſub uno ſeptem*. Verum Calliſtus II. in Epiſtola ad Pelagium Archiepiſcopum Bracarenſem Metropoli Bracarenſi Epiſcopalium Cathedralium urbes redintegrans Colimbriam Pelagio, ejuſque ſucceſſoribus quoad Metropolitica jura attribuit: eandemque Metropolim hoc ævo agnoſcit. Neſcio quo fundamento (licet ſedulo explorarem) aliquando Olyſiponenſi Metropolitæ ſubjectam quidam tradiderunt, non tantum Galli, verum & quos ipſa Hiſpania genuit, ac enutrivit. Colimbrienſe territorium Eccleſiaſticum in tres partes dividitur, quas Archidiaconatus appellant, *de Vouga* ſcilicet, *Senæ*, & *Penellæ*, in quibus tercentæ, ac quinquaginta novem ſunt Parochiæ, quarum centum & quadraginta quinque ad Archidiaconatum *de Vouga*, viginti duæ ſupra centum ad Archidiaconatum *Senæ*, ad alium *Penellæ* nonaginta duæ pertinent. Conterminos habet Epiſcopatus *Portugalenſem*, *Viſenſem*, *Egitanienſem*, *ac Leirienſem*. *Ep. 6. apud Labeum.*

Intra Colimbrienſis Eccleſiæ limites Eminium conſpicitur, cujus Epiſcopi duobus antiquis Hiſpaniarum Conciliis, de quibus ſuo loco, interfuerunt: in Hiſpanienſium ſedium diviſione apud Lucum, Emeritam, Toletumque deſcripta de Eminienſi ſede altum fuit ſilentium: fortaſſe id temporis, quo unicuique Epiſcopo ſuæ Eccleſiæ fines ſignabantur, Colimbrienſis Antiſtitis eſſet Parochia.

Intra ipſius Colimbrienſis Diœceſis terminos inſignis extat Prælatura Prioris Regii Monaſterii S.Crucis Canonicorũ Regularium Magni P. Auguſtini: Omni Epiſcopali, & Archiepiſcopali ſuper ipſam juriſdictioni eximitur; Apoſtolicam tantum ſedem pro ſuo capite, mediante nullo, habet à tempore Innocentii II. qui Monaſterium iſtud ſub ſuam protectionem ſuſcepit, & ad indicium hujus libertatis à Romana Sede perceptæ duos bizantios ſingulis annis ſuis ſucceſſoribus perſolvendos conſtituit. Alexan-

Digitized by Google

minatur, *Aro* ſcilicet, *Beſteiros*, *Lafoës*, *Moes*, *Penaverde*, *Trancoſo*, *Pinhel*, *Caſtello Mendo*.

## *Egitanienſis Epiſcopatus.*

EGitania *ad Herminium*, quem *Stellæ montem* dicimus, à veteribus Eccleſiæ Scriptoribus, non ſemel laudatur; utpote quæ à tot Epiſcopis ibi ſedentibus Epiſcopatus honorem ſuſcepit. Concilium Lucenſe ſub Metropolitica Bracaræ poteſtate eam conſtituit: Recceſvintus vero in Synodo Emeritenſi, & Wamba poſtea Emeritæ Metropolitæ ſubjecit, & *de Sala uſque ad Navam*, de *Sena uſque ad Mauriellam* limites ſtatuit. Calliſtus II. ab Emerita ad Bracaræ Metropolim tranſtulit. Ab Innocentii III. temporibus Compoſtellano Antiſtiti ſubfuit, à cujus juriſdictione, & Curia Bonifacius IX. disjunxit, ac Olyſiponenſi Archiepiſcopo noviter inſtituto ſubditam dedit. A Mauris capta Luſitania, Egitanienſis Sedes deſiit; eorum jugo poſtea adempta, anno 1199. Sanctius I. Portugaliæ Rex urbem loco, ſitu, extructioneque hoſtibus facile inacceſſam condidit, quam *Guardiam* nuncupamus, illuc Epiſcopalem Egitaniæ Cathedram adduci fecit, & locari. Ejus Diœceſis in triginta quinque circiter Hiſpanica milliaria longe diffunditur, in tredecimque expanditur, ſeptem *Diſtrictus* continens do *Aro*, *de Cerolico*, *Covilhaã*, *Penamacor*, *Monſanto*, *Caſtellobranco*, & *Abrantes*. Ad Septentrionẽ Lamecenſi, ac Viſenſi Epiſcopatibus conjungitur, ab Erminio disjungitur Colimbrienſi, ab Ortu Caſtellæ Regno terminatur, & quâ in Prætorium conventum *Tibucci* excurrit, Olyſiponenſi Patriarchatu, Prioratu *do Crato*, ac Præfectura *de Thomar* apud veterem Nabantiam ſuos limites ſiſtit.

Por-

Digitized by Google

## *Portugalenſis Epiſcopatus, & Eccleſiolæ Prælatura.*

POrtucale in Interamnenſi provincia ad Durii ripam Luſitanorum clariſſima Civitas, exterarum merciũ illuc affluentium cõmutatione inſignis, ac ditiſſima; multo tamen ditior, quod Chriſtianæ Religionis depoſitum ſervaverit, quod Sanctiſſimi Epiſcopi tradiderant. A tempore Theodomiri Suevorum Regis uſque ad hanc, quâ degimus, ætatem ad Bracarenſem Metropolim appellationes ſuas proſecutura acceſſit, ipſam ſibi conterminam, nec non Colimbrienſem, ac Lamecenſem ſedes tenet. Olim à Theodomiro ejus Diœceſi attributa fuerant in Caſtro novo Eccleſiæ, quæ in vicino ſunt, *Villa nova*, *Bataonia*, *Veſea*, *Manturio*, *Torebio*, *Banuaſte*, *Pongoaſte*, *Lunibo*, *Neſcis*, *Napoli*, *Curmano*, *Magneto*, *Melga*, *Leboreto*, *Tongobia*, *Villa Gomedei*, *Taunaſſe*. Item *Paga*, *Lambrenton*, *Miobo*, *Vallericia*, *Turlugo*, *Cepis*, & *Menbolas*, & *Palencia*. Præter Civitatem, ejuſque ſuburbia univerſa Portugalenſis Diœceſis intra quatuor Eccleſiaſticos Conventus, quos *Epiſcopales conſtitutiones Comarcas* nominant, *Majam* ſcilicet, *Penafiel*, ſupra *Tamacam*, ac *Lancobricam*, ſermone patrio *Feira* cis Durium, longe, lateque aperitur. *Maja* ſeptuaginta & quatuor Parochiarum eſt ſedes, *Penafiel* duarum ſupra centum, ſupra *Tamacam* una & ſeptuaginta, ad *Lancobricam* nonaginta collocatæ ſunt.

Apud *Lancobricam* ſuum territorium nullius Diœceſis eſt Præfecturæ Prioris Monaſterii Eccleſiolæ *Grijó* Canonicorũ Regularium Magni P. Auguſtini Congregationis S. Crucis Colimbrienſis. Era 1170, anno Domini 1132 Bernardus Colimbrienſis Epiſcopus, cujus Diœceſis per Lancobricam id temporis Durium attingebat, Regularibus Eccleſiolæ Canonicis ſeptem Parochias, ipſius videlicet Eccleſiolæ, *S. Martini de Argoncilhe*, *S. Salvatoris de Perozinho*, *S. Mamedi de Cerſedo*, *S. Martini de Travanca*, *S. Michaelis de Traneſſo*, & *S. Eulaliæ de Ejrol*,



Digitized by Google

der III. anno 1163. exemptionem à Michaele Colimbrienſi Epiſcopo ejuſdem Monaſterii Canonico datam firmavit. Innocentius III. anno 1204. ſui Pontificatus 6. cauſa Petri Colimbrienſis Ep. adverſus Monaſterii libertates, quæſtiones, & lites apud Romanam Curiam intentantis, promoventiſque exemptionis privilegium à Prædeceſſoribus ſuis indultum Monaſterio firmavit iterum, & ratum habuit; ut legitur in lib. 5. Decretalium t. 23 de Privilegiis Cap. cum olim 14. cujus originale in ipſius Monaſterii archivo cuſtoditur. Hujus Prælaturæ territorium non unam tantum Colimbrienſem S. Joannis parochiam, verum & Eccleſias S. Romani, & S. Marinæ *de Sena*, *Taveiro*, de *Mira*, & S. Joannis de *Alcoba* intra Colimbrienſem Epiſcopatum: *Leiriæ*, de *Orem*, de *Obidos* in *Extrematura*, nec non de *Arronches* in Tranſtagana provincia ambitu ſuo concludebat: ex his tamen disjunctis aliis, ad novoſque Epiſcopatus ſæculo decimo ſexto aliis tranſlatis, intra Lamecencem Diœceſim unam adhuc retinet, quæ dicitur *Val de Coelha*, & jam antea ipſius erat territorii, & apudColimbriam aliam S. Joannis, quæ propter magnam locorum diſtantiam Sacramentis facilius miniſtrandis parum commodam in quinque partita eſt, in S. Joannis ſcilicet da *Quintaã*, S. Martini de *Athianha*, S. Auguſtini de *Antozede*, & S. Michaelis da *Ribeira*, in quibus omnibus prædictus Prior Epiſcopalia obit munia, exceptis iis, quæ ſunt Ordinis. Cum de ejuſdem Monaſterii conditione hiſtoriam inſtituero, de ejuſdem Prioris auctoritate par erit ſermo: & Summorum Pontificum Innocentii II. Adriani IV. Alexandri III. Celeſtini III. Innocentii III. Bullas, & regias donationes ex noſtro archivo circa id adferam.

## *Lamecenſis Epiſcopatus.*

IN Beirenſi provincia prope Durium *Lamecum* viſitur, à Septentrione flumine *Balſamon*, quondam *Unguio* dicto irrigatur; veteres *Laconimurgum* appellabant: à ſæ-

Digitized by Google

culo quinto in Luſitania Epiſcoporum fuit Sedes. In Concilio Lucenſi Metropoli Bracarenſi attributa eſt: & Wambæ regno ad Emeritenſem tranſtulerunt Patres; *de Sortaque* uſque ad *Petram*, & *de Tara* uſque *Ortoſam* ejus terminos deſtinarunt. In Bracarenſis Eccleſiæ redintegratione à Calliſto II. facta Bracaræ reſtituta eſt; poſtea tamen, non multum Compoſtellano Archiepiſcopo ſub Innocentii III. Pontificatu paruit, à cujus Metropolitica juriſdictione à Bonifacio IX. immunis fuit, & novæ Metropoli Olyſiponenſi ſubjecta. Lamecenſis Epiſcopatus illum etiam terræ amplexus tractum, quem Luſitanus idiotiſmus *Ribacoa* vocat à *Cudæ* flumine, triginta circiter leucas comprehendit: in quatuor partes, quas *Viſitationes* nominant, diſcernitur, *ſupra Cudam* ſcilicet, *intra Cudam*, & *Tavoram*, aliam *Montis*, *ſeu Serra D. N. da Lapa*, & alteram per loca, quæ ſupra Durium ſita ſunt, ducentas, & octoginta novem Parochias in iis partibus includit, in prima *ſupra Cudam* quinquaginta quatuor, in ſecunda *inter Cudam*, & *Tavoram*, octoginta duas, in tertia *Montis*, *ſeu da Serra* octoginta, & octo, ſupra Durium tandem ſexaginta quinque.

## *Viſenſis Epiſcopatus.*

*Viſeum*, aut ſicut legitur in antiquis codicibus, *Niſeum*, Luſitaniæ urbs juxta veterum noſtrorum traditionem poſt Vaccam ſolo æquatam eminenti loco condita eſt, Epiſcoporum antiquiſſima ſede exornatur, quæ Eccleſias, Lamecenſem, Egitanienſem, ac Colimbrienſem ſibi conterminas reſpicit. In prima ſedium diviſione ſub Theodomiro Suevorum Rege Bracaram coluit Metropolim, in alia vero ſub Wamba Emeritam habuit cum territorio de *Berga* uſque *Sortam*, & de *Bonella* uſque *Ventoſam*: Calliſtus II. Bracarenſi Metropoli iterum adjunxit, ſub cujus Metropolitica juriſdictione adhuc permanet. In octo partes, quas Archipresbyteratus nominant, diſcri-

Digitized by Google

minatur, *Aro* ſcilicet, *Beſteiros*, *Lafoës*, *Moes*, *Penaverde*, *Trancoſo*, *Pinhel*, *Caſtello Mendo*.

## *Egitanienſis Epiſcopatus.*

EGitania *ad Herminium*, quem *Stellæ montem* dicimus, à veteribus Eccleſiæ Scriptoribus, non ſemel laudatur; utpote quæ à tot Epiſcopis ibi ſedentibus Epiſcopatus honorem ſuſcepit. Concilium Lucenſe ſub Metropolitica Bracaræ poteſtate eam conſtituit: Recceſvintus vero in Synodo Emeritenſi, & Wamba poſtea Emeritæ Metropolitæ ſubjecit, & *de Sala uſque ad Navam*, de *Sena uſque ad Mauriellam* limites ſtatuit. Calliſtus II. ab Emerita ad Bracaræ Metropolim tranſtulit. Ab Innocentii III. temporibus Compoſtellano Antiſtiti ſubfuit, à cujus juriſdictione, & Curia Bonifacius IX. disjunxit, ac Olyſiponenſi Archiepiſcopo noviter inſtituto ſubditam dedit. A' Mauris capta Luſitania, Egitanienſis Sedes deſiit; eorum jugo poſtea adempta, anno 1199. Sanctius I. Portugaliæ Rex urbem loco, ſitu, extructioneque hoſtibus facile inacceſſam condidit, quam *Guardiam* nuncupamus, illuc Epiſcopalem Egitaniæ Cathedram adduci fecit, & locari. Ejus Diœceſis in triginta quinque circiter Hiſpanica milliaria longe diffunditur, in tredecimque expanditur, ſeptem *Diſtrictus* continens do *Aro*, *de Cerolico*, *Covilhaã*, *Penamacor*, *Monſanto*, *Caſtellobranco*, & *Abrantes*. Ad Septentrionẽ Lamecenſi, ac Viſenſi Epiſcopatibus conjungitur, ab Erminio disjungitur Colimbrienſi, ab Ortu Caſtellæ Regno terminatur, & quâ in Prætorium conventum *Tibucci* excurrit, Olyſiponenſi Patriarchatu, Prioratu *do Crato*, ac Præfectura *de Thomar* apud veterem Nabantiam ſuos limites ſiſtit.

Por-

Digitized by Google

*Portugalenſis Epiſcopatus, & Eccleſiolæ Prælatura.*

POrtucale in Interamnenſi provincia ad Durii ripam Luſitanorum clariſſima Civitas, exterarum merciũ illuc affluentium cõmutatione inſignis, ac ditiſſima; multo tamen ditior, quod Chriſtianæ Religionis depoſitum ſervaverit, quod Sanctiſſimi Epiſcopi tradiderant. A tempore Theodomiri Suevorum Regis uſque ad hanc, quâ degimus, ætatem ad Bracarenſem Metropolim appellationes ſuas proſecutura acceſſit, ipſam ſibi conterminam, nec non Colimbrienſem, ac Lamecenſem ſedes tenet. Olim à Theodomiro ejus Diœceſi attributa fuerant in Caſtro novo Eccleſiæ, quæ in vicino ſunt, *Villa nova*, *Bataonia*, *Veſea*, *Manturio*, *Torebio*, *Banuaſte*, *Pongoaſte*, *Lunibo*, *Neſcis*, *Napoli*, *Curmano*, *Magneto*, *Melga*, *Leboreto*, *Tongobia*, *Villa Gomedei*, *Taunaſſe*. Item *Paga*, *Lambrenton*, *Miobo*, *Vallericia*, *Turlugo*, *Cepis*, & *Menbolas*, & *Palencia*. Præter Civitatem, ejuſque ſuburbia univerſa Portugalenſis Diœceſis intra quatuor Eccleſiaſticos Conventus, quos *Epiſcopales conſtitutiones Comarcas* nominant, *Majam* ſcilicet, *Penafiel*, ſupra *Tamacam*, ac *Lancobricam*, ſermone patrio *Feira* cis Durium, longe, lateque aperitur. *Maja* ſeptuaginta & quatuor Parochiarum eſt ſedes, *Penafiel* duarum ſupra centum, ſupra *Tamacam* una & ſeptuaginta, ad *Lancobricam* nonaginta collocatæ ſunt.

Apud *Lancobricam* ſuum territorium nullius Diœceſis eſt Præfecturæ Prioris Monaſterii Eccleſiolæ *Grijó* Canonicorũ Regularium Magni P. Auguſtini Congregationis S. Crucis Colimbrienſis. Era 1170, anno Domini 1132 Bernardus Colimbrienſis Epiſcopus, cujus Diœceſis per Loncobricam id temporis Durium attingebat, Regularibus Eccleſiolæ Canonicis ſeptem Parochias, ipſius videlicet Eccleſiolæ, *S. Martini de Argoncilhe*, *S. Salvatoris de Perozinho*, *S. Mamedi de Cerſedo*, *S. Martini de Travanca*, *S. Michaelis de Traneſſo*, & *S. Eulaliæ de Ejrol*,



Digitized by Google

quæ Monasterio eidem jam erant unitæ, ab omni suæ Sedis jurisdictione immunes dedit, indeque Ecclesiolæ Priores nullum Antistitem, nisi Romanum, Superiorem sibi agnoscere cœperunt. Nec unus tantum, verum & plures Romani Pontifices, Innocentius II. anno 1139, Lucius II. anno 1144, Eugenius III. anno 1448 immunitatem à Bernardo datam firmam, ratamque habuerunt. Anno circiter 1193, cum quædam Ecclesiolæ territorii portio intra Portugalensis Diœcesis limites jam contineretur, Portucalis Episcopus in ipsam jus sibi arrogare contendit : delata causa ad Gregorium Cardinalem Legatum à latere Cœlestini III. in Hispaniis apud Burgensem urbem commorantem in Canonicorum Regularium favorem jure bene fundatum ab ipsomet Judice decisa est ; cujus judicium Honorius III. anno secundo sui Pontificatus 1218. observari præcepit, in omnesque prædictarum Ecclesiarum exemptionem offendentes spirituales comminatus est pœnas. Intra Colimbrienſis, ac Portugalensis Sedium limites Ecclesiolæ exemptum Territorium extenditur : in Portugalensi Diœcesi ipsa Ecclesiolæ Monasterii Sedes, Parochia *S. Martini de Argancilhe*, *S. Salvatoris de Perozinho*, *S. Mamedi de Cersedo* ; in Colimbrienſi *S. Michaelis de Traneſſo*, *S. Martini de Travanca*, ac *S. Eulaliæ de Ejrol* : quapropter sub Episcopatu potius Portugalensi, quam Colimbrienſi de Prælatura ista agendum erat, quanvis fusius, cum ad illius Monasterii institutionem per tempus accessero.

## *Bracarensis Sedes.*

*Bracara Augusta* in corde veluti Interamnensis provinciæ à Romanorum imperio Conventus juridicus, centum & septuaginta septem annis Suevorum Regum regia civitas, tot Præsulibus à primâ christianæ Religionis luce decorata inter ceteras Hispaniarum Metropoles emicat, & de suo primatu non sine jure cum reliquis, Toletanâ præsertim visa est subire certamen : Gallæciæ Metropo-

Digitized by Google

lim tot Venerabilium Patrum consensus declararunt: apud Lucum anno 569. *Portugale*, *Colimbria*, *Egitania*, *Viseum*, *Lamecum*, *Dumium*, *Britonia*, & quæ hodie Castellanæ ditionis sunt *Vetica*, *Aurea*, *Tude*, *Lucus*, *Iria*, & *Astorica* sub illius Metropoliticam auctoritatem fuerunt contributæ. Licet apud Toletum, Rege Wamba, *Colimbriam*, *Egitaniam*, *Viseum*, *Lamecum* ad Emeritensem Metropolim translatas amitteret, Maurorum potestate in Hispaniis jam contrita, ac omnino jacente, Callistus II. easdem ipsi restituit, ac redintegravit. Innocentius III. anno 1199. *Egitaniam*, ac *Lamecum* iterum segregavit, Compostellano Archiepiscopo Metropolitæ Emeritensis jura sibi concessa vindicanti uniturus. Quæ olim tot sedium in provincia primas habuerat, & earum confluentibus causis strepebat Curia, vix quatuor Episcopatus *Colimbria*, *Viseum*, *Portugale*, *ac Miranda* his temporibus adeunt suas appellationes delatum. *Apud Aguirre tom. 3.*

Inter Portugaliæ Præsules honore, ac jurisdictione magnus quidem est Bracarensis Antistes; non tam spirituali jurisdictione in universam Diœcesim, verum & sæculari, ac civili in Bracaram, tredecimque conventus, quos Lusitani appellant *Coutos* ad ipsam spectantes summo jure, ac pleno dominio utitur: hujus dominii initium à tempore Comitis Henrici scripsit Callistus II. ad Pelagium Archiepiscopum Bracarensem *Urbem Bracaram cum cauto illo integro, quod Comes Henricus, & uxor ejus Theraſia eidem Ecclesiæ contulerunt, sicut in descriptione prædicti dominii continetur.* Magistratus, qui utrasque & Ecclesiasticas, & civiles, agnoscant causas, Archiepiscopus præficit, & si libet, abjicit: ea est Conventus juridici Archiepiscopalis auctoritas, ut causis, & litibus ordinariis, ac civilibus finem imponat, nec cuiquam liceat regium Conventum juridicum Portugalensem, & Olysiponensem appellare; quanvis pro criminalibus Bracarensium nemini jus istud ablatum sit. Universa Diœceſis in quinque Ecclesiasticas Correcturas partitur, *Bracarensem*, *Valentinam*, *Ep. 6. Callisti in Collection. Labeana.*

Digitized by Google

*Aquas flavienſem*, *Villæ regiæ*, ac *Arcis de Moncorvo*: ſingulis Archiepiſcopi Vicarius præficitur, qui Eccleſiaſticas ibi emergentes lites decidat.

## *Dumienſis Epiſcopatus.*

*Dumio* prope Bracaram Monaſterium floruit, de quo poſtea in ſæculo ſexto, illius Abbas Epiſcopalem dignitatem induit, in Concilio Lucenſi territorio deſcripto, familia regia, aut familia ſervorum ad illud pertinuit. Quænam eſſet regia iſtæc, aut ſervorum familia ad Dumium ſpectans, non una eſt Hiſpanienſium opinio. Alii regiam domum cum omnibus, quæ ipſius regis familiam concernebant, & Dumienſem Epiſcopum Sacerdotum, qui Regi erant à Sacello fuiſſe maximum, indeque hanc dignitatem in regia Portugaliæ Regum familia duxiſſe ortū autumarunt. Cardinalis de Aguirre in notis ad Concilium Lucenſe regiam familiam appellari putat, aut ſervorum, Monachos apud Dumium degentes, qui Deo Regi vero, ac Domino dominantium mancipati erant. Luſitani, qui patriæ res memoratu dignas publici fecerunt juris, primam ſententiam à Fr. Bernardo de Brito conjectatione quidem non male fundatam ſectantur. Rex Wamba in Concilio Toletano Dumienſem extulit Diœceſim; *Dumium*, inquit, *teneat de Duria* uſque *Albiam*, *de Aumeca* uſque ad *Aram*; in utraque diviſione, & Lucenſi, & Toletana, Bracaram Metropolitica jura petitum adierat. Herrera ſcribit Dumienſem Eccleſiam hoc ævo Mondonienſem eſſe non longe ab Aſturiis, quam Morales exiſtimat veteris Britoniæ ſedem eò translatam recuperaſſe: unicuique ſuæ litis nullum jus eſt: de Britonia mox dicam: de Dumio nullum apud veteres translationis in Mondonium veſtigium reperitur: extincto igitur Dumienſis Monaſterio, cujus memoria vix in Eccleſia prope Bracaram remanet, totum ejus antiquum territorium ſub Bracarenſi Diœceſi continetur.

*Monarchia Luſitana tom. 2. pag. 196*

*Lib. 10. cap. 32.*

Digitized by Google

*Britonienſis Epiſcopatus, & Refugii Prælatura.*

LUſitani cum ceteris Hiſpanis de *Britoniæ* ſitu aperta fronte dimicant: iſti inter Aſtures; aut prope in finibus Gallæciæ orientalibus ſitam ferunt, & hinc illius ſedem ad Mondonum, vulgo *Mondonhedo*, poſtea fuiſſe tranſlatam; noſtri inter Provinciæ Interamnenſis limites prope Vianam collocant inter Minium, & Limiam, quem Lethen oblivionis flumen appellarunt veteres; ejuſque contritæ, ac jacentis veſtigia oſtendunt. Qui inter Auſtures locant, Idacio, ſi verus eſt Idacius, ac Lucæ Tudenſi in Epiſcopatuum diviſione apud Lucum plus nimio confidunt. *Ad ſedem Britonicam Eccleſiæ*, pertinent, *quæ in vicino ſunt intra Britones una cum Monaſterio Maximi uſque ad flumen Ovæ.* Et Loayſa legit *cum Monaſterio Maximi, & Eccleſias, quæ in Aſturiis ſunt.* Fluvium Ovam in Aſturia ortum, & fluentem quis neſciat? Lucam Tudenſem Scriptorem non nimis fidelem circa Eccleſiæ Britonicæ limites uſque ad Ovam fuiſſe deceptum, & Idacii opus exſcriptoris errore vitiatum ipſa Epiſcopatuum diviſio, & hiſtoria plane convincunt. Rex Alphonſus X. in Hiſtoria generali Hiſpaniarum ex Idacio ſedium tranſcribens diviſionem ait *Epiſcopatus Tudenſis cum Eccleſiis, quæ in vicino ſunt, habeat Torelko, Tolvengam, Ludo, Pare*, id eſt *Eſpagam, Agnovem, Sagiricam, Bilionem, Cabdam* uſque ad *Britoniæ Epiſcopatum.* Ad Aſturias uſque Tudenſe territorium protractum quis credat? Gallæcia quippe id temporis Aurienſem, Lucenſemque ſedes habuerat, quæ utpote Aſturiis præ Tude viciniores earum fines attingerent. Non uno monumento firmatur Tudenſem Epiſcopatum uſque ad Limiam flumen in Portugaliæ ditione Epiſcopalia jura dediſſe.

*Apud Aguir. tom. 2. pag. 300.*

Monaſterium *Refugii*, aut *Refojos*, Canonicorum Regularium Mag. P. Auguſtini prope Forum limicorum hodie *Ponte de Lima* ſitum olim Tudenſi Epiſcopo ſubdi-

Digitized by Google

po Archiepiſcopali dignitate exornata eſt ; verum, Rege Fideliſſimo Joanne V. anno 1716 Patriarchali effulſit. Clemens XI. Fideliſſimo Joanni ( ipſe ita adloquitur in Bulla ) volens aliquod ſingulare grati animi argumentum præbere, quod Orthodoxæ Fidei zelo incenſus, nullis incommodis, nulliſque expenſis quantumvis graviſſimis parcens, ſumma, ac pene incredibili liberalitate in auxilium chriſtianæ claſſis adverſus immaniſſimum Turcarum tyrannum validiſſimum quamplurium bellicarum navium ſubſidium quam citiſſime tranſmiſerit, ad majorem Dei gloriam, & Divini cultus augmentum, attenta ejuſdem Olyſiponenſis Diœceſis amplitudine, civitatem, ac Diœceſim in duas partes diviſit, ac unam tam civitatis, quam Diœceſis diviſarum hujuſmodi partem verſus Orientem antiquo Archiepiſcopo Olyſiponenſi reliquit, novo Patriarchæ alteram partem verſus Occidentem aſſignavit, quorum ille Archiepiſcopus Olyſiponenſis Orientalis, & iſte Occidentalis nuncuparetur. Iſte titulo, ac prærogativa Patriarchæ adinſtar Patriarchæ Venetiarum inſignitus eſt cum facultate utendi inſigniis, & ſtemate propriæ Eccleſiæ, aliiſque ornamentis, quibus idem Patriarcha Venetiarum de jure, uſu, & conſuetudine utitur, nec non in iiſdem Portugaliæ, & Algarbiorum Regnis deferendi crucem, & Rochetum apertum, populum benedicendi, thronum, & baldachinum habendi, Pontificalia exercendi, indulgentias concedendi, quas Sedis Apoſtolicæ Nuntii in Portugaliæ, & Algarbiorum Regnis ſolent concedere, videlicet centum, aut plures alios dies, non tamen ultra annum, nec non in uno Feſto dumtaxat à primis uſque ad ſecundas veſperas, & occaſum Solis diei feſti hujuſmodi, quinque annos, & quinque quadragenas, aut infra, ita tamen ut ſemel tantum pro una Eccleſia, vel Capella fiat : ſupra *Bracarenſem*, *Olyſiponenſem Orientalem*, ac *Eborenſem Archiepiſcopos*, nec non *Portugalenſem*, *Colimbrienſem*, *Lamecenſem*, *Viſenſem*, *Egitanienſem*, *Mirandenſem*, *Leirienſem*, *Funchalenſem*, *Angrenſem*, *Promontorii viridis*,

Digitized by Google

*S. Thomæ*, *Congenſem*, *Algarbienſem*, *Portalegrenſem*, *Elvenſemque Epiſcopos*, ac alios omnes, & ſingulos Regnorum noſtrorum Prælatos, in omnibus actibus, & functionibus præcedentiam eam habet, ut nullus, etiam in ſuis Eccleſiis, eo præſente, aliquem juriſdictionis, honoris, vel facultatis actum gerere poſſit, quem coram legato Sedis Apoſtolicæ gerere non valeret,

Prædictæ civitatis, & Diœceſis in duas partes diviſionem ita fieri decrevit Sanctiſſimus Clemens: Civitas Olyſiponenſis cum ſuo Caſtello, & Suburbio Orientali ad Archiepiſcopum Olyſiponenſem Orientalem, Suburbium vero Occidentale, quod nova Olyſipo nuncupatur ad Archiepiſcopum Olyſiponenſem Occidentalem pertinebat, unaque pars ab altera ſeparabatur per antiquiores muros civitatis, nempe per murum civitatis portæ *Conſolationis*, per murum *Coſta de Caſtello*, ac per murum, & portam *S. Andreæ*, & quidquid inde eſt cum civitate antiquiori in parte Orientali, una cum Parochiis, aliiſque Eccleſiis, Monaſteriis, Conventibus, & locis piis quibuſcumque ad Orientalem: quidquid vero eſt in parte Occidentali, ſimiliter cum Parochiis, aliiſque Eccleſiis, Monaſteriis, Conventibus, pariterque locis piis ad Occidentalem ſpectabat. Diœceſis pariter diviſa eſt: verſus Orientem Orientali Archiepiſcopo parebat, verſus Occidentem Occidentali: à locis de *Arrojos*, *Campo magno*, *Povoa S. Adriani*; & *Arruda* cum toto territorio de *Alemquer*, qua parte terminat cum territorio Villarum de *Ribatejo*, & exinde *Molendinum novum*, *Otta*, *Cercal*, *Sancheira*, & *Coutos de Alcobaça* uſque ad confinia Epiſcopatus Leirienſis, includendo omnia prædicta loca, oppida, & Villas cum ſuis territoriis, & dependentiis, omniaque alia, quæ intra hanc lineam, & littora maris Oceani reperiuntur ad Archiepiſcopum Occidentalem, ſeu Patriarcham pertinebat: cetera vero loca, oppida, & Villas, quæ ex hac linea excluſive reperiuntur uſque ad ripas Tagi, & confinia juriſdictionis de *Thomar*, cum omnibus ſuis territoriis

Digitized by Google

Archiepiſcopus Orientalis regebat. Ex altera Tagi parte; *Cetobrigæ* territorium, qua ſe extendit intra flumina *Sado*, & *Canha* uſque ad confinia Archiepiſcopatus Eborenſis cum omnibus locis, oppidis, & Villis, eorumque territoriis ſub Patriarchæ, ſeu Archiepiſcopi Occidentalis juriſdictione permanebant: aſt territorium Scalabitanum ultra Tagum intra flumina *Divor*, & *Caſtellum de Almourol* uſque ad confinia Epiſcopatus Portalegrenſis etiam cum ſuis locis Archiepiſcopi Orientalis erant.

Olyſiponenſi Diœceſi ita diviſa, Archiepiſcopo Orientali Epiſcopi, Egitanienſis, Portalegrenſis, Promontorii viridis, S. Thomæ, & Congenſis Metropolitico jure ſubjiciebantur: Occidentali vero Lamecenſis, Leirienſis, Funchalenſis, & Angrenſis ſuberant. Diviſio iſta ultra quatuor ſupra viginti annorum non extitit: cum ex ipſa quam plurima incommoda orirentur, Benedictus XIV. D. N. anno 1740. Olyſiponenſem tam Occidentalem, quam Orientalem denominationem, Archiepiſcopalemque dignitatem extinxit, civitatum, Diœceſeon, & provinciarum Olyſiponenſium partes diviſas, ut prius, iterum univit, & conſolidavit, ut ex utrâque ſola Patriarchalis Eccleſia manſerit, cujus Patriarcha ex utriuſque Eccleſiæ redditibus, fructibus, proventibus uteretur, ac frueretur; in omneſque prædictos Epiſcopos, Metropolitico jure gauderet, ſicut antea Olyſiponenſis Metropolita gaviſus erat.

## *Colimbrienſis Epiſcopatus, ac Eminienſis: & Prioris Regii Monaſterii S. Crucis Prælatura.*

*Colimbria* in Beirenſi provincia ad Mondæ ripam Portugaliæ celeberrima civitas, veterum Regum Curia, Academiæ Sedes, ac Epiſcoporum antiquiſſima urbs, in Concilio Lucenſi Bracarenſi Metropoli ſubfuit; ſed in Concilio Emeritenſi à Bracara ſegregata Emeritenſi Archiepiſcopo ſubjecta eſt, eandemque ſubjectionem Concilium Toletanum, Rege Wamba, firmavit. Ejus Dioe-

Digitized by Google

ceſis uſque ad Durium in Theodomiri diviſione extendebatur. *Ad Colimbriam* (pertinent) *Colimbria*, *Suninium*, *Selio*, *Lurbinie*, *Inſula*, *Aſtuſiane*, & *Portugale Caſtrum antiquum ſub uno ſeptem*. Verum Calliſtus II. in Epiſtola ad Pelagium Archiepiſcopum Bracarenſem Metropoli Bracarenſi Epiſcopalium Cathedralium urbes redintegrans Colimbriam Pelagio, ejuſque ſucceſſoribus quoad Metropolitica jura attribuit: eandemque Metropolim hoc ævo agnoſcit. Neſcio quo fundamento (licet ſedulo explorarem) aliquando Olyſiponenſi Metropolitæ ſubjectam quidam tradiderunt, non tantum Galli, verum & quos ipſa Hiſpania genuit, ac enutrivit. Colimbrienſe territorium Eccleſiaſticum in tres partes dividitur, quas Archidiaconatus appellant, *de Vouga* ſcilicet, *Senæ*, & *Penellæ*, in quibus tercentæ, ac quinquaginta novem ſunt Parochiæ, quarum centum & quadraginta quinque ad Archidiaconatum *de Vouga*, viginti duæ ſupra centum ad Archidiaconatum *Senæ*, ad alium *Penellæ* nonaginta duæ pertinent. Conterminos habet Epiſcopatus *Portugalenſem*, *Viſenſem*, *Egitanienſem*, *ac Leirienſem*. *Ep. 6. apud Labeum.*

Intra Colimbrienſis Eccleſiæ limites Eminium conſpicitur, cujus Epiſcopi duobus antiquis Hiſpaniarum Conciliis, de quibus ſuo loco, interfuerunt: in Hiſpanienſium ſedium diviſione apud Lucum, Emeritam, Toletumque deſcripta de Eminienſi ſede altum fuit ſilentium: fortaſſe id temporis, quo unicuique Epiſcopo ſuæ Eccleſiæ fines ſignabantur, Colimbrienſis Antiſtitis eſſet Parochia.

Intra ipſius Colimbrienſis Diœceſis terminos inſignis extat Prælatura Prioris Regii Monaſterii S.Crucis Canonicorũ Regularium Magni P. Auguſtini: Omni Epiſcopali, & Archiepiſcopali ſuper ipſam juriſdictioni eximitur; Apoſtolicam tantum ſedem pro ſuo capite, mediante nullo, habet à tempore Innocentii II. qui Monaſterium iſtud ſub ſuam protectionem ſuſcepit, & ad indicium hujus libertatis à Romana Sede perceptæ duos bizantios ſingulis annis ſuis ſucceſſoribus perſolvendos conſtituit. Alexan-

Digitized by Google

der III. anno 1163. exemptionem à Michaele Colimbrienſi Epiſcopo ejuſdem Monaſterii Canonico datam firmavit. Innocentius III. anno 1204. ſui Pontificatus 6. cauſa Petri Colimbrienſis Ep. adverſus Monaſterii libertates, quæſtiones, & lites apud Romanam Curiam intentantis, promoventiſque exemptionis privilegium à Prædeceſſoribus ſuis indultum Monaſterio firmavit iterum, & ratum habuit; ut legitur in lib. 5. Decretalium t. 23 de Privilegiis Cap. cum olim 14. cujus originale in ipſius Monaſterii archivo cuſtoditur. Hujus Prælaturæ territorium non unam tantum Colimbrienſem S. Joannis parochiam, verum & Eccleſias S. Romani, & S. Marinæ *de Sena*, *Taveiro*, de *Mira*, & S. Joannis de *Alcoba* intra Colimbrienſem Epiſcopatum: *Leiriæ*, de *Orem*, de *Obidos* in *Extrematura*, nec non de *Arronches* in Tranſtagana provincia ambitu ſuo concludebat: ex his tamen disjunctis aliis, ad novoſque Epiſcopatus ſæculo decimo ſexto aliis tranſlatis, intra Lamecencem Diœceſim unam adhuc retinet, quæ dicitur *Val de Coelha*, & jam antea ipſius erat territorii, & apudColimbriam aliam S. Joannis, quæ propter magnam locorum diſtantiam Sacramentis facilius miniſtrandis parum commodam in quinque partita eſt, in S. Joannis ſcilicet da *Quintaã*, S. Martini de *Athianha*, S. Auguſtini de *Antozede*, & S. Michaelis da *Ribeira*, in quibus omnibus prædictus Prior Epiſcopalia obit munia, exceptis iis, quæ ſunt Ordinis. Cum de ejuſdem Monaſterii conditione hiſtoriam inſtituero, de ejuſdem Prioris auctoritate par erit ſermo: & Summorum Pontificum Innocentii II. Adriani IV. Alexandri III. Celeſtini III. Innocentii III. Bullas, & regias donationes ex noſtro archivo circa id adferam.

## *Lamecenſis Epiſcopatus.*

IN Beirenſi provincia prope Durium *Lamecum* viſitur, à Septentrione flumine *Balſamon*, quondam *Unguio* dicto irrigatur; veteres *Laconimurgum* appellabant: à ſæ-

Digitized by Google

culo quinto in Luſitania Epiſcoporum fuit Sedes. In Concilio Lucenſi Metropoli Bracarenſi attributa eſt: & Wambæ regno ad Emeritenſem tranſtulerunt Patres; *de Sortaque* uſque ad *Petram*, & *de Tara* uſque *Ortoſam* ejus terminos deſtinarunt. In Bracarenſis Eccleſiæ redintegratione à Calliſto II. facta Bracaræ reſtituta eſt; poſtea tamen, non multum Compoſtellano Archiepiſcopo ſub Innocentii III. Pontificatu paruit, à cujus Metropolitica juriſdictione à Bonifacio IX. immunis fuit, & novæ Metropoli Olyſiponenſi ſubjecta. Lamecenſis Epiſcopatus illum etiam terræ amplexus tractum, quem Luſitanus idiotiſmus *Ribacoa* vocat à *Cudæ* flumine, triginta circiter leucas comprehendit: in quatuor partes, quas *Viſitationes* nominant, diſcernitur, *ſupra Cudam* ſcilicet, *intra Cudam*, & *Tavoram*, aliam *Montis*, *ſeu Serra D. N. da Lapa*, & alteram per loca, quæ ſupra Durium ſita ſunt, ducentas, & octoginta novem Parochias in iis partibus includit, in prima *ſupra Cudam* quinquaginta quatuor, in ſecunda *inter Cudam*, & *Tavoram*, octoginta duas, in tertia *Montis*, *ſeu da Serra* octoginta, & octo, ſupra Durium tandem ſexaginta quinque.

## *Viſenſis Epiſcopatus.*

VIſeum, aut ſicut legitur in antiquis codicibus, *Niſeum*, Luſitaniæ urbs juxta veterum noſtrorum traditionem poſt Vaccam ſolo æquatam eminenti loco condita eſt, Epiſcoporum antiquiſſima ſede exornatur, quæ Eccleſias, Lamecenſem, Egitanienſem, ac Colimbrienſem ſibi conterminas reſpicit. In prima ſedium diviſione ſub Theodomiro Suevorum Rege Bracaram coluit Metropolim, in alia vero ſub Wamba Emeritam habuit cum territorio de *Borga* uſque *Sortam*, & de *Bonella* uſque *Ventoſam*: Calliſtus II. Bracarenſi Metropoli iterum adjunxit, ſub cujus Metropolitica juriſdictione adhuc permanet. In octo partes, quas Archipresbyteratus nominant, diſcri-

Digitized by Google

minatur, *Aro* ſcilicet, *Beſteiros*, *Lafoës*, *Moes*, *Penaverde*, *Trancoſo*, *Pinhel*, *Caſtello Mendo*.

## *Egitanienſis Epiſcopatus.*

EGitania *ad Herminium*, quem *Stellæ montem* dicimus, à veteribus Eccleſiæ Scriptoribus, non ſemel laudatur; utpote quæ à tot Epiſcopis ibi ſedentibus Epiſcopatus honorem ſuſcepit. Concilium Lucenſe ſub Metropolitica Bracaræ poteſtate eam conſtituit: Recceſvintus vero in Synodo Emeritenſi, & Wamba poſtea Emeritæ Metropolitæ ſubjecit, & *de Sala uſque ad Navam*, de *Sena uſque ad Mauriellam* limites ſtatuit. Calliſtus II. ab Emerita ad Bracaræ Metropolim tranſtulit. Ab Innocentii III. temporibus Compoſtellano Antiſtiti ſubfuit, à cujus juriſdictione, & Curia Bonifacius IX. disjunxit, ac Olyſiponenſi Archiepiſcopo noviter inſtituto ſubditam dedit. A' Mauris capta Luſitania, Egitanienſis Sedes deſiit; eorum jugo poſtea adempta, anno 1199. Sanctius I. Portugaliæ Rex urbem loco, ſitu, extructioneque hoſtibus facile inacceſſam condidit, quam *Guardiam* nuncupamus, illuc Epiſcopalem Egitaniæ Cathedram adduci fecit, & locari. Ejus Diœceſis in triginta quinque circiter Hiſpanica milliaria longe diffunditur, in tredecimque expanditur, ſeptem *Diſtrictus* continens do *Aro*, *de Cerolico*, *Covilhaã*, *Penamacor*, *Monſanto*, *Caſtellobranco*, & *Abrantes*. Ad Septentrionẽ Lamecenſi, ac Viſenſi Epiſcopatibus conjungitur, ab Erminio disjungitur Colimbrienſi, ab Ortu Caſtellæ Regno terminatur, & quâ in Prætorium conventum *Tibucci* excurrit, Olyſiponenſi Patriarchatu, Prioratu *do Crato*, ac Præfectura *de Thomar* apud veterem Nabantiam ſuos limites ſiſtit.

Por-

Digitized by Google

*Portugalenſis Epiſcopatus, & Eccleſiolæ Prælatura.*

POrtucale in Interamnenſi provincia ad Durii ripam Luſitanorum clariſſima Civitas, exterarum merciũ illuc affluentium cõmutatione inſignis, ac ditiſſima; multo tamen ditior, quod Chriſtianæ Religionis depoſitum ſervaverit, quod Sanctiſſimi Epiſcopi tradiderant. A tempore Theodomiri Suevorum Regis uſque ad hanc, quâ degimus, ætatem ad Bracarenſem Metropolim appellationes ſuas proſecutura acceſſit, ipſam ſibi conterminam, nec non Colimbrienſem, ac Lamecenſem ſedes tenet. Olim à Theodomiro ejus Diœceſi attributa fuerant in Caſtro novo Eccleſiæ, quæ in vicino ſunt, *Villa nova*, *Bataonia*, *Veſea*, *Manturio*, *Torebio*, *Banuaſte*, *Pongoaſte*, *Lunibo*, *Neſcis*, *Napoli*, *Curmano*, *Magneto*, *Melga*, *Leboreto*, *Tongobia*, *Villa Comedei*, *Taunaſſe*. Item *Paga*, *Lambrenton*, *Miobo*, *Vallericia*, *Turlugo*, *Cepis*, & *Menbolas*, & *Palencia*. Præter Civitatem, ejuſque ſuburbia univerſa Portugalenſis Diœceſis intra quatuor Eccleſiaſticos Conventus, quos *Epiſcopales conſtitutiones Comarcas* nominant, *Majam* ſcilicet, *Penafiel*, ſupra *Tamacam*, ac *Lancobricam*, ſermone patrio *Feira* cis Durium, longe, lateque aperitur. *Maja* ſeptuaginta & quatuor Parochiarum eſt ſedes, *Penafiel* duarum ſupra centum, ſupra *Tamacam* una & ſeptuaginta, ad *Lancobricam* nonaginta collocatæ ſunt.

Apud *Lancobricam* ſuum territorium nullius Diœceſis eſt Præfecturæ Prioris Monaſterii Eccleſiolæ *Grijó* Canonicorũ Regularium Magni P. Auguſtini Congregationis S. Crucis Colimbrienſis. Era 1170, anno Domini 1132 Bernardus Colimbrienſis Epiſcopus, cujus Diœceſis per Loncobricam id temporis Durium attingebat, Regularibus Eccleſiolæ Canonicis ſeptem Parochias, ipſius videlicet Eccleſiolæ, *S. Martini de Argoncilhe*, *S. Salvatoris de Perozinho*, *S. Mamedi de Ceriedo*, *S. Martini de Travanca*, *S. Michaelis de Traneſſo*, & *S. Eulaliæ de Ejrol*,



Digitized by Google

quæ Monaſterio eidem jam erant unitæ, ab omni ſuæ Sedis juriſdictione immunes dedit, indeque Eccleſiolæ Priores nullum Antiſtitem, niſi Romanum, Superiorem ſibi agnoſcere cœperunt. Nec unus tantum, verum & plures Romani Pontifices, Innocentius II. anno 1139, Lucius II. anno 1144, Eugenius III. anno 1448 immunitatem à Bernardo datam firmam, ratamque habuerunt. Anno circiter 1193, cum quædam Eccleſiolæ territorii portio intra Portugalenſis Diœceſis limites jam contineretur, Portucalis Epiſcopus in ipſam jus ſibi arrogare contendit : delata cauſa ad Gregorium Cardinalem Legatum à latere Cœleſtini III. in Hiſpaniis apud Burgenſem urbem commorantem in Canonicorum Regularium favorem jure bene fundatum ab ipſomet Judice deciſa eſt ; cujus judicium Honorius III. anno ſecundo ſui Pontificatus 1218. obſervari præcepit, in omneſque prædictarum Eccleſiarum exemptionem offendentes ſpirituales comminatus eſt pœnas. Intra Colimbrienſis, ac Portugalenſis Sedium limites Eccleſiolæ exemptum Territorium extenditur : in Portugalenſi Diœceſi ipſa Eccleſiolæ Monaſterii Sedes, Parochia *S. Martini de Argancilhe*, *S. Salvatoris de Perozinho*, *S. Mamedi de Cerſedo* ; in Colimbrienſi *S. Michaelis de Traneſſo*, *S. Martini de Travanca*, ac *S. Eulaliæ de Ejrol* : quapropter ſub Epiſcopatu potius Portugalenſi, quam Colimbrienſi de Prælatura iſta agendum erat, quanvis fuſius, cum ad illius Monaſterii inſtitutionem per tempus acceſſero.

## *Bracarenſis Sedes.*

BRacara *Auguſta* in corde veluti Interamnenſis provinciæ à Romanorum imperio Conventus juridicus, centum & ſeptuaginta ſeptem annis Suevorum Regum regia civitas, tot Præſulibus à primâ chriſtianæ Religionis luce decorata inter ceteras Hiſpaniarum Metropoles emicat, & de ſuo primatu non ſine jure cum reliquis, Toletanâ præſertim viſa eſt ſubire certamen : Gallæciæ Metropo-

Digitized by Google

lim tot Venerabilium Patrum conſenſus declararunt: apud Lucum anno 569. *Portugale*, *Colimbria*, *Egitania*, *Viſeum*, *Lamecum*, *Dumium*, *Britonia*, & quæ hodie Caſtellanæ ditionis ſunt *Vetica*, *Aurea*, *Tude*, *Lucus*, *Iria*, & *Aſtorica* ſub illius Metropoliticam auctoritatem fuerunt contributæ. Licet apud Toletum, Rege Wamba, *Colimbriam*, *Egitaniam*, *Viſeum*, *Lamecum* ad Emeritenſem Metropolim translatas amitteret, Maurorum poteſtate in Hiſpaniis jam contrita, ac omnino jacente, Calliſtus II. eaſdem ipſi reſtituit, ac redintegravit. Innocentius III. anno 1199. *Egitaniam*, ac *Lamecum* iterum ſegregavit, Compoſtellano Archiepiſcopo Metropolitæ Emeritenſis jura ſibi conceſſa vindicanti uniturus. Quæ olim tot ſedium in provincia primas habuerat, & earum confluentibus cauſis ſtrepebat Curia, vix quatuor Epiſcopatus *Colimbria*, *Viſeum*, *Portugale*, *ac Miranda* his temporibus adeunt ſuas appellationes delatum. *Apud Aguirre tom. 3.*

Inter Portugaliæ Præſules honore, ac juriſdictione magnus quidem eſt Bracarenſis Antiſtes; non tam ſpirituali juriſdictione in univerſam Diœceſim, verum & ſæculari, ac civili in Bracaram, tredecimque conventus, quos Luſitani appellant *Coutos* ad ipſam ſpectantes ſummo jure, ac pleno dominio utitur: hujus dominii initium à tempore Comitis Henrici ſcripſit Calliſtus II. ad Pelagium Archiepiſcopum Bracarenſem *Urbem Bracaram cum cauto illo integro, quod Comes Henricus, & uxor ejus Theraſia eidem Eccleſiæ contulerunt, ſicut in deſcriptione prædicti dominii continetur.* Magiſtratus, qui utraſque & Eccleſiaſticas, & civiles, agnoſcant cauſas, Archiepiſcopus præficit, & ſi libet, abjicit: ea eſt Conventus juridici Archiepiſcopalis auctoritas, ut cauſis, & litibus ordinariis, ac civilibus finem imponat, nec cuiquam liceat regium Conventum juridicum Portugalenſem, & Olyſiponenſem appellare; quanvis pro criminalibus Bracarenſium nemini jus iſtud ablatum ſit. Univerſa Diœceſis in quinque Eccleſiaſticas Correcturas partitur, *Bracarenſem*, *Valentinam*, *Ep. 6. Calliſti in Collection. Labbeana.*

Digitized by Google

*Aquas flavienſem*, *Villæ regiæ*, ac *Arcis de Moncorvo*: ſingulis Archiepiſcopi Vicarius præficitur, qui Eccleſiaſticas ibi emergentes lites decidat.

## *Dumienſis Epiſcopatus.*

*Dumio* prope Bracaram Monaſterium floruit, de quo poſtea in ſæculo ſexto, illius Abbas Epiſcopalem dignitatem induit, in Concilio Lucenſi territorio deſcripto, familia regia, aut familia ſervorum ad illud pertinuit. Quænam eſſet regia iſtæc, aut ſervorum familia ad Dumium ſpectans, non una eſt Hiſpanienſium opinio. Alii regiam domum cum omnibus, quæ ipſius regis familiam concernebant, & Dumienſem Epiſcopum Sacerdotum, qui Regi erant à Sacello fuiſſe maximum, indeque hanc dignitatem in regia Portugaliæ Regum familia duxiſſe orta autumarunt. Cardinalis de Aguirre in notis ad Concilium Lucenſe regiam familiam appellari putat, aut ſervorum, Monachos apud Dumium degentes, qui Deo Regi vero, ac Domino dominantium mancipati erant. Luſitani, qui patriæ res memoratu dignas publici fecerunt juris, primam ſententiam à Fr. Bernardo de Brito conjectatione quidem non male fundatam ſectantur. Rex Wamba in Concilio Toletano Dumienſem extulit Diœceſim; *Dumium*, inquit, *teneat de Duria* uſque *Albiam*, *de Aumeca* uſque ad *Aram*; in utraque diviſione, & Lucenſi, & Toletana, Bracaram Metropolitica jura petitum adierat. Herrera ſcribit Dumienſem Eccleſiam hoc ævo Mondonienſem eſſe non longe ab Aſturiis, quam Morales exiſtimat veteris Britoniæ ſedem eò translatam recuperaſſe: unicuique ſuæ litis nullum jus eſt: de Britonia mox dicam: de Dumio nullum apud veteres translationis in Mondonium veſtigium reperitur: extincto igitur Dumienſis Monaſterio, cujus memoria vix in Eccleſia prope Bracaram remanet, totum ejus antiquum territorium ſub Bracarenſi Diœceſi continetur.

*Monarchia Luſitana tom. 2. pag. 196*

*Lib. 10. cap. 32.*

Digitized by Google

*Britonienſis Epiſcopatus, & Refugii Prælatura.*

LUſitani cum ceteris Hiſpanis de *Britoniæ* ſitu aperta fronte dimicant: iſti inter Aſtures; aut prope in finibus Gallæciæ orientalibus ſitam ferunt, & hinc illius ſedem ad Mondonum, vulgo *Mondonhedo*, poſtea fuiſſe tranſlatam; noſtri inter Provinciæ Interamnenſis limites prope Vianam collocant inter Minium, & Limiam, quem Lethen oblivionis flumen appellarunt veteres; ejuſque contritæ, ac jacentis veſtigia oſtendunt. Qui inter Auſtures locant, Idacio, ſi verus eſt Idacius, ac Lucæ Tudenſi in Epiſcopatuum diviſione apud Lucum plus nimio confidunt. *Ad ſedem Britonicam Eccleſiæ*, pertinent, *quæ in vicino ſunt intra Britones una cum Monaſterio Maximi uſque ad flumen Ovæ.* Et Loayſa legit *cum Monaſterio Maximi, & Eccleſias, quæ in Aſturiis ſunt.* Fluvium Ovam in Aſturia ortum, & fluentem quis neſciat? Lucam Tudenſem Scriptorem non nimis fidelem circa Eccleſiæ Britonicæ limites uſque ad Ovam fuiſſe deceptum, & Idacii opus exſcriptoris errore vitiatum ipſa Epiſcopatuum diviſio, & hiſtoria plane convincunt. Rex Alphonſus X. in Hiſtoria generali Hiſpaniarum ex Idacio ſedium tranſcribens diviſionem ait *Epiſcopatus Tudenſis cum Eccleſiis, quæ in vicino ſunt, habeat Torelbo, Tolvengum, Ludo, Pare*, id eſt *Eſpagam, Agnovem, Sagiricam, Bilionem, Cabdam* uſque ad *Britoniæ Epiſcopatum.* Ad Aſturias uſque Tudenſe territorium protractum quis credat? Gallæcia quippe id temporis Aurienſem, Lucenſemque ſedes habuerat, quæ utpote Aſturiis præ Tude viciniores earum fines attingerent. Non uno monumento firmatur Tudenſem Epiſcopatum uſque ad Limiam flumen in Portugaliæ ditione Epiſcopalia jura dediſſe.

*Apud Aguir. tom. 2. pag. 300*

Monaſterium *Refugii*, aut *Refojos*, Canonicorum Regularium Mag. P. Auguſtini prope Forum limicorum hodie *Ponte de Lima* ſitum olim Tudenſi Epiſcopo ſubdi-

Digitized by Google

tum erat donec Pelagius Tudensis Episcopus Capituli consensu, ac Rege Alphonso Henrico annuente era 1192, quæ in annum Christi 1154 incidit, illud Tudensis Ecclesiæ jurisdictioni exemit, quam exemptionem firmavit Hiacintus Bobo Romanus Diaconus Cardinalis S. Mariæ in Cosmedin postea Romanus Pontifex Cælestinus III. qui anno 1161 ab Alexandro III. per Lusitaniam, & universam Hispaniam legationem acceperat. Ipse Alexander III. anno quarto sui Pontificatus prædictum Refugii Monasterium sub sedis Apostolicæ protectionem immediate suscepit. Etiam ex donatione quadam era 1256 à Rege Alphonso II. facta Stephano Tudensi Episcopo de accipiendis decimis, & aliis proventibus in Portugaliæ ditionibus compertum est Tudensis Episcopatus limites intra Portugale olim contineri; hæc constat ex vetustis manuscriptis, quæ apud nos sedulo asservantur. Quapropter Britonia, quæ Tudensi sedi erat contermina, non in Asturiis, sed inter Minium, & Limiam extitisse creditur. Eruditissimus P. Argote veterem codicem Ecclesiæ Bracarensis ad se missum adfert de divisione Comitatuum in Interamnensi provincia à D. Ferdinando Legionensi Rege anno 1026, ex quo Britonia inter Minium, & Limiam collocata conspicitur.

*De Antiquitate Bracarę cap. 7.*

Qui in finibus Gallæciæ Orientalibus, & inter Asturres Britoniam fixerunt, eam, quæ nostro erat solo, cum vetere Brigæcio, cujus nomen est apud Ptolæmeum de Hispaniæ situ, confuderunt. Ovetum perantiqua Episcoporum Sedes, & à Joanne VIII. scribente ad Alphonsum Magnum Hispaniarum Regem inter Metropolitanas adscripta, Brigæcium, aut Brigetum olim nominabatur, Asturiarum caput erat, ac ex quodam veteri monumento Ovetensis Ecclesiæ, Britonia quoque appellata est: *Bracaræ*, inquit, *subsint Dumium, Festabole, vel Portugale, Tude, Auria, Luco, Astorica, Iria, vel Uria, Ovetum, vel Britonica exempta à Gallæciæ Bracara.* En totam dissidii fortasse originem, & causam. Almanzor exercitu ingressus Gallæciæ partem, quæ Portugale dicitur, muni-

Digitized by Google

tiones, ac civitates populavit, inter quas Britoniæ non pepercit, sed ædificiorum lapidibus obruta omnino extincta est : dum extitit, Bracarensi Metropoli obtemperavit, & quod antiquitus Britoniæ Sedis territorium signabatur, hactenus Bracarensis Diœcesis in fines suos obtinuit.

## *Antistitis Tomarienſis Dignitas.*

VEteri Nabantia à Saracenis solo æquata, novum castrum, & oppidum, Rege Alphonso Henrico, à Galdino Portugalensium Militum Templi Magistro conditum successit, *Tomarii* nomen sumpsit à flumine *Naban* propius fluente, & irrigante, quod à Saracenis dominantibus *Tomarium* dictum est, eo nomine patrio fluvii aquam dulcem, & cristalinam significantibus. Antistitem habet, licet non consecratum, jurisdictione tamen Episcopali fungentem, & nullius Diœcesis ; quæ dignitas à Militum templi ætate jam vigebat, cum celeberrimus Ordo insigne ibi domicilium suum fundavit. Postquam Joannes XXII. anno 1319. Bulla Avenioni data Pontificatus sui anno tertio Militiæ Christi ordinem, Rege Lusitaniæ Dionysio postulante, instituit, & Militum Templi Ecclesias, bonaque novo ordini præbuit, Tomarienſis Antistes ex Militibus Christi assumptus est ; Vicarius ipse, aut Prior major nuncupabatur. Nec tantum inter Tomarienſis oppidi limites ejus quasi Episcopalis auctoritas, & jurisdictio erat, verum & in omnes Ecclesias, oppida, loca, & castra, quæ ad Christi militiæ ordinem spectabant, in Insulas maris Oceani, & Ethiopici, Indiam, Brasiliam, ac ceteras terrarum partes, quo Lusitanorum vires penetraverant, & adquisierant, concedentibus Eugenio IV. Niculao V. & Calliſto III. Summis Pontificibus, annuentibus etiam Regibus, imo & postulantibus Duarto, & Alphonso V. longe, lateque prorogabatur : ea potitus est, donec novi Episcopatus in iis Regionibus fuere instituti. Militiæ Christi fratribus sæculo decimo sexto in communem Ci-

Digitized by Google

sterſienſem vivendi ſocietatem ſtrictius reformatis, Joannes III. Luſitaniæ Rex, Pauli III. Romani Pontificis nutu anno 1529. Antiſtitis Tomarienſis dignitatem Priori Monaſterii contulit, permanſitque uſque ad annum 1554. quo Piiſſimus Rex juſtiſſimis permotus cauſis, Julio III. approbante, iterum disjunxit, novumque Antiſtitem de Clero Sæculari nominavit, & ex ipſo adhuc aſſumitur.

## *Magnus Prioratus do Crato.*

IN Tranſtagana provincia nobile eſt oppidum *do Crato*; alii veterem fuiſſe *Catraleucam* putant: quam Ptolemæus in Luſitania Celtica collocavit, ipſamque rexiſſe Epiſcopum Secundinum, qui Eliberitano Concilio interfuit: alii vero quanvis Catraleucam judicent, Secundinum non Catraleucenſem ſed Caſtulonenſem in antiquis exemplaribus legunt. Magno Prioratui Ordinis Militiæ S. Joannis Jeroſolymitani nomen indidit, cujus territorium intra limites Dioœceſeon Portalegrenſis, Egitanienſis, ac Colimbrienſis protrahitur. Prioratus hujuſce antiquitatem â tempore Venerabilis Regis Alphonſi Henrici deduxere Luſitaniæ rerum Auctores; conſtat quidem ex privilegiis ab eodem Venerabili Rege conceſſis D. Ario I. Priori in Luſitania *D. Ario Portugalenſium, Galaſianorumque fratri Priori*. Prior hicce juxta Melitenſium Religioſorum ſtatuta, Summorum Pontificum decreta, ac Regum Luſitanorum diplomata eſt Antiſtes, & caput omnium Militum ordinis, qui per Luſitaniam degunt, omniumque Clericorum, qui intra ejus limites commorantur. In Fratres Equites ea auctoritate, ac juriſdictione pollet, ut à Melitæ Conventibus, & Magno Ordinis Magiſtro pendeat, ad quem fas eſt provocare. Spiritalem in Equites ſuos juriſdictionem per Vicarium ejuſdem ordinis fratrem, ſacris tamen initiatum exercet; Eccleſiaſtica vero tam in ſpiritualibus, quam temporalibus Vicario eſt Generali, qui à Sede Apoſtolica poteſtate fruitur quaſi Epiſcopus in viginti novem Pa-

*Fr. Bernard. de Brito in Monarchia Luſitana tom. 5. cap. 23.*

Digitized by Google

Paræcias, quæ ſub Prioratus Territorio nullius Diœceſis diffunduntur.

Alii intra Luſitaniæ limites veteres locantur Epiſcopatus, Salacienſis, quem apud *Alcaçar do Sal* exiſtimant, Lacobrigenſis prope *Lagos* in Algarbio, Jerabricenſis ad *Alanquceam*, & Magnetenſis intra Bracaræ Metropolim; ſed quod non diu extiterint, & vix unus tantum Præſul inveniatur ſedem ex iis aliquam occupaſſe, nec non antiquorum codicum lectiones in urbibus illis deſcribendis inter ſe differant, de iis ſingulatim non agam, ſed in præſtantioribus ſedibus oportet immorari.

## Recentiores Portugaliæ, & ultra mare Epiſcopatus ejuſdem ditionis juxta inſtitutionum tempora.

### *Ceptenſis Epiſcopatus.*

JOannes I. Portugaliæ Rex, ut Chriſti pugil, & Athleta perfidorum, ſpurciſſimorumque Saracenorum, & Agarenorum Dominicæ Crucis obtrectatorum manibus *Ceptam* in Africa ademerat, ſuæque ditioni ſubjugaverat. Inde Maurorum fanum, quod Meſquitam vocant, ardentiori religionis zelo accenſus ad divinum cultum convertendi, inibique Præſulem, ac Clerum remanentes inſtituendi, per quos orthodoxæ fidei firmamentum ſolidaretur, ad Martinum V. Pontificem Romanum per literas rogatum acceſſit, ut novam in Africa Epiſcopalem Ceptæ ſedem erigeret. Sanctiſſimus Pontifex, literis prius datis ad Ferdinandum Bracarenſem, & Didacum Olyſiponenſem Archiepiſcopos ſuper petitis diligentem agnitionem recepturos, de verisque monitus, Regi annuit; anno 1434 in Bulla, quæ incipit *Romani Pontificis*, novum Epiſcopatum creavit, cujus paſtoralem curam Aimaro commiſit, quem de Marochienſi Eccleſia Ceptenſem tranſtulerat: nulli provinciæ, Metropolitæque à Martino V. Ceptenſis Sedes tunc attributa eſt. Ejus Diœceſis in *Olivencam* uſque



Digitized by Google

*Campum majorem*, & *Ouguellam* in transtagana provincia excurrebat: Alphonsus V. hæc oppida, pacto intervento, ab ea exscidit, ut Archiepiscopo Bracarensi ex conventione alia præberet: hinc ab anno 1475 à Sixto IV. Bracarensi Metropoli subdi cœpit, verum anno 1513, Rege Emmanuele Felicissimo, Leo X. prædicta oppida iterum Ceptensi Episcopo tribuit; qui ex hoc tempore apud *Olivençam* domicilium fixit: anno 1575 Gregorium XIII. hujusmodi loca à Ceptensi Ecclesia segregavit; & in territorium noviter erectæ Diœcesis Elvensis assignavit; apud nos tandem iste Episcopatus extinctus est.

## *Funchalensis Episcopatus.*

IN Insula, quæ ab arboribus, & silvis, quibus densabatur, *da Madeira* nominatur, in mari Oceano sita, & à Lusitania versus meridiem quingentis milliaribus, vel circa distante ab Henrico Infante Joannis I. Portugaliæ Regis filio sine accolis reperta *Funchalensis* civitas est. Hæc à Vicario oppidi de Tomar nullius Diœcesis militiæ Christi in iis, quæ ad Episcopalia jura spectant, regebatur usque ad annum 1514, quo Leo X. postulante Emmanuele Portugaliæ Rege, Vicariam Prioris Tomarensis dignitatem, & honorem in Insulam suppressit, ac Parochialem Ecclesiam S. Mariæ, quam idemmet Rex Emmanuel opere satis sumptuoso construxit, in Episcopalem cum sede, & Episcopi, & Capituli mensis, aliisque honoribus elegit. Intra novæ Diœcesis limites non solum da *Madeira*, claudebatur, verum & aliæ Insulæ, & loca ubicumque prædicto Vicario subjecta. Anno 1539 Paulus III. in Bulla, quæ incipit *Romani Pontificis* Clementis VII. constitutum firmavit, quo Funchalensis sedes Metropolitica dignitate erat sublimata: sub novæ Metropoleos auctoritatem novi etiam dati sunt Episcopatus *S. Salvatoris in Angria*, *S. Jacobi Promontorii viridis*, *S. Thomæ*, & *S. Catharinæ de Goa in India*; ast diu non extitit hæc provincia, nec ultra

unum Archiepiſcopum D. Martinum à Portugali cognovit: eo univerſæ carnis viam ingreſſo, priſtinum Epiſcopatus honorem ſolum retinuit, & ſui territorii terminos ultra eandem, ad tres, quas vocant *Deſertas*, *& aliam Portus Sancti*, inſulas ſervavit ſub Olyſiponenſi Metropolita conſtituta.

*Angrenſis Epiſcopatus.*

IN mari Atlantico, ſive Occidentali apud Inſulam, quam appellant *Tertiam*, quod inter novem ex accipitrum multitudine ſermone Luſitano *dos Açoures* nuncupatas, tertio loco inventa fuerit, *Angra* viſitur Luſitano Imperio cum ceteris Inſulis mancipata. Vicarius Tomarienſis ei alium præficiebat, qui ſpiritualia munia exerceret. Anno 1532 Clemens VII. Joannis III. Regis poſtulatu S. Salvatoris Eccleſiam in eadem fundatam Inſula ad Epiſcopalis Sedis honorem evexit ejuſdem S. Salvatoris nomine inſignitam, in territoriumque deſcripſit octo Inſulas, *Corvo*, *Fayal*, *Gracioza*, *S. Mariæ*, *S. Michaelis*, *S. Georgii*, ac *Florum*. Ad Metropolim Funchalenſem aliquando pertinuit: qua ſuppreſſa, ad Olyſiponem translata eſt, & ſub Eminentiſſimo Patriarcha nunc remanet.

*Epiſcopatus Promontorii viridis, ac S. Thomæ.*

IN Promontorio viridi ad Africam, quod aliqui Arſinarium, aut Heſperum opinati ſunt, Clemens VII. Joanni III. Regi petenti annuens Eccleſiam S. Jacobi honore donavit Epiſcoporum, ejuſque juriſdictionem in vicinas Inſulas Diœceſi circunſcriptas coercuit: duobus inde elapſis annis, idem Sanctiſſimus Clemens ad ejuſdem Regis preces in Inſula S. Thomæ maris Ethiopici Eccleſiam S. Mariæ de Gratia, eodem honore dignam judicavit, Epiſcopum creavit, qui non tantum in prædicta Inſula, ſed etiam in alia, quæ à Principe cognominatur, ac in utroque Regno Congenſi, & Angolenſi Epiſcopalia munia obiret.

Digitized by Google

Utraque Sedes Funchalensi Metropoli subdebantur, quandiu illa extitit usque ad annum 1550, quo Julius III. eas Olysiponensi adjunxit, & Sanctissimus D. Benedictus XIV. eidem Patriarchatui subjectas anno 1740 jussit retineri. Insula D. Thomæ antequam in Episcoporum sedem à Clemente erigeretur, alios Episcopos habuerat, de quibus suo sæculo.

## *Goanensis Episcopatus.*

IMmenso propemodum mari prætergresso, plurimisque exantlatis laboribus, *Goam* Insulam Regni Accem in India Orientali, vicinam regioni Idalcami Lusitani imperio suo subjugarunt. Piissimus Joannes III. ut Ecclesiæ nuper fundatæ veluti infantes religione Christiana lactarentur, ac in fide firmatæ ignorantiæ tenebras penitus expellerent, apud Romanum Pontificem Paulum III. nuper ad Apostolicum solium elatum postulari fecit, ut Ecclesia S. Catharinæ de Goa ad Episcopalem Sedem efferretur. Sanctissimus Paulus anno 1534 copiosum fructum Orienti nasciturum conspiciens novum Episcopum Goanensem creavit; ac præter hujusmodi Insulam *de Goa* territorium præbuit à fine Diœcesis S. Thomæ, & Capite bonæ spei usque ad Indiam inclusam, & ab India usque ad Sinas cum omnibus, & singulis eorum castris, villis, & locis tam in terra firma, quam in Insulis, ac aliis partibus, quæ reperirentur. Ab eodem Romano Pontifice Funchalensi Metropoli contributa est hæc sedes: Metropoli hacce extincta, ad Olysiponensẽ interpositis appellationibus recurrebat: cum ad Metropolitã in Regno Portugaliæ commorantem remotissimi incolæ suas causas sæpe deferre non valerent, & jura sua in defensa relinquere cogerentur, Paulus IV. anno 1557 novam Orientalem provinciam decrevit, duos Episcopatus *Malacanensem*, & *Cochinensem* instituit, qui tanquam membra eidem Goanensi Archiepiscopo noviter etiam creato Metropolitico, ac Primatiali jure subessent. Anno 1575 Gregorius XIII. Goanensem provinciam Machaonensi Epis-

Digitized by Google

copatu, & anno 1690 Alexander VIII. aliis duobus tunc erectis *de Pekim*, ac *Nankim* provide adauxerunt.

### *Mirandenſis Epiſcopatus.*

IN Tranſmontana provincia ſola *Miranda* à fluvio Durio irrigata Epiſcopalem ſedem meruit obtinere. Anno 1545 Paulus III. in Bulla *Pro Excellenti Apoſtolicæ Sedis* Mirandæ oppidum incolarum frequentia inſigne in Civitatem, & Epiſcopi cathedram deſignavit, à Diœceſi Bracarenſi, cujus erat, disjunxit, & ei Metropolitico jure ſubditam conſtituit. Novum Diœceſeos territorium ultra Mirandam ipſam in Civitatem Brigantinam, *Vinhaes*, *Outeiro*, necnon *de Monforte*, *Riolivre*, & *de Vimioſo*, *Aquas flavias*, & *de Montealegre* longe, lateque protraxit. Sed inter Bracarenſem, & Mirandenſem Epiſcopum fœdere intervento, ad Bracaræ Diœceſim Aquæ flaviæ adhuc pertinent, & ab Archiepiſcopi Vicario Eccleſiaſtica reguntur poteſtate. In tercentas, & viginti ſeptem Parochias Mirandenſis Epiſcopus ſuam protrahit juriſdictionem.

### *Leirienſis Epiſcopatus.*

IN provincia *Extrematuræ* ex antiquæ Collipodis ruinis *Leiriæ* caſtrum inter rivulos *Lis*, ac *Lenam* Venerabilis Rex Alphonſus Henricus condidit, ut Scalabitanorum Saracenorum Colimbrienſes agros ſæpe irruentium inſultus reprimeret, frenaretque. Alphonſo omnes ſuas vires in bellum adverſus Alphonſum VII. Legionenſem apud Tuden intendente, Iſmarius Arabum Rex anno 1140 ab Auſuro Scalabis præfecto vocatus cum magno exercitu Leiriam perrexit, caſtrum invaſit, & poſt multum certamen occupavit, nulli rei pepercit, milites, ac omnes Chriſtianos occidit, quos inter Canonici quidam Regulares in Chriſtianorum utilitatem ibi degentes Deo gratæ hoſtiæ fuerunt immolati. Anno 1142 Canonicis Regularibus Mo-

Digitized by Google

nasterii S. Crucis totum illud castrum concessit, quod devictis, & expulsis Mauris, recuperaverat. En Alphonsi donationem, quæ in nostris archivis asservatur. *Quod castrum in terra deserta à fundamento ego primitus erexi, sed peccatis exigentibus, à Saracenis destructum illud iterum reædificavi ... cujus castri Ecclesiam do iterum supradicto Monasterio S. Crucis cum omnibus illis quæ in prima populatione possederant, sit autem omne Ecclesiasticum istius castri ab omni Episcopali debito, & exactione liberum, ut videlicet non rogatus ab ipsis Canonicis S. Crucis, nihil liceat Episcopo ibidem facere, vel ordinare.*

In literis ad Adrianum IV. ait ipsemet Rex: *Obtuli namque ei* (Monasterio S. Crucis) *inter cetera totum Ecclesiasticum cujusdam castri, quod vocatur Leirena, quod castrum credatis revera me à fundamento in terra deserta construxisse, & contra Saracenos, qui prope erant, qui armasse, per illud enim mihi dedit Deus Santarem, & totam terram ejus percircuitum. Obtuli idcirco totum Ecclesiasticum illius castri liberum præfato Monasterio S. Crucis per suos terminos cum omnibus, quæ in præsentiarum habet, vel in futurum auxiliante Deo possidere poterit, quia ita prius voveram, & postea Deo annuente, votum exolvi; ita scilicet ut nullus Episcoporum, seu aliquis hominum habeat ullam potestatem super illud Ecclesiasticum, nisi tantum Monasterium S. Crucis.* Anno 1157 hanc donationem firmavit Adrianus: & S. P. Theotonius Prior Monasterii S. Crucis jurisdictionem primus exercuit. Anno 1545 Paulus III. Joannis III. Regis rogatu, Leiriam cleri, & populi frequentia jam admodum notabilem jurisdictioni Prioris S. Crucis, & alia loca vicina Episcopi Colimbrienſis ademit, oppidum in Civitatem, & Ecclesiam S. Mariæ, cui tanquam Matrici ceteræ subjiciebantur, in Episcopi sedem extulit, & Olysiponensi Metropoli, cujus Diœcesis finibus pluribus ex partibus adhæret, subjici jussit. Intra hujus Episcopatus territorium quinquaginta Parochiæ sitæ sunt.

Digitized by Google

### *Portalegrenſis Epiſcopatus.*

IN Tranſtagana provincia Paulus III. novum Epiſcopatum creavit, *Portalegre* novam civitatem illius ſedi deſtinavit, Aruccum veterem, ſic Luſitani *Arronches* quondam appellabant, qui ad Monaſterium S. Crucis ſub Prioratus titulo ſpectabat, cum aliis oppidis ad Egitanienſem Epiſcopum pertinentibus in novæ ſedis Territorium dedit. Non Eboram viciniorem, ſed Olyſiponem Portalegrenſis Diœceſis accolæ ſuæ provinciæ caput adeunt apud Eminentiſſimum Patriarcham Metropolitæ gaudentem jure appellationes delaturi. In hujus Epiſcopatus territorio quadraginta & una Paræciæ continentur.

### *Bahienſis Epiſcopatus.*

IN Americæ regione, quam Braſiliam vocant, *Bahia eſt omnium Sanctorum*, in cujus ſinu eminenti loco conſpicitur civitas S. Salvatoris, Archiepiſcoporum ſedes, Proregum curia regiuſque conventus juridicus. Abjectis inde Satanæ tenebris, Idolatriæ, ac gentilitatis erroribus, anno 1555, Joanne III. Rege, Julius III. Romanus Pontifex S. Salvatoris Eccleſiam Epiſcopi ſedem fecit, qui in univerſam Braſiliam Epiſcopali jure ſuam Diœceſim protenderet, & Olyſiponenſi Antiſtiti Metropoliticas ferenti leges obtemperaret. Anno 1676, Petro II. Rege, Innocentius II. providi, vigiliſque Paſtoris more conſpexit, quod ex cunctis Braſiliæ locis, quæ Portugaliæ, & Algarbiorum Reges à barbaris, & gentilibus, aliiſque feris nationibus habitata poſt multos ſudores, & impenſas ditioni ſuæ ſubegerant, Civitas S. Salvatoris ob amplitudinem, cultiores civium mores, agrorum fertilitatem, aeris benignitatem, ac populi frequentiam, & comereium, Monaſteriorum, ſumptuoſarum ædium, aliorumque ſacrorum locorum, & Cleri multitudinem prima erat; ad ejuſdem Re-

Digitized by Google

gis preces eam Archiepiſcopali, ac Metropoleos præſtantia dignam propalavit, ac decrevit. Hoc præ ceteris Braſiliæ urbibus honore decorata, novos quoque Epiſcopatus *Fluminis Januarii*, & *Olindæ* in ſua provincia cœpit continere, donec Sanctiſſimus D. Benedictus XIV. ad eam adtulit amplitudinem, ut intra ejuſdem limites duos alios recentiores *S. Pauli*, ac *S. Mariæ de Monte Carmelo*, nec non duas præfecturas *Gojaſienſem*, & *Cubaenſem* eidem Metropoli ſubjici præciperet.

## *Epiſcopatus Malacanenſis.*

IN Aſia verſus Occidentem in Regno *Malacanenſi* ipſius Regni caput eſt *Malaca*, portu, & emporio non minus *Cochinenſi* celebris: eam non tam Luſitani, quam ceteræ nationes navigantes petunt pretioſiſſimas, ditiſſimaſque merces convecturi: à Goanenſi Diæceſi, cujus limitibus erat, longe diſtat; & ne Chriſtianorum multitudo, quos Spiritus Sancti gratia ibi renaſci fecerat, ſalutari pabulo careret, quod Goanenſis Epiſcopus non ſine maxima itineris difficultate, ac periculis conferre poterat, Paulus IV. anno 1557 Sebaſtiani Regis petitu oppidum Malacenſe civitatis juribus decoravit, & Eccleſiæ Parochiali Annuntiationis B. Mariæ Virginis Epiſcopum dedit Malacanenſes populos fide firmaturum, ceteraque Epiſcoporum munia obiturum; & qui intra Goanenſis Metropoleos fines contineretur.

## *Epiſcopatus Cochinenſis.*

AD oram Maris Indici intra Gangem, & in Regno *Cochinenſi* oppidum eſt *de Cochim*, ipſius Regni caput, portu & emporio inſigne, ubi mercatores Luſitani, ac diverſarum partium affluunt merces conquiſitum, convectatumque: cum à civitate Goanenſi uſque adeo ſit remotum, & Chriſtiani ſic inibi coaluerint, ut Goanenſis Epiſcopus ad illud, ejuſque fines citra periculum transmea-

Digitized by Google

meare, & boni Paſtoris partes in univerſum gregem exercere non poteſt: Paulus IV. Romanus Pontifex ad Regis Sebaſtiani inſtantiam anno 1557 Cochinenſe oppidum in Civitatem, & Parochiam S. Crucis ejuſdem oppidi in Epiſcopi Sedem erexit, Epiſcopumque præfecit, qui Inſulas, Provincias, & vicina loca regeret, & Goanenſem Archiepiſcopum ſuum haberet Metropolitam. Anno 1572 Gregorius XIII. ut Goanenſi Eccleſiæ vacationis tempore conſuleret, dum à Sede Apoſtolica novus Archiepiſcopus non creabatur, in Bulla *Pro excellenti præeminentia* ſtatuit ut Epiſcopus Cochinenſis, de vacatione certus jam factus ad Eccleſiam Goanenſem accedat, in ea, aut in ipſius Diœceſi reſideat, ejuſdem regimen, curam, & adminiſtrationem ſuſcipiat, donec Romæ de Paſtore fuerit proviſum; & ne Cochinenſis Eccleſia Paſtoris careat diligentia, Vicarium idoneum interea temporis deputet.

## *Machaonenſis Epiſcopatus.*

AD Sinenſe imperium in Inſula *de Macao* oppidum eſt, quod varia gentium multitudo ex Europa evehendarum mercium cauſa accedit: ibi jam pridem à Luſitanis in honorem B. Mariæ fundata erat Eccleſia, in qua complures Miniſtri ſacri reperiebantur, qui populo Chriſtiano miniſtrarent. Sebaſtianus Rex pro Divini cultus incremento, & animarum ſalute oppidum incolarum numero celeberrimum in Civitatem, & ejus Eccleſiam B. Mariæ in Cathedralem erigi exoptavit. Gregorius XIII. anno 1575 annuit, & novam Civitatem, & novum Machaonenſem Epiſcopatum inſtituit; ejuſque Diœceſim per totam Sinarum Regionem, necnon Japonenſem, ac Machaonenſes Inſulas cum aliis adjacentibus, nimis extenſam deſcripſit, & intra Goanenſis Metropolis limites ſiſti juſſit.



Digitized by Google

## *Elvensis Episcopatus.*

ANno 1575 Gregorius XIII. non Pius V. ut opinati sunt alii, cum id temporis in humanis jam non ageret, in Transtagana provincia, Sebastiano Rege, urbem *Elvas* à veteribus Elvis Celticæ Galliæ populis inter Garumnam, Oligerim habitantibus conditam Episcopi sede decoravit. Non solum id fecit apud Romanum Pontificem Piissimi Regis expoſcentis voluntas, sed & Eborensis Diœceſis magna amplitudo, & oppidorum *Olivencæ*, *Campi majoris*, ac *Ouguellæ* pro Episcoporum auxilio summa necessitas. Prædicta loca in Regno Portugaliæ Ceptensi Ecclesiæ in Diœceſim assignata ab eadem Ecclesia per centum fere leucas, Castellæ Regno, marique mediis distabant, & ob hujusmodi longitudinem, itineriſque discrimina Ceptenses Episcopi Pastoris curam obire nequiverant, prout necesse erat; nulluſque Episcopus, teste ipso Gregorio XIII. in erectionis Bulla, à multis annis circa illam civitatem per se ipsum visitare potuerat. Digna quidem erat novo Episcopatu, Præsulum sedem Summus Pontifex *Elvis* collocavit, *Olivençam*, *Campum majorem*, & *Ouguellam* à Ceptensi Diœceſi separavit, *Elvaſque* cum aliis oppidis, & villis ab Eborensi, ut unum fieret Territorium, quod à suo regitur Episcopo, & Metropoli Eboræ, unde fuit exciſa, subest.

## *Congensis, seu Angolensis Episcopatus.*

INtra Diœceſim S. Thomæ Regnum *Angolæ*, & *Congi* continebantur, utrique provide S. Thomæ Episcopus consulere non poterat; Philippus II. Hiſpaniarum Rex Sebastiano ad Africam amiſſo, Lusitaniæ Regnum obtinuerat; Congensi, & Angolensi populo animarum salutem, & Catholicam religionem sospitaturus, Clementem VIII. rogavit, novam Episcopalem Sedem crearet: petenti Regi



Digitized by Google

non renuit Summus Sontifex, *Congenſem*, & *Angolenſem* Eccleſias à S. Thomæ Diœceſi excidit anno 1596, novam erexit, quæ in utroque Regno Congi, & Angolæ munus ſuum obiret. Apud *Loandam Angolæ* civitatem portu celebrem, & Gubernatoris ſedem, Antiſtites cathedram collocarunt, ubi perſtat, & Olyſiponenſem Patriarcham Metropolitam ſuum agnoſcit.

## *Epiſcopatus Angamale, & Meliapor.*

IN India intra Gangetem ſupra flumen *Aicota* in *Malabaria Coromandelæ* oppoſita Clemens VIII. Civitatem *Angamalam* novam Epiſcoporum Sedem ſub Metropoli Goanenſi anno 1601 inſtituit. Aſt Paulus V. anno 1605 Cathedram tranſtulit *ad Cranganor* cis *Bengalæ* ſinum ad *Malabariam*, Archiepiſcopatusque honore adauxit, quem nunc vocant *de Cranganor*, & *da Serra*. In eadem India intra Gangetem ad oram *de Coromandel* in Regno *Biſnagá* inſignis eſt civitas *de Meliapor*, quæ à ſæculo IX *Bathouma* nuncupabatur, veluti Syriæ idiomate Thomæ domus, nam apud incolas vetus erat traditio Apoſtolum Thomam ibi Dei verbum ſeminaſſe à barbarisque occiſum ſepulcro fuiſſe conditum. Paulus V. anno 1606 civitatem, quam Luſitani ex ruinis condiderant, & Eccleſiam S Thomæ ibidem fundatam ſub eodem titulo in Epiſcopi Sedem aſſumpſit, cujus territorio continentur univerſi, qui per Regnum *de Bengala* Chriſtiani diffunduntur, & Goanenſem Metropolitam agnoſcunt.

## *Epiſcopatus Fluminis Januarii, & Olindæ.*

PEtrus II. Luſitaniæ Rex ſuorum majorum ſequutus veſtigia ut in regionibus ultra mare, quas Luſitani multis laboribus ab Idololatriæ tenebris liberaverat, Catholica fides indies firmaretur, augereturque, in Braſilia novas ſedes Epiſcoporum figere meditabatur. Solus Bahien-

Digitized by Google

sis Episcopus diffusissimæ Brasiliæ regioni non suffecerat; ejus Diœcesim dividere apud Innocentium XI. per legatos curavit Piissimus Princeps: & qui omnium Summus Pastor esse meruerat, quod Regi placuit, statim concessit. Anno 1676 in ea Brasiliæ parte, quæ *Flumen Januarii* dicitur, Civitas S. Sebastiani aeris salubritate, populi frequentia, comercio, pluribusque Monasteriis conspicua à Sanctissimo Papa in cathedralem urbem erecta est: pro Territorio eandem S. Sebastiani Civitatem, alia oppida, castra, villas, & cetera loca à *Capitania* Spiritus Sancti inclusa usque ad flumen *de Plata* per oram maritimam, & terram intus assignavit: eodem anno oppidum S. Salvatoris *de Olinda* in Civitatem, & ejusdem oppidi S. Salvatoris Ecclesiam in Episcopalem assumpsit; & Diœcesis *Parnambucensis* limitibus oppida, castra, villas, & territoria ab Arce *Seará* inclusa per oram maritimam, & terram intus usque ad *flumen S. Francisci*, quod Diœcesim *de Olinda*, & aliam *S. Salvatoris Bahiensem* intersecat.

## *Maraognensis Episcopatus.*

IN Brasiliæ parte, quæ Provincia *de Maranhaõ* Lusitano, aut potius Brasilidum idiotismo nuncupatur, & Bahiensis erat Diœcesis, oppidum est S. Ludovici maris portu insigne, agris fertile, aereque salubre. Anno 1677 Innocentius XI. maxima illius distantia à Bahiensi Diœcesi Episcopi muneribus ibi exequendis parum commoda satis attenta, à Bahiensis Præsulis jurisdictione segregavit; novumque Episcopum creavit, qui Metropolitæ Olysiponensi subditus pro Diœcesi haberet oppidum S. Ludovici Civitatis titulo decoratum, & alia oppida, castra, villas, ac territoria, quæ à Capite *Norte* per oram maritimam, & terram intus usque ad Arcem *de Seará* exclusam sita sunt.

Digitized by Google

### *Episcopatus de Pekim, & Nankim.*

ANno 1690 Alexander VIII. Episcopatus duos *de Pekim*, & *Nankim* noviter instituit. In toto vastissimo Sinarum imperio, in quo infinitæ propemodum gentes ad veri luminis agnitionem accesserant, una tantum cathedralis Ecclesia Machaonensis reperiebatur, cujus Episcopus ob loca nimis remota, singulorum facies inspicere, aliaque boni Pastoris officia impendere non poterat: Rege Petro II. Portugaliæ postulante, causamque novæ sedis fundandæ justam, ac necessariam apud Alexandrum VIII. sistente, universæ Ecclesiæ Pastor in eodem Sinensi imperio oppidum *de Pekim* militum, ac Magistratuum numero refertum, ad quos ex omni parte Regni Sinarum multitudo frequens, & fere totius imperii divitiæ confluunt, & merces undequaque advehuntur, & aliud *de Nankim* amplitudine, fertilitate, & comercio non minus celebre ab Episcopi Machaonensis jurisdictione separavit, in duos Episcopatus extulit, quibus Antistites dedit Goanensi Metropolitæ subjectos.

### *Paranensis Episcopatus.*

IN ampliſſima *Maragnani* provincia, quæ in Brasilia per loca asperitate itinerum invia, & flumina transitu periculosa longissime, latissimeque protenditur, una tantum Ecclesia cathedralis S. Ludovici *de Maragnano* reperiebatur; cum Lusitanorum æque illuc confluentium, atque incolarum numerus, qui catholicam religionem amplectuntur, ita indies augeretur, ut unius Episcopi cura Pastoris officii debito exequendo, & tam latæ Diœcesis administrationi impar esset, Clemens XI. Fidelissimo Rege Joanne V. animarum salutem desiderante, & procurante, oppidum S. Mariæ in Bethleē in Civitatem ejusdem nominis advexit, & Ecclesiam S. Mariæ Gratiarum in Episcopi Sedem redegit, in Diœcesim concessit Civitatem nu-

Digitized by Google

per creatam, alia oppida, caſtra, villas, territoria, atque adjacentes Inſulas civilis Præfecturæ *de Parà* à reliqua parte Diœceſis *S. Ludovici de Maragnano* uſque ad oram maritimam, & vaſtiſſimam Americæ regionem excluſam, Olyſiponenſique Metropoli ſubditam eſſe imperavit.

### *Epiſcopatus S. Pauli, & Marianenſis.*

ANno 1746, Fideliſſimo Rege Joanne V. Sanctiſſimus D. Benedictus XIV. ut Braſiliæ gentibus, quæ ſub Epiſcopo Fluminis Januarii erant, nec à ſuo Paſtore facile poterant ſublevari, de ſpirituali pabulo provideret, Epiſcopatum *Fluminis Januarii* longe, lateque diffuſum in quinque partes diviſit: unam antiquo Epiſcopatui *Fluminis Januarii* reliquit, quæ ab infraſcripta Diœceſi S. Pauli verſus Auſtrum per limites Præfecturarum ſæcularium *Fluminis Januarii*, & *S. Pauli* uſque ad fluvium *Paraibam* ſeparatur; inde per iſtummet fluvium uſque ad *Cataractam majorem*, quæ per montes ad campeſtria *Goaitacaſium* dicta erumpit: à loco vero *Cataractæ* præfatæ per ſummos eorundem montium vertices à Marianenſi Diœceſi infra dicenda diſterminata remanſit, donec Archiepiſcopatus Bahienſis territorium attingit, quocum idem ſervat confinium Epiſcopatus *Fluminis Januarii*, quod ſemper habuit. Aliam Epiſcopatui *S. Pauli* tribuit, cujus cum alia *Fluminis Januarii* uſque ad *Paraibam* ſupra indicati ſunt limites, quæ etiam ex illo fluvio uſque ad alium magnum, ſive *Paranacenſem* nuncupatum à Diœceſi *Marianenſi* per terminos inter Præfecturas *S. Pauli*, & *Fluminis Januarii*, ac *Aurifodinarum generalium* conſtitutos diſtinguitur: indeque per ipſum fluvium magnum quacumque ditionem Portugaliæ Regis interfluit à Prælatura *Gojacenſi* diſtinguitur.

Aliam Epiſcopatui *Marianenſi* conceſſit, quæ ab aliis Epiſcopatibus *Fluminis Januarii*, & *S. Pauli*, ut ſupra diviſa, de cetero à Prælatura *Gojacenſi* per terminos Præ-

Digitized by Google

fecturarum sæcularium *S. Pauli*, & *Aurifodinarum Generalium* separata est, ac erga Archiepiscopatum *Bahiensem*, & Episcopatum *Parnambucensem* antiquos Diœcesis *Fluminis Januarii* limites retinet. Quartam Prælaturæ *Gojacensi*, quæ ab Episcopatibus *S. Pauli*, & *Marianensi* divisa eisdem circumsepta est finibus erga *Parnambucensem*, *Maragnonensem*, & *Paraensem* Diœcesim, quos habuit Diœcesis *Fluminis Januarii*. Reliquam Prælaturæ *Cujabaensi* assignavit; quæ à prædicta *Gojacensi* per terminos inter Auditorium *Cujabaense*, & duo alia *Gojacense*, & *S. Pauli* constitutos separatur. Novi Episcopatus à Beatissima Virgine de Monte Carmelo, & à S. Paulo, quibus civitates primæ erant dicatæ, nomen sibi retinuerunt; licet S. Pauli Civitatis Ecclesia cathedralis sub invocatione Assumptionis Virginis erecta fuerit.

Prælaturæ suos habent Antistites, qui omni jurisdictione Episcopi potiuntur, iis exceptis, quæ sunt ordinis; Confirmationis Sacramentum conferunt, altarium ornamenta, & vasa benedicunt, Ecclesias, cœmeteria, loca Ecclesiastica quodammodo polluta, profanata reconciliant, Ecclesias, loca ac personas in suis territoriis comprehensas visitant, & inquirunt, beneficiorum, ac matrimoniorum causas, inchoatas, motas, ac movendas audiunt, decidunt, & prout juris fuerit, terminant, vel aliis idoneis modo, & forma necessaria, limitata tamen potestate audiendas, & terminandas delegant: tandem plenam, & omnimodam in utroque foro habent jurisdictionem, quam Episcopus *Fluminis Januarii* in iis partibus habuerat. Prælaturæ istæ cum duobus Episcopatibus noviter institutis ad Metropolim Bahiensem pertinent.

Adeo crevit Lusitana Ecclesia non tantum inter Romanorum, ac Gothorum Christiani nominis hostium impietatem, sed etiam ultra mare inter Satanæ tenebras, quibus tot gentium regiones caligabant, ut de ipsa jure dici possit, quod Mag. P. Augustinus de universa Ecclesia Donatistis objecerat *Nunquid digito ostendimus istum montem*

Tract. 1. in Joan. n. 13. *quomodo ostenditur hominibus tertia Luna? quando volunt videre Lunam novam, dicunt, ecce Luna, ecce ubi est: etsi sunt ibi, qui non valent intendere aciem, & dicant ibi? intenditur illis digitus, ut videant. Nunquid sic ostendimus Ecclesiam fratres mei?* (Lusitanam.) Ea quidem est maxima Ecclesiæ gloria, ut sine vi, gladio, & agmine gentes Lusitanas subjiceret olim barbaras, de quibus ait Valerius Maximus: *Gens barbara, aspera, & difficilis.*

Lib. 8. de vafre dictis.

## PORTUGALIÆ SEDIUM DIVISIO

### Sub Theodomiro Suevorum Rege. Era 607.

| EMERITA METROPOLIS. | | BRACARA METROPOLIS. | |
|---|---|---|---|
| *Elbora.* | *Ossonoba* | *Portucale.* | *Lamecum.* |
| *Olyssipo.* | *Abula.* | *Colimbria.* | *Dumium.* |
| *Salmantica.* | *Cauria.* | *Egitania. Britonia. Viseum.* | |
| | | *Aurea. Vetica. Tude.* | |
| | | *Lucus. Iria. Astorica.* | |

### Divisio sub Recceswinto Gothorum Rege. Era 704.

Ex codi- Ecclesiæ Oveten- sis.

| EMERITA METROPOLIS. | | BRACARA METROPOLIS. | |
|---|---|---|---|
| *Pax Julia.* | *Colimbria.* | *Portucale.* | *Dumium.* |
| *Olyssipo.* | *Viseum.* | *Britonia.* | *Vetica.* |
| *Ossonoba.* | *Lamecum.* | *Aurea.* | *Tude.* |
| *Egitania* | *Ebora.* | *Lucus. Iria. Astorica.* | |
| *Cauria.* | *Abula.* | | |
| *Salmatica. Caliabria. Numantia.* | | | |

### Divisio sub Rege Wamba. Era 713.

Ex libris manuscriptis Ecclesiæ Toletanæ, & Ovetensis, cujus titulus est Ithacius.

| EMERITA METROPOLIS. | | BRACARA METROPOLIS. | |
|---|---|---|---|
| *Pax Julia. Egitania.* | | *Portucale.* | *Dumium.* |
| *Olyssipo. Colimbria. Ebora.* | | *Britonia.* | *Vetica.* |
| *Viseum. Lamecum Cauria.* | | *Aurea.* | *Astorica.* |
| *Ossonoba. Abula. Numantia.* | | *Tude. Lucus. Iria.* | |
| *Caliabria. Salmantica.* | | | |

Divi-

Digitized by Google

Diviſio ſub Calliſto II. Pontifice Romano. Era 1158.

BRACARA METROPOLIS.
*Portucale. Viſeum. Colimbria. Lamecum.*
*Egitania. Aſturica. Lucus. Tude.*
*Mindonium. Aurea. Britonia.*

Diviſio ſub Innocentio III. anno Chriſti 1199.

| BRACARA METROPOLIS. | | COMPOSTELLA METROPOLIS. | |
|---|---|---|---|
| *Portucale.* | *Colimbria.* | *Olyſipo.* | *Ebora.* |
| *Viſeum.* | *Tude.* | *Egitania.* | *Lamecum.* |
| *Aurea.* | *Lucus.* | *Oſſonoba.* | *Abula.* |
| *Mindonium.* | *Aſtorica.* | *Placentia.* | *Pax Julia.* |

Recentiores Provinciæ Eccleſiaſtico-Luſitanæ ſub Bonifacio IX. anno Chriſti 1394.

| OLYSIPO METROPOLIS. | | BRACARA METROPOLIS. | |
|---|---|---|---|
| *Ebora.* | *Silves.* | *Portucale.* | *Colimbria.* |
| *Egitania.* | *Lamecum.* | *Viſeum.* | |

Sedium diviſiones, quæ nunc extant.

OLYSIPO METROPOLIS PATRIARCHALIS.

| | | | |
|---|---|---|---|
| *Egitania.* | *Lamecum.* | *Leiria.* | *Portalegre.* |
| *Funchal.* | *Angra.* | *Angola.* | *Maragnano.* |
| *Promontorium viride.* | *Inſula S. Thomæ.* | *Gram Pará.* | |

| BRACARA METROPOLIS | | EBORA METROPOLIS. | |
|---|---|---|---|
| *Colimbria.* | *Portucale.* | *Elvæ.* | *Pharus.* |
| *Viſeum.* | *Miranda.* | | |

In India Orientali.

GOA METROPOLIS.

| | | | |
|---|---|---|---|
| *Cochim.* | *Malaca.* | *Machao.* | *Pekim.* |
| *Anganale.* | *Nankim.* | *Meliapor.* | |



Digitized by Google

In Braſilia.

BAHIA OMNIUM SANCTORUM METROPOLIS.

*Flumen Januarii.* *Olinda.*
*Civitas S. Pauli.* *Civitas Mariana.*

Nomina Civitatum, & Oppidorum veteris Luſitaniæ, quorum ſitus adhuc ætate iſta dignoſcuntur.

IN ALGARBIO.

*Balſa* - - - - - - Tavira. *Oſſonoba* - - - - - Eſtoy.
*Lacobriga* - - - - Lagos. *Portus Annibalis* Portimaõ.
*Promontorium Sacrum* - - - - - - Cabo de S. Vicente.

IN PROVINCIA TRANSTAGANA.

*Amæa* - - - - Portalegre. *Myrtilis Julia* - Mertola.
*Aritiũ Prætoriũ* - Benavẽte. *Mutazarum* - Põte do Sor.
*Ad ſeptẽ Aras* - - Aſſomar. *Mons Lunæ* - - - Cintra.
*Barbaria* - - - - Arrabida. *Nova Civitas Arucitana* Moura.
*Cetobriga* - - - - Setùval.
*Equa bona* - - - Couna. *Pax Julia* - - - - - Beja.
*Helvii* - - - - - - Elvas. *Populi Serpenſes* - Serpa.
*Liberalitas Julia* - Evora. *Salacia* - Alcaçar do Sal.
*Medobriga* - - Aramenha.

IN EXTREMATURA.

*Collipo* - - - - - Leiria *Nabancia* - - - Tomar.
*Eburobritiũ* Evora d'Alcobaça. *Scalabis Præſidium Juliũm* - - - - - - - Santarẽm.
*Felicitas Julia* - Lisboa. *Tubucci* - - - - - Abrantes.
*Ierabrica* - - - Alemquer.

IN BEIRENSI PROVINCIA.

*Araducta* - - - - Arouca. *Egitania* - - - - Idanha.
*Colimbriga* - - Coimbra. *Eminium* - - - - Agueda.

Digitized by Google

*Herminiũ* Serra da Eſtrela.
*Lancobriga* - - - - - Feira.
*Laconimurgum*, *aut Lamecum* - - - - Lamego.
*Merobriga* - - Monte mor.
*Talabriga* - - - - Aveiro.
*Vacca* - - - - - - Viſeo.

## Inſignes veteris Luſitaniæ Civitates extra Portugaliam jam ſitæ.

*Abula* - - - - - - Avila.
*Cauria* - - - - - - Coria.
*Emerita Auguſta* - Merida.
*Eminium* - - - Cidade de Rodrigo.
*Norba Cæſarea* - Alcantara.
*Placentia* - - - Placença.
*Salmantica* - - Salamanca.

## Nomina Civitatum veteris Gallæciæ, quæ intra Portugaliam nunc collocantur.

### IN INTERAMNENSI PROVINCIA.

*Araduca* - - - Guimaraẽs.
*Bracara Auguſta* - - Braga.
*Britonia* - - Juxta Vianam.
*Cale* - - - - - - - Porto.
*Celiobriga* - - Celorico de Baſtos.
*Forum Limicorum* - Ponte de Lima.
*Næbis* - - - - - - - Neiva.

### IN TRANSMONTANA PROVINCIA.

*Aquæ Flaviæ* - - - Chaves.
*Concia, ſeu Contium* - Miranda do Douro.

# CAP. III.

## *Quænam Religio in Luſitania ante Euangelium colebatur.*

NUlla Natio, Populuſve, aut Gens eſt, quæ Religionem quandam non obſervet, exceptis Ateis, ſiqui forte ſunt mente, & non tantum corde; & uniuſcujuſque gentis Religio ex ritibus, ſacriſque viſibilibus, quibus in unum conſortium colligantur, aperte di-

Digitized by Google

gnoscitur : *In nullum quippe* ait M. P. Augustinus *Religionis nomen, sive verum, sive falsum coagulari possunt homines, nisi aliquo signaculorum, vel Sacramentorum visibilium consortio colligantur* Lusitanos ante Euangelium ipsismet promulgatum suos ritus, templa, & sacra peregisse ex monumentis, quæ adducam, est certum quam maximè ; sed à veri Dei cultu nimis alienos.

*M. P. Aug. lib. 19. contra Faust. cap. 11.*

In ancipiti adeo non versabor an unus alterve inter tot falsæ Religionis Sacramenta Deum verum coleret, ei casto amore adhæreret, & non amitteret. In terra Chanaam inter illius accolarum impiissimam sectam extitit Melchisedech Deo gratus, ac ipsius sacerdos, quem Hieronymus cum Hipolito, Irenæo, Eusebiis Cæsarienſi, & Emisseno, Apollinari quoque & Eustathio Antiochenæ Ecclesiæ Episcopo gentilem Chananæum afferunt : in terra etiam Hus apud Idumæam vir fuit nomine Job, simplex, rectus, ac timens Deum, nec Edon Alienigenarum ritibus notabatur : igitur quid mirum inter pessimos Lusitanorum mores ullus veri Numinis cultor extaret, qui Tubalis, aut Elisæ in Hispaniam venientium de veri Dei cultu traditionem servaret, aut acciperet.

*Hier. epist. ad Euang.*

Verum ea, quæ maximè per universam Lusitaniam, imo & Hispaniam colebatur Religio erat, quam populi huc transmigrantes adduxerant, Ægyptiaca, Græcanica, Romana, uno verbo Gentilium Idololatriam, & Mythicon Lusitani profitebantur. *Phœnices*, ait Strabo, *ante Homeri ætatem optima Hispaniæ tenuerunt* ; idemque affirmat Plinius. Fortasse à terra Chanaam à Josue populi Hebræi Duce expulsi non tantum Africam permearunt, sed ultra eam Colonias novas condituri. Græcos ad nostram quoque regionem adveniſſe ostendit celeberrimum totius Regni caput Olysipo, sive Ulyssæa ab Ulysse condita post Trojanum bellum tantis erroribus illuc navigante : quod ipsemet Strabo auctoribus venerandæ antiquitatis adductis probat. *Supra hæc loca in montanis monstratur Ulyssæa ; & in ea fanum Minervæ, ut Possidonius tradit, & Artemidorus,*

*Strabo lib. 3. pag. 151.*

*Plinius. lib. 3. cap. 1.*

*Strabo lib. 3. pag. 157*

Digitized by Google

*& Aſclepiades Myrleanus, qui in Turdetania grammaticam docuit, & deſcriptionem gentium in iſtis regionibus agentium edidit. Is tradit monimenta errorum Ulyſſis in templo illo Minervæ affixa eſſe, aſpides, & ſumma navium roſtra.*

Quidam tamen non tantum noſtri ævi, ſed ipſius Strabonis Synchroni ad fabulas, nugaſque Poetarum mandant quæ de Ulyſſis erroribus, ac expeditione Olyſiponenſi Homerus deſcripſit. Mirum quidem non eſt Homerum errores Ulyſſis ita fabulæ in morem deſcripſiſſe; neque enim legitimum poema componeret; ſi iſtud careret fabulis; plurima tamen vera contexuit. *Itaque*, ait Strabo, *neque abſurdum Homerus, & incredibile propoſuit figmentum, neque inepti fuerunt ſiqui fidem iſtarum hiſtoriarum, ac multiplicem Poetæ peritiam ſecuti poeſim ejus ad ſcientiæ accomodatas quæſtiones traduxerunt, ut fecit Crates Mallotes* & antea jam ſcripſerat quamplurima facta, ac res vere geſtas Homerum cecinisſe, Polibiumque ſibi faventem adhibet. *Præterea quæ de dignis Homero fabularum commentis diximus, cum Scriptorum multitudo eadem perlibentium, tum fama, quæ in iis locis obtinuit, docere poteſt hæc non eſſe Poetarum, aut Scriptorum figmenta, ſed veſtigia vitæ functorum hominum, ac rerum geſtarum; & Polybius quoque interpretatur ea, quæ de erroribus Ulyſſis Homerus habet.* Eodem lib. 3. pag. 158 Lib. 1. pag. 33

Virgilianum Æneados poema plurimis etiam figmentis quis neget undique contextum? Æneam ob iram Junonis nomini Trojano ſemper infenſæ ſeptem annos incerto mari erraviſſe cecinit Mantuanus; plurima addidit de Trojani Ducis deſcenſu ad inferos; de hoſpitioque apud Didonem, & alia, quæ per duodecim libros palam ſunt: Æneam tamen in Italiam appuliſſe, Laviniam latini Regis filiam duxiſſe uxorem, unde gens Romana, Romani Reges, Romanique Cæſares ſunt orti, inter res verè geſtas, & non fabulas, non tantum Poetæ ſed hiſtoriæ Romanæ Scriptores, inter quos maxime emicat Livius, perhibuc- Lib. 1. cap. 3.

Digitized by Google

runt. Itaque idem de Homero circa Ulyssæam Civitatem, & de Ulysse illuc transfretante judicandum sit; cum plures sint Scriptores à Strabone supra citati præter Homerum in eandem sententiam confluentes. Nec solũ Ulyssææ expeditionis causa Græci terræ tractum, qui hodie Portugale dicitur, coluere; verum & Pomponius Mela scribit a Durio ad flexum Grovios habitasse, quos Plinius Græcorum sobolem vocat, & emendata lectione Gravios appellat Silius Italicus:

*Lib. 3. cap. 1.*

*Lib. 4. cap. 34. vel 20.*

*Et quos nunc Gravios violato nomine Grajûm.*

*Lib. 3. versu 366.*

Præter Græcos Portugalense solum tenuere Carthaginenses; nam ex Justino & L. Annæo Floro cum Gaditani a Tyro unde & Carthaginensium origo erat, per quietem Hispaniam pervenissent, ibique urbis jacerent fundamenta, incremento novæ civitatis Hispani inviderunt, ac propterea eos lacessiverunt, quapropter per Maherbalem cognato populo, è Carthagine auxilium missum est. Sub Hannone Duce postea Carthaginenses australem Lusitaniæ regionẽ invaserunt, & sub Hannonis fratre Himilcone occidentalem ingressi sunt: summa Hispani Imperii apud Carthaginenses erat, quorum senatus universæ Hispaniæ suos duces, ac gubernatores præficiebat, rerumque omnium ibi potiti sunt, donec juxta Livium ductu P. Scipionis pulsi Hispania sunt decimo tertio anno post bellum cum his initum, & quinto postquam ipse Scipio provinciam, & exercitum accepit.

*Lib. 44. Epitome lib. 16. Livan.*

*Lib. 28. cap. 17.*

Sub Romanorum ditione in ulteriorem, & citeriorem divisa est Hispania, ac per Prætores annuos cœpit gubernari, & licet quandoque Lusitani Romanorum jugum excutere conarentur, ac sub strenuissimo Viriato patriæ liberatore, ac juxta Orosium Prætorum, & Consulum Romanorum victore, ac subactore, & aliis ducibus palmam eriperent, sæpeque triumphum buccinarent, auctis indies Romani exercitus viribus, ac præpotentibus Roma prælata est Lusitaniæ: hæc Romani juris facta est, hæc Romæ erat stipendiaria: ait Plinius. *Ab una ad sacrum Lu-*

*Lib. 5. cap. 4.*

*Lib. 4. cap. 21.*

Digitized by Google

*stani, oppida memorabilia à Tago . . . universa provincia dividitur in Conventus tres Emeritensem, Pacensem, & Scalabitanum. Tota populorum quadraginta quinque, in quibus Coloniæ sunt quinque, municipium Civium Romanorum unum, Latii antiqui tria, stipendiaria triginta sex.*

Omnes id genus nationes Deorum cultui maxime addicebantur, & juxta earum consuetudinem creditu est secum Deos suos asportare quocumque pergerent sicut de Ænea cecinit Virgilius.

*Lib. 3. v. 12.*

*- - - - - - - Feror exul in altum*
*Cum sociis, natoque, Penatibus, & magnis Diis.*

Ceteras etiam gentes, ad quas accedebant, & quibus jura dabant, ritus, sacra, & omnia suæ religionis munia amplecti compellebant, aut blande invitabant ut crederent; quod Valerius Maximus narrat de Sertorio qui *per asperos Lusitaniæ colles cervam albam trahebat, ab ea se quænam aut agenda, aut vitanda essent prædicans admoneri*, ut Lusitani ei essent sectatores, ipsique, ac suis Diis confiderent.

*Lib. de Relig. cap. 2.*

Itaque adeo Lusitania, & provincia, quæ ultra Durium excurrit Tarraconensis, Græcis, Carthaginensibus, ac Romanis Diis erat obstricta, ac vovebat, ut qua longe, lateque patebat, earum gentium more templa illis erigerentur, aræ incenderentur, cremarentur hostiæ, flamineſque instituerentur. Quæ celeberrima eorum sacra apud Lusitanos non observabantur? Inter digniores, ac opulentas immolationes apud Græcos, & Romanos erat, quæ Hecatombe dicebatur, scilicet sacrificium centum quarumcunque victimarum unius generis, veluti centum boum, vel centum suum, vel centum ovium, & quæ ad centum aras uno loco constructas immolabantur, de quibus cecinit Pindarus apud Athenæum *Immolare centena omnia*: solemne etiam erat, teste Cicerone, ex victimarum extis per Haruspices divinari, humanas victimas Diis consecrare, ut apud Gentiles Auctores passim legimus. L. Annæus Florus ait Carthaginenses Saturno, quem Bellum vocabant, quotannis

*Lib. 4. cap. 10.*

*Lib. 2. de Divin.*

*Epit. lib. 18. Liv.*

Digitized by Google

victimam humanam facere ; quod quoque affirmat Mag. P. Aug; Lactantius addit à Latinis Jovem Latialem humano sanguine placari ; apud Græcos tandem de Sinone Sisiphi filio ait Virgilius

*Lib. 7. de Civit. Dei cap. 26.*

*Lib. 1. de falsa Relig. cap. 21.*

*Infelix nomen ait, vos aræ, ensesque nefandi,*
*Quos fugi, vittæque Deûm quas hostia gessi*

*Lib. 2. v. 155.*

Lusitani gentes istas fortasse æmulantes Hecatombem immolabant, Diis homines consecrabant, ex victimarum extis futura prædicebant juxta Strabonem: *Immolando student Lusitani, & exta intuentur non exsecta; præterea, & lacertorum venas inspiciunt, ac tangendo etiam divinant ... captivorum manus dextras amputant, diisque consecrant ... Marti aprum immolant, prætereaque captivos. Quin & ritu Græco centurias victimarum* (Hecatombes sic exprimo) *quotannis instituunt.* Fertur quidem Viriatum Marti Romanorum equitem bello captum sacrificasse. Suorum cadavera ad rogum adferebant Lusitani, & post lustrationem Gladiatores ante rogum dimicabant; nam Appianus Alexandrinus de Viriati funere sic scripsit *Itaque cadaver magnificentissimis instratum vestibus, in altissima pyra cremarunt, cæsisque multis hostiis, tum equites, tum pedites per turmas in orbem decurrentes cum armis Viriatum celebrabant Lusitani, nec inde prius abcessum, quam ignis prorsus extinctus est. Peracto funere gladiatorium munus editum.*

*Lib. 3. pag. 155.*

*Lib. de Bello Hisp. pag. 297.*

Et quot per vetus Portugaliæ spatium Deorum templa erigebantur? in provincia Transtagana apud Eboram, quæ ex Plinio Liberalitas Julia nuncupabatur, & erat veteris latii municipium, ac oppidum immune, Flamen Sacerdos erat, qui ea fere pollebat auctoritate, quâ nunc apud Christianos Episcopus, Flaminicam quoque perillustrem habebat, quæ non tantum Eborensium, verum & totius Lusitaniæ Sacerdos fœmina erat: Flaminicæ epitaphium olim ab Eborensibus compertum adducit Rezendius.

*Lib. 4. cap. 22.*

*Lib. de Antiquitate Ebor. cap. 7.*

LABERIÆ L. F. GALLÆ FLAMINICÆ MUNIC. EBORENSIS FLAMINICÆ PROVINCIÆ LU-

Digitized by Google

LUSITANÆ L. LABERIUS ARTEMAS . . . .

Apud Villam, quam Vicosam appellare consuevimus per antiquum est templum D. Jacobi, quod ante Euangelium promulgatum Proserpinæ fuerat consecratum, & ex quamplurimis inscriptionibus ibi inventis, quarum una sequitur, palam fit

PROSERPINÆ SERVATRICI C. VETTIUS
SILVINUS PRO EUNOIDE PLAUTILLA
CONJUGE SIBI RES TITUTA
V.S.A.L.P.

Prope Civitatem Pacensem, quæ nunc apud nos Beja dicitur, & apud Gentiles olim Pax Julia, à Christianis erectum est templum in honorem Sanctorum Martyrum Justi, & Pastoris, quod Gentiles Jovi suo condiderant, ibique quamplurima saxa reperta sunt, quorum alia à Christianis, alia a Gentilibus fuerant incisa: ex Gentilium inscriptionibus en unum:

FLAVIA.L.F.RUFINA EMERITENSIS FLAMINICA PROVINC.LUSITANIÆ

Christianorum vero inscriptio super templi januam sic legitur.

HUNC DENIQUE EDIFICIUM SANCTORUM.
NOMINE CAPTUM JUSTI ET PASTORIS
MARTYRUM, QUORUM CONSTAT ESSE
SACRATUM
CONSUMMATUM EST HOC OPUS ERA
D. CC. X. X.

In Provincia Cistagana Olysipone præter Minervæ templum à Strabone supra dictum, & ab Ulysse conditum aliud erat Concordiæ Sacrum, cujus inscriptio in S. Mamedis Ecclesia fuit inventa.

CONCORDIÆ SACRUM M. BAEBIUS M.
F. M. M. FELIC. JULI. DAF.

Thetys quoque eadem Olysipone à nautis maxime colebatur; eidem pro tuendis maris periculis vota emittebantur



Digitized by Google

in templo ; cujus signa in petra inscripta postmodum apparuere.

DIS MAR. SACR. NAUTÆ ET REMIG. OCEAN. :::: NUSIN. TEMP. THET. :::: OBTULERUNT PRO TUENDIS : : : : : :

E. V. D. D.

In Belrensi Provincia apud oppidum *de Coja* in ædibus Episcopi Colimbriensis inscriptus est lapis, quem D. Georgius de Almeida Colimbriensis Episcopus ex antiquissimo ædificio oppidi *de Bobadela* asportari fecit

PIETATI SACRUM
JULIA MODESTA EX PATRIMONIO SUO
IN HONOREM GENTIS : SEX. APONI.
SCAEVI FLACCI MARITI SUI FLAMINIS
PROVINC. LUSIT. ET IN HONOREM
GENTIS JULIORUM PARENTUM SUORUM

In Provincia Interamni apud Bracaram Augustam Isis populorum erat veneratioui, ejus ara adolebat, & hujus cultus maximus erat ; de quo est iste titulus unde pariter nobis innotescit Sacerdotem fœminam ibi sedem collocasse.

ISIDI. AUG. SACRUM. LUCRETIA. FIDA
SACERDOS. PERP. ROMÆ ET AUG. CONVENTUS. BRACARA AUG.

V. D.

Innumera propemodum Græcanicæ, Carthaginensis, ac Romanæ religionis à nostris veteribus Lusitanis observatæ monumenta adducerem, si frequenter ea ob oculos, manusque versari non possent inter legendum eruditissimum Resendium, & alios qui de Lusitaniæ antiquitatibus, & summa indagatione, & stilo vere comto in Regni, ac Nationis gloriam libros suos prælo edidere. Hæc satis detegunt, quibus ritibus, ac Sacris Deos suos prosequerentur Lusitani ; qui in Romanorum, Strabone teste, ritus penitus transformati erant, ut nec propriæ memoriam

Digitized by Google

linguæ ſervarent amplius, plurimumque Latini facti ſecum adcolas acciperent Romanos.

## CAP. IV.

### *De Era Hiſpanica à Luſitanis obſervata.*

DE rebus Eccleſiæ Luſitanæ acturo nil potius pertractandum ſiſtit, quam Era, quâ Hiſpani omnes non ſolum in Eccleſiaſticis rebus, verum & in profanis ſcripturis temporum rationes ſupputabant, ac eventus deſignabant. Unicuique nationi ſemper in ſingulari fuit conſuetudine res ſuas geſtas poſteriorum memoriæ commendare, earum notantes tempora, ac ſignantes epocha aliqua, quæ præſertim ſuorum majorum, aut ſuarum civitatum inſignia demonſtraret. Hebræi ſuos numerarunt annos à Diluvio Noemi, à linguarum confuſione, ab Abrahæ natali, ab Exitu populi de Ægypto, à Templi conditione, à Captivitate, à Captivitatis ſolutione, à Septuaginta Danielis hebdomadarum initio, à Templi profanatione ab Epiphane, quas epochas Scriptores ſacri ob oculos paſſim habuerunt. Græci ſua tempora menſi ſunt ab Ogygis, Deucalioniſque diluviis, ab Idæ montis deflagratione, à Ganimedis raptu, à Perſei expeditione, ab Ilio condito, ab Argonautarum expeditione, à Trojæ excidio, ab Eraclidarum reditu, ab Jonica migratione, à Licurgi tutela, ab Olimpiadibus, à Nabonaſſare, à Cyri initio, à Xerxis fuga è Græcia poſt pugnam ad Mycalem, à bello Peloponeſiaco, ab Athenis captis, à Lyſandro, à pugna Leuctrica, à pugna ad Cherroneam, à Philippi morte, à periodo Calippica, ab Alexandri Magni morte, ab Era Seleucidarum, & Antiochena. Romani ab urbe condita, à Regifugio, à Roma à Gallis capta, à bello Samnitico, à Pyrrhi bello, à bello primo Punico, à ſecundo, & à tertio, à bello Jugurthino, Mitridatico, ab anno Juliano, ab Actiaca victoria, ab Auguſtorum annis. Arabes celebertima Hegira uſi ſunt ex anno Chriſti 622.

Digitized by Google

quo Mahumetes fugam arripuit, cum propter novum errorem de vita subiret periculum, fuga enim Arabibus Hegira dicitur.

Annos vero per Eras discernere adeo Hispanis peculiare fuit, ut nulla alia Natio hac nota prius uteretur. Scaliger tamen non eo Hispanis singularem hujusmodi supputandi rationem existimat, ut Afris, imo & Italis, ac Gallis communem esse pro comperto habeat: suæque disputationis jactat fundamenta enixus Conciliis Carthaginensibus, & Galliarum, Leonisque Pontificis Romani Epistolis, quorum omnium tempora ad calcem Eræ nota computantur. Scaliger vero non animadvertit ab Isidoro Mercatore, seu Peccatore, ut quidam legunt, aut potius ab alio Hispano Canonum, & Conciliorum Collectore, cum nullus umquam Mercator Isidorus extiterit, juxta patriæ consuetudinem Eram esse conscriptam, vel jam ex Hispania alias in gentes fuisse traductam; quod etiam notavit Petavius.

*Lib. 10 de doct. temp. cap. 70.*

Unde Hispanienses Eræ nomen deducerent, ut annos suos distinguerent inter eruditos magna contentione, & opinionum dissensione certatum est. S. Isidorus Hispalensis Episcopus his verbis suam affert sententiam: *Eræ singulorum annorum constituta est à Cæsare Augusto, quando primum censu excogitato Romanum orbem descripsit: dicta autem Era ex eo, quod omnis orbis æs reddere professus est Reipublicæ.* In Eusebii codice manuscripto Alcobacensi se reperire testatur Vasæus hujusmodi dicta: *Hoc tempore edicto Augusti Cæsaris æs in tributum, & census dari jubetur, ex quo Era collecta est.* Quæ in omnibus vulgaribus, ac cussis Eusebii codicibus non leguntur. Alii non ab ære, quod universus orbis Romano imperio impendit Eræ vocabulum derivant, sed ab ære, quod Hispania in triumphum Domitii Calvini tribuere jussa est, quod tantum fuit, ut inde publicis Romæ operibus instaurandis diligentiam adhiberet.

*Lib. 5. Etymol. cap. 30.*

*Cap. 22.*

Alii censuere hanc vocem derivandam ab Arabica

Digitized by Google

*Arach*, quæ significat tempus notare, epocham, ac mensem describere; unde latina terminatione Era idem est, ac numerus, vel initium, unde numerantur anni: & quidem ab Hispanis quamplurima Arabum verba in suum idioma translata ipsi confirmant: perperam tamen id conjiciunt; nam Arabes post annum Christi septingentesimum decimum secundum Era Cæsaris 751. regnante ultimo Gothorum Rege Roderico Hispaniam depopulati sunt, ac subejerunt; sed Idacius, qui sæculo 5. floruit in suo chronico Eræ nota utitur: & Concilia antea per ipsam Hispaniam Brachara, Toleto, ac Hispali convocata Era in fine data notabantur, nec Arabes, ex quorum voce *Arach* Eræ vocabulum derivarent, adhuc in patrio solo venerabilium cætuum Patres audierant. *Num.* 15.

Nec desunt, qui ab hero Eræ originem enuntient, veluti à tempore, quo Cæsar Augustus Hispaniarum dominatum susceperat. Tandem Genesius Sepulveda vir ab Erasino laudatus apud Vasæum in Epistola ad Andream Resendium Eræ derivationem ad quoddam literarum compendium adducit, quasi simile illi Hebræorum elementorum arcano, quod ab iis cabala nominatur, aut Hieroglyphicis notis, quæ apud Ægyptios erant in usu sapientiam suam obducturos. Ex compendio scriptionis, ait Genesius, & brevitatis causa initia tantum verborum punctis distincta pro totis verbis in Scripturis notabantur: *A. E. R. A. CÆS.* ideſt: *Annus erat Augusti Cæsaris*: postea vero tabellionum, aut librariorum temeritate punctis ablatis scribi cœpit *Æra*. Genesii sententia aliquando præ ceteris captabar, cum ex perantiquis inscriptionibus, quæ inveniuntur, mos esset Hispanis initia tantum verborum punctis divisa pro integris dictis describere, in eamque abire jamjam videbar, nisi simplex Eræ significatio, quam apud quosdam veteres Latinos inveni ab illa, ac reliquis supradictis removeret, & nisi in plurimis antiquis monumentis Era sine diphthongo inveniretur, ut notavit Scaliger, & ipsemet inveni in hujus Regii Mo-

naſterii archivo. Igitur Era numeri notam, vel ſupputationem ſignificat. Nonius Marcellus ait: *Era numeri nota*: apud eundem Marcellum Lucilius Poeta vetuſtus: *Hæc eſt ratio perverſa Era numi ſubdita improbe*: præter Marcellum, & Lucilium Rufus Feſtus in Breviario rerum Romanarum habet: *Parco lubens præceptis tuis quippe cui deſit facultas latius eloquendi, ac morem ſequutus calculorum, qui ingentes ſummas Eris brevioribus exprimunt, res geſtas ſignabo, non eloquar.*

*Lib. 1. de propriet. ſerm. lat. pag. 8.*

*Lib. 29.*

Equidem non inficior prædictos Auctores ætate latinitatis aurea, aut argentea non floruiſſe. Marcellus Apulejo poſterior plerumque antiqua ſectatur, delectaturque nimis Accio, Pacuvio, Nævio, & his ſimilibus: Lucilius quanvis à Cicerone laudetur doctus, perurbanus, ac etiam elegantiſſimus, priuſquam latinitas adoleſceret, juveneſceretque, Latinorum ſatyram primus aggreſſus eſt. Rufus Feſtus ætate ænea Romanam hiſtoriam conſcripſit. Sane etiam non inficior Eræ vocabulum apud argenteos, aureoſve Latinos minime reperiri; ſciendum tamen eſt non ſtatim ab Auguſti aureo latinitatis ſæculo, quo Hiſpani epocham Cæſaris ſtatuerunt, ad tempora ſupputanda fuiſſe acceptum, ſed jam inclinante puriori latinitate, & in barbariem quodammodo vergente cum Petavio ſupra citato, & aliis introductum fateor: quod mirandum non eſt ait Horatius

*Lib 2. de orat. cap 6. & lib. 3. cap. 43.*

*Lib. de art. poet. v. 70.*

*Multa renaſcentur, quæ jam cecidere, cadentque*
*Quæ nunc ſunt in honore vocabula, ſi volet uſus,*
*Quem penes arbitrium eſt & vis, & norma loquendi.*

Eræ vocabulo diſſerto, quo tempore incepit, nunc inſpiciendum eſt: Vaſæus in Epiſtola ad Andream Reſendium non ab ipſo ſtatim initio Triumviratus principium hujuſce ſupputationis Eræ conſtituit, ſed ab anno, quo partitio orbis Triumviralis denuo facta eſt, qua utraque Hiſpania ulterior, & citerior Octavio Auguſto ceſſit, Oriens Antonio, & Africa Lepido. Id Vaſæo lubentiſſime tribuo, nec diſſentio; licet alia, quæ ipſe addit totus re-

Digitized by Google

nuam. Addit ille partitionem iſtam factam fuiſſe poſt bellum Peruſinum quarto Triumviratus anno, qui fuit Hirtio, & Panſa Conſulibus, 711 ab urbe condita, 38 ante natum Chriſtum. Si Vaſæus Chriſti nativitatem juxta recentiores Chronologos figeret anno ab urbe condita 749. Conſulibus C. Cæſare Auguſto 12. & L. Cornelio Sylla; à Conſulatu Panſæ, & Hirtii, triginta quidem, & octo annos uſque ad Dominum natum compleret; verum cum in toto ſuo chronico Dionyſianam Eram ſemper ob oculos habuerit, quæ incidit in annum Urbis conditæ 753 Conſulibus Cornelio Lentulo, & L. Calpurnio Piſone, non tantum triginta, & octo, verum & quadraginta duo anni neceſſe eſt excurrant, nec ante P. Dekerium, qui poſt Vaſæum ſæculo decimo ſeptimo floruit, quidam extitit, qui Chriſti nativitatem quatuor ſolidis annis Dionyſianæ Eræ prævertendam exiſtimavit. Anno, quo Hirtius, & Panſa conſulatum agebant, ab urbe condita 711, prima Romani Imperii Triumviralis diviſio fuit, qua Lepido Hiſpania, & Gallia Narbonenſis attributa eſt, Antonio Galliæ Ciſalpinæ, & Auguſto Africa, Sicilia, & Sardinia. Secunda, qua Cæſar Hiſpaniam obtinuit, contigit quidem anno quarto poſt Julium Cæſarem interfectum, ut recte ait Reſendius, *Epoch. ad Vaſ.* ſed hic annus erat ab urbe condita 714 Conſulibus Cn. Domitio Calvino II. & C. Aſinio Pollione, & ante Chriſti vulgare natale quadrageſimus: & poſt bellum quidem Peruſinum, ex Appiniano. Quapropter ex Dione lib. 48. *Lib. 5. de bellis civil.* cum anno Juliano ſeptimo L. Marcio Cenſorio, & C. Calviſio Sabino Conſulibus Senatus decreto trium virorum acta eſſent confirmata, inter quæ orbis Romani diviſio fuit anno antea proximo Juliano ſexto ab Auguſto, & Antonio denuo facta, ideo à Kalendis Januarii anni Juliani octavi ab urbe condita ſeptingenteſimi decimi ſexti, ac ante Domini natale vulgare trigeſimi octavi Auguſti epocham Hiſpanienſem iniiſſe ſuſpicandum eſt; quippe tunc temporis & Senatus decreto, & nova partitione utraque Hiſpania Octavio ceſſit imperanda; & in ejus honorem,

Digitized by Google

& obsequium supputationem istam introduxerunt.

Id ipsum docet Julianus Episcopus Toletanus: *Era inventa est ante triginta, & octo annos, quam Christus nasceretur.* In libro Erarum, quem Nonæ appellamus, adeo vetustis caracteribus inscripto, ut Regii Academici litteras similes jam non invenerint, quibus exemplar eadem, qua erat originale, forma typis ederetur; & qui in Monasterii S. Crucis Chartophilacio asservatur, sic legitur: *Era XXXVIII. natus fuit Dominus noster Jesus Christus.* Idem ostenditur ex quodam Epitaphio Gothorum litteris in lapide inscripto ad sepulcrum quondam D. Roderici Filii Sanctii II. Portugaliæ Regis, quod ex sepulcro jam extractum in Monasterii Ecclesiolæ Archivo custoditur; & in codice perantiquo manuscripto ejusdem Monasterii invenitur: ibi legitur Infantem D. Rodericum obiisse Era 1283, cum certum sit ex eodem codice anno Christi 1245. viam universæ carnis fuisse ingressum: detractis igitur 1245 de 1263. supersunt 38 anni ante Beatissimæ Virginis partum: totum Epitaphium transcribo

*Lib. Contr. Judæos in fine.*

*Quem tegit hæc moles, fertur Domnus Rodericus*
*Regalis proles, & dapsilitatis amicus*
*Belliger insignis fuit hic, cunctis, & amandus*
*Laudibus ex dignis, alter fuit hic Rotolandus;*
*Hic numquam mæstus, sed in omni tempore lætus*
*Vitans incestus actu, verboque facetus,*
*Promissor verus fuit, hostibus & severus,*
*Plebs simul, & Clerus fleat hunc, & miles Hiberus,*
*Quamplures subsit armis, ideo mage fulsit,*
*Omnimoda laude dignus fuit hic Rodericus*
*Cunctis pacificus, humilis, probus, & sine fraude,*
*Prima sit undena, bis tertia scripta sequatur,*
*Ex hinc vicena quater, & quater accipiatur,*
*Postoctava datur, ter scribitur Era notatur,*

Scilicet primum apponatur litera undecima Alphabeti *M*, inde bis scribatur ejusdem Alphabeti tertia *C*, postea octo vicibus vigesima *X*, tandem ter adjungatur post octava *I*, en evadet Era MCCXXXXXXXXIII. Sci-

Digitized by Google

Sciendum est Eram Hispanicam, si Christi natale verum juxta Chronologos recentiores inspiciamus, non triginta, & octo annos, sed triginta quatuor illud præcessisse: Hispanis illa Nativitatis Dominicæ epocha, nec nota, nec umquam audita fuit, sicut & ceteris gentibus, quæ per tot sæcula Dionysiana supputatione usæ sunt: quapropter falluntur maxime, qui triginta & octo annos, quos Hispani ante Christum natum numerant, ad Christi natale verum componere intendunt. Errarunt quidem circa veram Christi nativitatem, sicut & universus christianus orbis, donec accuratius inspectis Consulum fastis, sub quibus Christi gesta obvenerant, tempus & Nativitatis, & Passionis Dominicæ designatum est verum.

Cæsaris epocha in utraque Hispania ulteriori, & citeriori temporibus numerandis adeo invaluit, ut inter plurimas, & ex nostrorum Canonicorum Regularium Monasteriorum archivis, ac aliunde adductas vetustissimas scripturas, quas sæpe evolvi, præter unam, nullam aliam ad manus habuerim, quæ Cæsaris Era in fine haud notaretur. Vasæus in Epistola ad Resendium ait adeo invaluisse ut in Aragonia à Rege Petro ejus nominis quarto sublata fuerit anno Domini milesimo tercentesimo quinquagesimo octavo in conventibus Valentiæ celebratis; in Castella vero anno millesimo tercentesimo octogesimo tertio à Joanne Rege, ejus nominis primo in comitiis Segobiæ convocatis: tandem apud Lusitanos à Rege nostro Joanne I. post Ceptam Africæ urbem munitissimam oppugnatam, & armorum vi Saracenis ablatam circiter annum Domini milesimum quadringentesimum decimum quintum.

A Petro III. Aragoniæ, & Joanne I. Castellæ Regibus annis Domini supradictis in utriusque ditionibus Cæsaris epocham ademptam non tantum meminit Vasæus, sed ceteri qui de Aragoniæ, & Castellæ Regibus Chronicon exararunt, rem utpote indubitatam, & in judicium minime revocandam asseruerunt. Sed inter Lusitanos adhuc aliqui dirimendam pronuntiant: à Joanne I. alii cum



Digitized by Google

Vasæo anno à Virginis partu millesimo quadringentessimo decimo quinto; alii anno millesimo quadringentesimo vigesimo secundo Eram potius expunctam censent, & meliori judicio, ac fundamento; nam in lib. 4. Ordinationum Regis Alphonsi V. pag. 62, qui in Archivo Regio Arcis Olysiponensis vulgo *do Tombo* asservatur, ita invenitur *Rex Joannes famosæ, ac excellentis memoriæ legem hanc tulit: Rex præcepit omnibus Tabellionibus, & Scribis suorum Regnorum, ac Dominationum, ut in posterum in omnibus contractibus, ac scripturis apponant annum à nativitate Domini nostri JESU Christi, sicut antea Cæsaris Eram apponere consueverant; idque præcipit sub pœna officiorum privationis. Promulgatum fuit hoc decretum Olysipone à Philippo Alphonso .... die vigesima secunda Augusti anno Domini millesimo quadringentesimo vigesimo secundo.* Id etiam reperitur in vetusto libro Ordinationum à Felicissimo Rege nostro Emmanuele prælo torqueri jusso anno 1514 *Rex Domnus Joannes primus Excellentissimæ recordationis legem tulit, qua omnibus Tabellionibus jussit; ut sub pœna officia amittendi in omnibus scripturis apponerent annum à nativitate Domini nostri JESU Christi sicut antea Eram Cæsaris apponere consueverant. Quæ fuit promulgata Olysipone vigesima secunda die Augusti anno à nativitate Domini nostri JESU Christi millesimo quadringentesimo vigesimo secundo.* Hæc a Lusitano idiomate in latinum fideliter translata.

*Lib. 4. Ordin. Regis Alphonsi V. pag. 62.*

*Lib. 4. Ord. Regis Eman. tt. 51.*

Sunt, qui utramque sententiam mutua dissensione non adversari conantur; quapropter affirmant à Rege Joanne I. anno millesimo quadringentesimo decimo quinto Cæsaris Eram esse expunctam, postea vero anno millesimo quadringentesimo vigesimo secundo legem esse publice editam, ac latam; prout regia ordinatio D. Emmanuelis videtur exprimere. Auderem quidem ab iis quærere quo ritu, modove prius fuit expuncta? Viva Regis voce, an Decreto? Si Decreto creditu non est id per septem annos usque ad vigesimum secundum fuisse dilatum, & tunc Oli-

Digitized by Google

ſipone promulgatum; nec Decreto ſaltem in primaria Civitate, aut Principis curia nondum promulgato, utpote quod nullam legis vim habet, quidquam jure, & decreto ſublatum, aut expunctum judicabitur. Si viva Regis voce ubinam ſunt monumenta? præcipue cum ipſa lex regia ſupradicta expreſſe dicat ante annum milleſimum quadringenteſimum vigeſimum ſecundum notariis eſſe conſuetudinem ſcripturas Cæſaris Era obfirmare. Notandum vero hic eſt unum, aut alterum à communi conſuetudine deflexiſſe, & quandoque in ſcripturis perantiquis, raro tamen Domini Nativitatis annum notatum inveniri; quod fortaſſe inveniens Jepes in Chronico Benedictino Centur. 1. opinatus eſt Eram Cæſaris in Hiſpaniis fuiſſe immutatam anno quingenteſimo quinquageſimo, ex quo ſecundum Dionyſianam Eram Divinum Verbum de Virgine in lucem prodiit factus homo; ego vero unam tantum ſcripturam reperi anno Domini 933 in fine notatam, qua Abbas Bronderigus Moraviæ Monaſterio Canonicorum Regularium donationem quandam firmavit.

## CAP. V.

### *De Arte Critica ad Hiſtoriæ veritatem.*

SI ulla facultas multum recentiorum induſtriæ, ac ingeniis debet hæc profecto eſt, quæ ita crevit eorum laboribus, ut noſtra memoria orta potius quam inſtaurata videatur. Veteres duas ferunt ejus partes, emendationem, & judicium: emendationis erat, quod falſo inſerta in ſcriptorum operibus tollerent, ac corrupta a librariis corrigerent. Judicii fuit ratione quidem univerſi operis, quod ſcripta ſpuria diſcernerent à legitimis; ratione etiam particularium locorum, quod iis, quæ perperam ſcripſiſſent, vitii notam apponerent. Verum Critice non ad Auctores ſolum, ſed ad ipſas quoque facultates, & ſcientias pertinet, ut de iis dijudicet quidnam ſit uniuſcujuſque ingenium, ſive natura, quis finis, quo pertigerit ea-

Digitized by Google

rum perfectio; quid ad eam deſit. Nunc tamen ceteris omiſſis, quæ tantum pertinent ad Luſitaniæ hiſtoriam pertractandam, in eaque veritatem internoſcendam regulas quaſdam expendam.

*Lib. 11 de locis Theolog. cap. 6.*

Melchior Canus tres docuit regulas, quibus ex Auctoribus, atque Hiſtoricis rei alicujus veritatem conſequamur. 1. ſi facta aliqua narrentur à Scriptoribus probitate, atque integritate inſignibus, ut liqueat alios fallere noluiſſe. 2. anteferendos eos Hiſtoricos reliquis, qui præter acre ingenium, prudentia quoque pollent ad eligendum, & judicandum. 3. præ ceteris plurimi faciendam Hiſtorici auctoritatem, cui multum catholica Eccleſia defert. Alios canones alii ſtatuunt præſertim Auctor libelli Pariſiis editi anno 1601 de uſu Hiſtoriæ: celeberrimos tantum à Criticis adlatos dicam; & 1. qui ſpecialiſſime inculcatur de auctoritate ſcriptorum æqualium, & coævorum. Fleury, Dupinius, & alii tantum deferunt horum ſcriptorum auctoritati; ut nolint pro vero haberi factum antiquum, quod coævi Scriptoris, ſive antiquiſſimi teſtimonium non habeat; contra vero, quod eorum auctoritate gaudet credi volunt.

*Orat. 21.*

Verum univerſim id certum non eſt, & plura exempla congeri poſſunt. 1. S. Gregorii Nanzianzeni, quem Scriptor æqualis Hieronymus, idemque eruditiſſimus in catalogo de Scriptoribus Eccleſiaſticis teſtatur Nanzianzenum Epiſcopum, cum tamen id falſo ab eruditis aliis judicetur: 2. mortem Conſtantii ſancte peractam orat. 21. Gregorius Nanzianzenus narrat, atque id falſum nunc judicatur. Certum etiam non eſt verum non eſſe exiſtimandum omne quod ab æqualibus, vel ſupparibus Auctoribus tacetur; aliter operam perdidiſſet Joſephus Hebræus in deſcribenda priorum mundi ætatum hiſtoria; item Julius Africanus, Paulus Oroſius, Euſebius Cæſarienſis, Marcellinus Comes, Caſſiodorus, & Nicephorus, qui de rebus factiſque ab eorum memoria longe remotis ſcripſerunt. Etiam in ſuſpicionem adducerentur omnia, quæ

Digitized by Google

in medium adtulerunt tum antiqui tum recentiores Hiſtorici de veteris teſtamenti rebus in ſacris Bibliis non enarratis: corrueret Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ maxima pars; everteretur Patrum auctoritas. Scriptores quoque ſuppares, & æquales nonnumquam in rebus ætatis ſuæ enarrandis graviter errant.

Igitur verum eſt quod æquales Scriptores narrant, ſi plures hujuſmodi Scriptores ſint; ſic tamen ut unus ab alio rem deſcripſiſſe non videatur, vel maximæ ſint auctoritatis: ſi res quas narrant publicæ fuerint, ut non potuerint ignorare, vel ſi iis in locis extitere ubi res obvenerant. Hæc eo pertinent, ut appareat Scriptores noviſſe rem, quam narrant: quam multa etiam nunc quoque accidunt, quæ nos hoc tempore viventes ignoramus. Alia ſunt, quæ eo ſpectant, ut Auctorum fidem probemus, atque illos non fallere certo cognoſcamus. Itaque neceſſe eſt videamus an probi ſint, an ſi alienæ religionis, vel ſectæ de rebus non ſcribant, quæ fulciant eorum errores.

Ut recentiorum Scriptorum teſtimonium admittatur in rebus antiquiſſimis, requiritur ut ii ob oculos habuerint, quid ſequerentur, ſive vetuſtiorum Auctorum, ſive antiquorum monumentorum, quæ extarent; ut vetus ſit fama, ac traditio ex qua Scriptor ſua hauſerit: horum indicia ſunt cum Scriptores ejuſdem ævi, ac regionis de iiſdem rebus ſcribentes vel id aperte affirmant, vel negant. Non creduntur cum res quas narrant male cum aliis conciliantur, quæ referuntur ab Auctoribus certioris fidei, vel alienæ ſunt ab ætatis illius moribus, ſive diſciplina: fides vero adhibenda eſt Scriptori ſi in eam rem diligentius incubuerit, in exteras regiones peregrinatus ſit exploraturus, omnia ſolerter conquiſierit, & ceteroqui acri judicio præditus ſit.

Nunc ad diſcernenda opera genuina à ſpuriis, vel dubiis tria appono, quæ Sixtus Senenſis refert, tempus, dogmata, ſive res, ac ſtilum. Quoad tempus huc revocatur manuſcriptorum codicum Auctoritas, atque antiqui-

Digitized by Google

sed provinciarum perantiqua, & majoribus accepta traditio, quæ maximum fidei est argumentum, in causa est, cur recentiores Scriptores pertractarent, ac assererent plurima, quin à vero deflecterent; aliis quoque à lapideis monumentis forte asservatis emendicatis, aut ab extraneis Auctoribus, qui eadem antiquitus scriptis demandaverant. Plurima quidem essent antiquitatum scripta monumenta, quæ in Lusitaniæ vetustis chartophilaciis custodirentur, sed Saraceni Hispaniam ferro, flammaque depopulantes, ea aut igni tradidere, aut obrutorum ædificiorum ageribus sepelierunt. Propter veterum Auctorum silentium quidem jam posterioribus sæculis quamplurima commenta circa universam Hispaniam confinxerunt, & libros fabulis refertos sparserunt in vulgus, quibus multi delectati in palmares universæ Hispaniæ errores delapsi sunt, & ut auctoritatem, famam, fidemque apud omnes adquirerent, nomina aliorum virorum, quibus olim fides adhibebatur, suppositere.

Inter tot figmentis plenos, ac scatentes libros omnium eruditorum consensu numerantur chronicon Flavii Dextri, cui Bivar sua addidit commentaria, Pseudo Julianus, Pseudo Athanasius, Caledonius, Maximus, Hausbertus, & Liberatus Monachus, Luitprandus Ticinensis Diaconus, quos, & alios Regia Lusitaniæ Academia merito jam spuriis adjudicavit, & inter non facile credendos recensuit; Academiæ tamen præluxerunt alii non minus eruditi, qui critices libratis rationibus dissertationes suas texuere tot figmenta simplicium animos commoventia publice ostensuri, Clarissimi scilicet, Herrera, Marchio de Mondexar, & Eminentissimus de Aguirre. Si à Lusitanorum historiographorum manibus, oculisque ablegarentur hujusce furfuris scripta vera multa non assererentur, quæ ex positis critices regulis instructi statim in primo limine falsa demonstrabunt. Istis quidem spuriis Auctoribus quidam seducti sunt; alii tamen spuria à genuinis, & auctographis secernentes meliorem semitam adierunt. Igitur

ex

Digitized by Google

ex noſtris, qui poſterioribus ſæculis Luſitaniæ antiquitates explorarunt, ſunt Andreas Reſendius, Fr. Bernardus de Brito, ac Fr. Antonius Brandam, uterque Ciſtercienſes Monachi; Damianus de Goes, Jacobus Menætius, Eduardus Nonius, Barros, Gaſpar Eſtatius, Rodericus da Cunha Archiepiſcopus Olyſiponenſis, Cardozo, Antonius de Vaſconcellos, Emmanuel Severim de Faria, Gaſpar Barreiros, & Academiæ Regiæ à Fideliſſimo Rege Joanne V. inſtitutæ eruditiſſimi Socii. Ex extraneis Rodericus Ximenes Archiepiſcopus Toletanus, Franciſcus Tarapha Canonicus Barcinocenſis, Lucius Marinæus Siculus, eruditus Joannes Vaſæus Burgenſis, qui in Luſitania in familia Eminentiſſimi D. Cardinalis D. Henrici Portugaliæ Regis olimque Eborenſis Archiepiſcopi vixit, & clientelam geſſit; Ambroſius Morales, Joannes Marianna, D. Nicolaus Antonius, Herrera, Colmenar, de la Clede, Le Quien de la Neufville, & alii, qui omnium paſſim teruntur manibus: & licet in aliquibus quædam adhuc critices virga cenſenda ſint, quodammodo indulgendum eſt, cum eo tempore ſua edidiſſent opera, quod ferreo ſtilo politum erat.

## PSEUDOCHRONICORUM CATALOGUS.

*Athanaſius Cæſarauguſtanus.*
*Mons Sanctus Granatæ.*
*Caledonius Bracarenſis.*
*Gregorius Bæticus.*
*Lucius Flavius Dexter.*
*Marcus Maximus, ejuſque Continuator.*
*Luitprandus Diaconus Ticinenſis.*
*Hausbertus Hiſpalenſis Monachus Dumienſis.*
*Liberatus Monachus Gerundenſis.*
*Aulus Halo.*
*Petrus Seguimus.*
*Heleca.*
*Julianus Peres Archipresbyter Toletatus.*



Digitized by Google

Falſis etiam, & confictis decet adſcribi Epiſtolam Hugonis Epiſcopi Portugalenſis ad Mauricium Bracarenſem ArchiPræſulem, quam Bivar in Apologia Flavii Dextri adeſſe ait in Bibliotheca Regii Monaſterii S. Crucis Colimbrienſis Canonicorum Regularium in codice pervetuſto characteribus Gothicis exarato in membrana chronicon San-Pyri continente: Fortaſſe aliquando ibi ſervaretur; aſt poſt accuratius examen, & tot monumentorum veterum excuſſum pulverem, nullum hujus ſuppellectilis, nec pluris faciendæ, in Monaſterio noſtro extat veſtigium, aut memoria: vere fateor quamplurima antiquitatum monumenta ſubita aquarum inundatione hujus Regii Monaſterii chartophilacium præterfluente lacrymandam jacturam ſubiiſſe; aſt hæc Higueræ figmenta ſapiunt.

Digitized by Google

# HISTORIA ECCLESIÆ LUSITANÆ

## SÆCULI I.

### CAP. I.

*Quando Euangelium in Lusitania promulgatum fuit.*

IN historia Alphonsi X. Castellæ Regis fertur qua nocte de Beatissima Virgine Christus Dominus natus est, universæ Hispaniæ adeo effulsisse nubem candidissimam, tanti fulgoris, tantæ claritatis, & caloris, ut instar Solis fuerit meridiani: hanc veluti signum enuntiasse conjectarunt aliqui Hispaniam inter ceteras orbis plagas primam Christi vexillum susceptura. Infidelibus quidem, ac gentibus data sunt signa, ait Gregorius Magnus: verum illa nocte, quæ universo orbi facta est illuminatio in deliciis gentium, mirum non est Hispaniam cum aliis regionibus splenduisse. Sane inter reliquas mundi partes, quæ post abrogatam, mortuamque legem veterem per Christum in crucis ara Deo Patri reconciliationis hostiam oblatum, Domino mancipatæ sunt, Hispania præcipua est, ad quam Apostolorum sonus exivit.

*Part. cap. 107.*

*Homil. 10. in Euang.*

Tiberio Cæsare imperante, Jacobus filius Zebedæi, ac frater Joannis Hispaniam venit; Euangelium prædicavit, & in tota provincia novem tantum discipulos adquisiviisse traditur; licet plures alios ad fidem converteret, quos discipulis suis non adscripsit, ut refert Breviarium

Digitized by Google

Bracarense ad diem 26 Aprilis in festo S. Petri Martyris primi illius Sedis Episcopi. Auctoritate sua id firmat S. Isidorus Hispalensis Episcopus in libro de vita; & obitu Sanctorum: perperam Natales Alexander hunc librum Isidoro abjudicat, & veluti infirmissimum fundamentum Hispanis opponit: sed Natales ipse oblitus est, quod fatetur ad sæculum sextum de S. Izidoro Hispalensi; vel dum dissertationem decimam quintam sæculi primi efficiebat, nondum invenerat, quod ad sæculum sextum de Isidoro foret dicturus: ibi ait Natales: *Ex teste Braulio Cæsaraugustano S. Isidorum scripsisse librum de ortu, & obitu Patrum, in quo gesta eorum, dignitatem quoque, & mortem eorum, atque sepulturam sententiali brevitate subnotavit.* Isidori genuinum fœtum judicat cum aliis Cardinalis de Aguirre. In codice manuscripto perantiquo Etymologiarum S. Isidori à sexcentis prope annis, qui in Regii Monasterii S. Crucis Bibliotheca asservatur, inter Etymologias juxta S. Jacobi etymon ipsius acta sic leguntur pag. 14. *Jacobus Apostolus filius Zebedæi post ascensionem Domini dum per Judæam, & Samariam prædicaret, in Hispaniam tandem ivit, ut ibi verbum Domini seminaret, sed dum ibi nihil perficere se videt, & solummodo novem discipulos adquisivisse, duos ex illis causa prædicandi ibidem reliquit, & alios septem secum assumens iterum in Judæam rediit.* De hujus codicis, & actorum sinceritate, nec Tillemontius, nec Natales Alexander dubitarent, si scirent etiam quanta diligentia, cura, & sollicitudine Canonici nostri Regulares à prædicti Monasterii exordio undique meliores codices collegerint, & custodierint; quam pretiosam suppellectilem nobis reliquerunt, & veneratione maxima asservamus: digni propterea, qui Cassiodoro ex Senatore Monacho facto similentur in priscis, ac emendatis codicibus ad sacræ Scripturæ lectionem impense deligendis.

*Cap. 4. art. 4.*

*Dissert. 5. sæculi 1.*

*Dissert. 9. tom. 1*

Inter Hispaniarum populos dissidium est quodnam solum à Jacobo fuerit conculcatum: Lusitani nostri inter

Digitized by Google

ſuos in Interamnenſi provincia ſuſcepiſſe gloriantur. In quodam codice antiquo manuſcripto Monaſterii Eccleſiolæ inveni ab antiquis creditum Jacobum ad Gayæ littora perveniſſe, hinc ad terræ Interamnis flexum acceſſiſſe. Adcolæ Araducæ ex vetuſtis referunt monumentis, ibi templum extitiſſe Cereri à gentilibus conſecratum, quod S. Jacobus evertit, & poſtea in loco aram extruxit, ubi Sanctiſſimæ Deiparæ imaginem collocavit, quam ipſi vocant *de Oliveira*, confirmantque inſcriptione quadam lapidea anno 1559 inventa in ejuſdem templi turri, è cujus pariete inſcriptus lapis temporum viciſſitudine ſeparabatur, ac conſpicuus his verbis jamjam in lapſum imminebat : *In hoc ſimulacro Cereris collocavit Jacobus filius Zebedæi germanus Joannis imaginem S. Mariæ III. S. J. S. X.* Tillemontius huic inſcriptioni facile non crederet, cum dicat Hiſpaniæ inſcriptis lapidibus maxima ſuſpicione, & nimis caute confidendum : non facile noſtris, quos veraces Auctores indicant, credat ille, difficillime etiam noſtri Galliarum monumentis, quæ fidei Atticæ Scriptores non adduxerint, aſſentient. Ut magis hujuſmodi punctum innoteſcat, antequam de ceteris Sanctiſſimis viris, qui per Hiſpaniam Fidem enuntiarunt, agam, Diſſertationem ſingularem libratis Adverſantium argumentis, & ſolutis, de S. Jacobi expeditione Hiſpanica conficio : nec totus veri convincere, aut ſuadere intendo ; ſed non adeo momentoſa eſſe argumenta, quibus Galli, aliive nimie credunt adventum iſtum negaturi.

## DISSERTATIO.

### *D. Jacobus venit in Hiſpaniam.*

S. Jacobum Hiſpaniam peragraſſe ea eſt Hiſpanorum traditio, ut Thomaz Stapeletonus certam vocet : Cardinalis de Aguirre dicat immemorialem : & Cajetanus Cenni ſcribat ratum, & firmum eſſe debere, quod prædicatio S. Jacobi in Hiſpaniis firmo, ac ſtabili hoc fun-

*Lib. 1. de Magnit. Roman. Eccleſ. cap. 3.*

*Tom. 1. Conc. Hiſp. diſſert. 9.*

Digitized by Google

damento traditionis innititur, non autem levi ſuppoſitorum operum auctoritate. In hac veluti pacifica poſſeſſione perſtabat donec Garcias Loaiſa Cannonicus Toletanus, & poſtea ejuſdem Sedis Archiepiſcopus anno 1593 cum ederet Concilia Hiſpaniæ, diſſertationem quoque ſcripſit de Primatu Eccleſiæ Toletanæ, in cujus defenſionem adfert concertationem habitam in Concilio Lateranenſi ſub Innocentio III. inter Archiepiſcopum Toletanum, & Compoſtellanum, Bracharenſem, & Tarraconenſem circa primatum Eccleſiarum Hiſpaniæ, ubi inter concertandum à Toletano Præſule in dubium evotatus fuit S. Jacobi in Hiſpaniam adventus. A Loaiſa edita concertatione adeo Cardinalis Baronius opprimebatur, ut ſententiam in Martyrologii notis de Hiſpanica S. Jacobi profectione mutare jam jam videretur; diligentiamque adhibuit, ut Clemens VIII. Pontifex Maximus in Breviarii Romani emendatione prædicationem S. Jacobi apud Hiſpanos, quæ abſolute ſub Pio V. in Breviario aſſerebatur, in eodem ita mutaret, ut ſola traditio Eccleſiæ Hiſpanicæ haberetur.

*Tom. 1. cap. 2. pag. 37.* Verum conturbati animi Hiſpanienſes Urbanum VIII. adierunt, coram Sacrorum Rituum congregatione ſuæ Eccleſiæ perantiquam cauſam protulere, utrinque cauſæ perpenſis rationibus, judicio quidem, ut dicunt contradictorio præcedente, tandem Urbanus VIII. Hiſpanis favit, & conſenſit. Quæ olim ſub Pio V. abſolute aſſerebatur, prædicationem denuo in Breviario abſolute affirmari juſſit, ſicut in lectionibus feſti S. Jacobi nunc recitare conſueſcimus: rationes etiam jam perpendam. S. Hieronymus de Apoſtolorum diviſione ait: *ſpiritum dediſſe eis ſortem, ut alius ad Indos, alius ad Hiſpanias, alius ad Illiricum, alius ad Græciam pergeret*: quibus verbis Jacobum quidem non nominat, ſed cum diſtinguat eum, qui in Hiſpaniam venit, ab eo qui Illiricum penetravit, ſcilicet à S. Paulo, vel Andrea, alium non judicaſſe videtur niſi Jacobum: addendumque adhuc eſt Maximum Doctorem in citato capite Domini verba reſpicere poſt reſurrectionem diſcipu-

*In cap. 34. Eſaiæ.*

Digitized by Google

los adloquentis, in universumque mundū mittentis omnes gentes edocturos, quo tempore Paulus nondum inter Apostolos numerabatur, sed Sinagogæ decreta adhuc exacte adimplebat. Affirmat etiam S. Isidorus Hispalensis supracitatus in codice manuscripto.

Breviarium Toletanum à S. Isidoro recognitum, meliori forma emendatum, & hac de causa ipsi attributum habet sacrum hymnum.

*Magni deinde Filii Tonitrui*
*Adepti fulgent, prece Matris inclitæ:*
*Utrique vitæ culminis insignia:*
*Regens Joannes dextera solus Asiam,*
*Et læva Frater positus Hispaniam.*

Tillemontius hunc hymnum appellat barbarum, tanquam si barbaries sola traditionem, ac narratum everteret: quot latininatis barbaries etiam apud Cyprianum, Cassiodorum, Petrum Chrisologum, Fulgentium, & alios passim inveniuntur? barbaro verbo *sportulo* utitur Cyprianus, *repagino* Chrisologus, *simpulator* Fulgentius, *ruraliter* Cassiodorus; alios omitto, quos tamen Ecclesiæ traditionem firmare certum est. Nec quænam sit hymni barbaries, verborum ne, an phrasis, metrive ostendit: nec facile sententiæ ostenderet, si ad ipsum Euangelium adtenderet in cap. 20. Math. & cap. 3. Marci, cujus sensus quodammodo ad illud metrum reducitur, ac exponitur. Nec metri leges neglectæ in causa sunt ut Isidoro viro docto abjudicetur hymnus. Abjudicandi ne erunt Ambrosio, Hilario, & aliis hymni, quos Urbanus VIII. Poeseos peritissimus in correctione Breviarii Romani emendavit, ac perpolivit? sicut ipse in Bulla *Divinam Psalmodiam* ait: *Hymni, paucis exceptis, qui non metro, sed soluta oratione, aut etiam rhythmo constant, vel emendatioribus codicibus adhibitis, vel aliqua facta mutatione ad carminis, & latinitatis leges, ubi fieri potuit, revocati, ubi vero non potuit, de integro conditi sunt.*

Natales Alexander respondet officium illud, in quo

rum perfectio; quid ad eam desit. Nunc tamen ceteris omissis, quæ tantum pertinent ad Lusitaniæ historiam pertractandam, in eaque veritatem internoscendam regulas quasdam expendam.

*Lib. 11 de locis Theolog. cap. 6.* Melchior Canus tres docuit regulas, quibus ex Auctoribus, atque Historicis rei alicujus veritatem consequamur. 1. si facta aliqua narrentur à Scriptoribus probitate, atque integritate insignibus, ut liqueat alios fallere noluisse. 2. anteferendos eos Historicos reliquis, qui præter acre ingenium, prudentia quoque pollent ad eligendum, & judicandum. 3. præ ceteris plurimi faciendam Historici auctoritatem, cui multum catholica Ecclesia defert. Alios canones alii statuunt præsertim Auctor libelli Parisiis editi anno 1601 de usu Historiæ: celeberrimos tantum à Criticis adlatos dicam; & 1. qui specialissime inculcatur de auctoritate scriptorum æqualium, & coævorum. Fleury, Dupinius, & alii tantum deferunt horum scriptorum auctoritati; ut nolint pro vero haberi factum antiquum, quod coævi Scriptoris, sive antiquissimi testimonium non habeat; contra vero, quod eorum auctoritate gaudet credi volunt.

Verum universim id certum non est, & plura exem-
*Orat. 21.* pla congeri possunt. 1. S. Gregorii Nanzianzeni, quem Scriptor æqualis Hieronymus, idemque eruditissimus in catalogo de Scriptoribus Ecclesiasticis testatur Nanzianzenum Episcopum, cum tamen id falso ab eruditis aliis judicetur: 2. mortem Constantii sancte peractam orat. 21. Gregorius Nanzianzenus narrat, atque id falsum nunc judicatur. Certum etiam non est verum non esse existimandum omne quod ab æqualibus, vel supparibus Auctoribus tacetur; aliter operam perdidisset Josephus Hebræus in describenda priorum mundi ætatum historia; item Julius Africanus, Paulus Orosius, Eusebius Cæsariensis, Marcellinus Comes, Cassiodorus, & Nicephorus, qui de rebus factisque ab eorum memoria longe remotis scripserunt. Etiam in suspicionem adducerentur omnia, quæ

in medium adtulerunt tum antiqui tum recentiores Hiſtorici de veteris teſtamenti rebus in ſacris Bibliis non enarratis: corrueret Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ maxima pars; everteretur Patrum auctoritas. Scriptores quoque ſuppares, & æquales nonnumquam in rebus ætatis ſuæ enarrandis graviter errant.

Igitur verum eſt quod æquales Scriptores narrant, ſi plures hujuſmodi Scriptores ſint; ſic tamen ut unus ab alio rem deſcripſiſſe non videatur, vel maximæ ſint auctoritatis: ſi res quas narrant publicæ fuerint, ut non potuerint ignorare, vel ſi iis in locis extitere ubi res obvenerant. Hæc eo pertinent, ut appareat Scriptores noviſſe rem, quam narrant: quam multa etiam nunc quoque accidunt, quæ nos hoc tempore viventes ignoramus. Alia ſunt, quæ eo ſpectant, ut Auctorum fidem probemus, atque illos non fallere certo cognoſcamus. Itaque neceſſe eſt videamus an probi ſint, an ſi alienæ religionis, vel ſectæ de rebus non ſcribant, quæ fulciant eorum errores.

Ut recentiorum Scriptorum teſtimonium admittatur in rebus antiquiſſimis, requiritur ut ii ob oculos habuerint, quid ſequerentur, ſive vetuſtiorum Auctorum, ſive antiquorum monumentorum, quæ extarent; ut vetus ſit fama, ac traditio ex qua Scriptor ſua hauſerit: horum indicia ſunt cum Scriptores ejuſdem ævi, ac regionis de iiſdem rebus ſcribentes vel id aperte affirmant, vel negant. Non creduntur cum res quas narrant male cum aliis conciliantur, quæ referuntur ab Auctoribus certioris fidei, vel alienæ ſunt ab ætatis illius moribus, ſive diſciplina: fides vero adhibenda eſt Scriptori ſi in eam rem diligentius incubuerit, in exteras regiones peregrinatus ſit exploraturus, omnia ſolerter conquiſierit, & ceteroqui acri judicio præditus ſit.

Nunc ad diſcernenda opera genuina à ſpuriis, vel dubiis tria appono, quæ Sixtus Senenſis refert, tempus, dogmata, ſive res, ac ſtilum. Quoad tempus huc revocatur manuſcriptorum codicum Auctoritas, atque antiqui-

Digitized by Google

tas : si enim antiquiores cum recentioribus conferantur, videri potest, quid additum, aut interpolatum sit. Joannes Clericus hanc regulam statuit: *supposititii libri indicium est, si in veteribus codicibus, alii tribuatur, cum nulla ratio est cur ejus habeatur, cujus nomen in editionibus præfert. Interpolati vero si sint in veteribus codicibus sine additamento.* Verum hæc regula caute accipienda est: sæpe antiquissimi codices cum nomen Auctoris non præferrent, vel quod satis illud esset pervulgatum, vel quod tempora ita ferebant, ut Auctor nomen suum occultatum vellet, recentiores scriptores pro libito nomen Auctoris affixerunt. Accidit etiam aliquando, ut constanter nomen Auctoris alicujus manuscripti codices servent ; & tamen opus illud eidem possit abjudicari.

Ut ex tempore genuina scripta à suppositiis discernantur, adtendere necesse erit ad nomina propria Regum, Principum, Episcoporum, quorum mentio aliquando fit ab Auctoribus. Si commemoretur, qui post Scriptorem cui opus adscribitur, vixerit, certo colligitur eidem falso adscribi. Item si loca, aut testimonia aliorum Auctorum descripta appareant, vel imitatione expressa, qui postea floruerunt. Hac regula Sixtus Senensis plura abjudicavit Ambrosio, Hieronymo, Eusebio, in quibus leguntur fragmenta, & integræ paginæ ex Gregorii Magni Moralibus excerptæ: etiam adtendendæ sunt res gestæ, vel ritus, vel disciplina, quæ postea invaluit. Hac de causa abjudicantur quoque Epistolæ Anteri, Lucii, & aliorum Pontificum Romanorum ad Hispaniarum nostrarum Episcopos : nec non quorundam Conciliorum decreta, quæ ante Eliberitanum finguntur celebrata.

Quantum ad secundam regulam, nempe Dogma; ex illo ut adulterina opera à genuinis discriminentur, videndum an res, quas Scriptor tractat: controversiæque, quas agitat, conveniant temporibus quibus Auctor vixit, cui liber tribuitur, an dogmata legantur contraria iis, quæ Auctor constanter defendit, an doctrinæ, & prudentiæ

Digitized by Google

Scriptoris non conveniant fabulosæ, ac futiles res, & imperite dicta, quæ libro continentur. Itaque regulam criticæ, quam Clericus adfert non aspernabor: *liber indoctus, aut imperitia refertus non potest ulla ex parte, aut saltem totus viro docto tribui, nec fabulis scatens viro non inepto.* Hac dogmatis regula, & aliis jam dictis Flavio Dextro viro insigni, quem D. Hieronymus in catalogo Scriptorum Ecclesiasticorum laudat, indigna censentur chronica, quæ ejus nomine ab Higuera de rebus Hispaniæ circunferuntur. Eidem legi corrigenda subjiciuntur conficta chronica Maximi, Luitprandi, Juliani, Hausberti, aliorumque hujusmodi, qui passim audiuntur. p. 3. Crit. cap. 5.

Quantum ad tertiam regulam circa stilum dico: ex illo quoque juxta criticen genuina opera à falsis separantur: & si cuivis impostori promptum sit Auctorum patriam, genus, temporaque mentiri, ac dogmata sequi; nihil tamen difficilius est, quam alterius stilum imitari; quemlibet enim operose id affecter impostor, numquam faciet, ut similitudo nulla appareat. Stilus vocatur non illa exterior sermonis superficies, sed orationis character, dictionis contextus, scripturæ continuitas, elocutionis forma, figura loquendi, dispositionis artificium, tractationis methodus, quæ quisque dissertus Auctor sibi propria possidet, ut raro, aut numquam alteri conveniant: de quo nisi admodum peritus judicare potest, eumque internoscere. Itaque quanvis hæc nota sit certissima, adhiberi tamen eam solum recte possunt in scriptis diu, multumque exercitati. Etenim non ita est facile stili diversitatem, qualem hic requirimus, & quæ diversos Auctores arguit, ab ea diversitate secernere, quam Scriptori eidem, vel annorum maturitas fert, vel argumenti diversitas, vel temporis ratio, atque animi inæqualitas.

His pro historiæ rebus internoscendis jactis regulis ad Lusitanam, de qua ago, accedendum est. Pauca priorum sæculorum Auctorum, qui id temporis res gestas per Lusitaniam scripserunt, scripta ad nos usque pervenerunt;

Digitized by Google

sed provinciarum perantiqua, & majoribus accepta traditio, quæ maximum fidei est argumentum, in causa est, cur recentiores Scriptores pertractarent, ac assererent plurima, quin à vero deflecterent; aliis quoque à lapideis monumentis forte asservatis emendicatis, aut ab extraneis Auctoribus, qui eadem antiquitus scriptis demandaverant. Plurima quidem essent antiquitatum scripta monumenta, quæ in Lusitaniæ vetustis chartophilaciis custodirentur, sed Saraceni Hispaniam ferro, flammaque depopulantes, ea aut igni tradidere, aut obrutorum ædificiorum ageribus sepelierunt. Propter veterum Auctorum silentium quidem jam posterioribus sæculis quamplurima commenta circa universam Hispaniam confinxerunt, & libros fabulis refertos sparserunt in vulgus, quibus multi delectati in palmares universæ Hispaniæ errores delapsi sunt, & ut auctoritatem, famam, fidemque apud omnes adquirerent, nomina aliorum virorum, quibus olim fides adhibebatur, suppoſuere.

Inter tot figmentis plenos, ac scatentes libros omnium eruditorum consensu numerantur chronicon Flavii Dextri, cui Bivar sua addidit commentaria, Pseudo Julianus, Pseudo Athanasius, Caledonius, Maximus, Hausbertus, & Liberatus Monachus, Luitprandus Ticinensis Diaconus, quos, & alios Regia Lusitaniæ Academia merito jam spuriis adjudicavit, & inter non facile credendos recensuit; Academiæ tamen præluxerunt alii non minus eruditi, qui critices libratis rationibus dissertationes suas texuere tot figmenta simplicium animos commoventia publice ostensuri, Clarissimi scilicet, Herrera, Marchio de Mondexar, & Eminentissimus de Aguirre. Si à Lusitanorum historiographorum manibus, oculisque ablegarentur hujusce furfuris scripta vera multa non assererentur, quæ ex positis critices regulis instructi statim in primo limine falsa demonstrabunt. Istis quidem spuriis Auctoribus quidam seducti sunt; alii tamen spuria à genuinis, & auctographis secernentes meliorem semitam adierunt. Igitur

ex

Digitized by Google

ex noſtris, qui poſterioribus ſæculis Luſitaniæ antiquitates explorarunt, ſunt Andreas Reſendius, Fr. Bernardus de Brito, ac Fr. Antonius Brandam, uterque Ciſtercienſes Monachi; Damianus de Goes, Jacobus Menætius, Eduardus Nonius, Barros, Gaſpar Eſtatius, Rodericus da Cunha Archiepiſcopus Olyſiponenſis, Cardozo, Antonius de Vaſconcellos, Emmanuel Severim de Faria, Gaſpar Barreiros, & Academiæ Regiæ à Fideliſſimo Rege Joanne V. inſtitutæ eruditiſſimi Socii. Ex extraneis Rodericus Ximenes Archiepiſcopus Toletanus, Franciſcus Tarapha Canonicus Barcinocenſis, Lucius Marinæus Siculus, eruditus Joannes Vaſæus Burgenſis, qui in Luſitania in familia Eminentiſſimi D. Cardinalis D. Henrici Portugaliæ Regis olimque Eborenſis Archiepiſcopi vixit, & clientelam geſſit; Ambroſius Morales, Joannes Marianna, D. Nicolaus Antonius, Herrera, Colmenar, de la Clede, Le'Quien de la Neufville, & alii, qui omnium paſſim teruntur manibus: & licet in aliquibus quædam adhuc critices virga cenſenda ſint, quodammodo indulgendum eſt, cum eo tempore ſua edidiſſent opera, quod ferreo ſtilo politum erat.

## PSEUDOCHRONICORUM CATALOGUS.

*Athanaſius Cæſarauguſtanus.*
*Mons Sanctus Granatæ.*
*Caledonius Bracarenſis.*
*Gregorius Bæticus.*
*Lucius Flavius Dexter.*
*Marcus Maximus, ejuſque Continuator.*
*Luitprandus Diaconus Ticinenſis.*
*Hausbertus Hiſpalenſis Monachus Dumienſis.*
*Liberatus Monachus Gerundenſis.*
*Aulus Halo.*
*Petrus Seguimus.*
*Heleca.*
*Julianus Peres Archipresbyter Toletatus.*



Digitized by Google

Falſis etiam, & confictis decet adſcribi Epiſtolam Hugonis Epiſcopi Portugalenſis ad Mauricium Bracarenſem ArchiPræſulem, quam Bivar in Apologia Flavii Dextri adeſſe ait in Bibliotheca Regii Monaſterii S. Crucis Colimbrienſis Canonicorum Regularium in codice pervetuſto characteribus Gothicis exarato in membrana chronicon San-Pyri continente: Fortaſſe aliquando ibi ſervaretur; aſt poſt accuratius examen, & tot monumentorum veterum excuſſum pulverem, nullum hujus ſuppellectilis, nec pluris faciendæ, in Monaſterio noſtro extat veſtigium, aut memoria: vere fateor quamplurima antiquitatum monumenta ſubita aquarum inundatione hujus Regii Monaſterii chartophilacium præterfluente lacrymandam jacturam ſubiiſſe; aſt hæc Higueræ figmenta ſapiunt.

Digitized by Google

# HISTORIA ECCLESIÆ LUSITANÆ SÆCULI I.

## CAP. I.

### *Quando Euangelium in Luſitania promulgatum fuit.*

IN hiſtoria Alphonſi X. Caſtellæ Regis fertur qua nocte de Beatiſſima Virgine Chriſtus Dominus natus eſt, univerſæ Hiſpaniæ adeo effulſiſſe nubem candidiſſimam, tanti fulgoris, tantæ claritatis, & caloris, ut inſtar Solis fuerit meridiani: hanc veluti ſignum enuntiaſſe conjectarunt aliqui Hiſpaniam inter ceteras orbis plagas primam Chriſti vexillum ſuſcepturam. Infidelibus quidem, ac gentibus data ſunt ſigna, ait Gregorius Magnus: verum illa nocte, quæ univerſo orbi facta eſt illuminatio in deliciis gentium, mirum non eſt Hiſpaniam cum aliis regionibus ſplenduiſſe. Sane inter reliquas mundi partes, quæ poſt abrogatam, mortuamque legem veterem per Chriſtum in crucis ara Deo Patri reconciliationis hoſtiam oblatum, Domino mancipatæ ſunt, Hiſpania præcipua eſt, ad quam Apoſtolorum ſonus exivit.

*Part. cap. 107.*

*Homil. 10. in Euang.*

Tiberio Cæſare imperante, Jacobus filius Zebedæi, ac frater Joannis Hiſpaniam venit; Euangelium prædicavit, & in tota provincia novem tantum diſcipulos adquiſiviſſe traditur; licet plures alios ad fidem converteret, quos diſcipulis ſuis non adſcripſit, ut refert Breviarium

Digitized by Google

Bracarense ad diem 26 Aprilis in festo S. Petri Martyris primi illius Sedis Episcopi. Auctoritate sua id firmat S. Isidorus Hispalensis Episcopus in libro de vita; & obitu Sanctorum: perperam Natales Alexander hunc librum Isidoro abjudicat, & veluti infirmissimum fundamentum Hispanis opponit: sed Natales ipse oblitus est, quod fatetur ad sæculum sextum de S. Izidoro Hispalensi; vel dum dissertationem decimam quintam sæculi primi efficiebat, nondum invenerat, quod ad sæculum sextum de Isidoro foret dicturus: ibi ait Natales: *Ex teste Braulio Cæsaraugustano S. Isidorum scripsisse librum de ortu, & obitu Patrum, in quo gesta eorum, dignitatem quoque, & mortem eorum, atque sepulturam sententiali brevitate subnotavit.* Isidori genuinum fœtum judicat cum aliis Cardinalis de Aguirre. In codice manuscripto perantiquo Etymologiarum S. Isidori à sexcentis prope annis, qui in Regii Monasterii S. Crucis Bibliotheca asservatur, inter Etymologias juxta S. Jacobi etymon ipsius acta sic leguntur pag. 14. *Jacobus Apostolus filius Zebedæi post ascensionem Domini dum per Judæam, & Samariam prædicaret, in Hispaniam tandem ivit, ut ibi verbum Domini seminaret, sed dum ibi nihil perficere se videt, & solummodo novem discipulos adquisivisse, duos ex illis causa prædicandi ibidem reliquit, & alios septem secum assumens iterum in Judæam rediit.* De hujus codicis, & actorum sinceritate, nec Tillemontius, nec Natales Alexander dubitarent, si scirent etiam quanta diligentia, cura, & sollicitudine Canonici nostri Regulares à prædicti Monasterii exordio undique meliores codices collegerint, & custodierint; quam pretiosam suppellectilem nobis reliquerunt, & veneratione maxima asservamus: digni propterea, qui Cassiodoro ex Senatore Monacho facto similentur in priscis, ac emendatis codicibus ad sacræ Scripturæ lectionem impense deligendis.

*Cap. 4. art. 4.*

*Dissert. 5. sæculi 1.*

*Dissert. 9. tom. 1*

Inter Hispaniarum populos dissidium est quodnam solum à Jacobo fuerit conculcatum: Lusitani nostri inter

Digitized by Google

ſuos in Interammenſi provincia ſuſcepiſſe gloriantur. In quodam codice antiquo manuſcripto Monaſterii Eccleſiolæ inveni ab antiquis creditum Jacobum ad Gayæ littora perveniſſe, hinc ad terræ Interamnis flexum acceſſiſſe. Adcolæ Araducæ ex vetuſtis referunt monumentis, ibi templum extitiſſe Cereri à gentilibus conſecratum, quod S. Jacobus evertit, & poſtea in loco aram extruxit, ubi Sanctiſſimæ Deiparæ imaginem collocavit, quam ipſi vocant *de Oliveira*, confirmantque inſcriptione quadam lapidea anno 1559 inventa in ejuſdem templi turri, è cujus pariete inſcriptus lapis temporum viciſſitudine ſeparabatur, ac conſpicuus his verbis jamjam in lapſum imminebat: *In hoc ſimulacro Cereris collocavit Jacobus filius Zebedæi germanus Joannis imaginem S. Mariæ III. S. J. S. X.* Tillemontius huic inſcriptioni facile non crederet, cum dicat Hiſpaniæ inſcriptis lapidibus maxima ſuſpicione, & nimis caute confidendum: non facile noſtris, quos veraces Auctores indicant, credat ille, difficillime etiam noſtri Galliarum monumentis, quæ fidei Atticæ Scriptores non adduxerint, aſſentient. Ut magis hujuſmodi punctum innoteſcat, antequam de ceteris Sanctiſſimis viris, qui per Hiſpaniam Fidem enuntiarunt, agam, Diſſertationem ſingularem libratis Adverſantium argumentis, & ſolutis, de S. Jacobi expeditione Hiſpanica conficio: nec totus veri convincere, aut ſuadere intendo; ſed non adeo momentoſa eſſe argumenta, quibus Galli, aliive nimie credunt adventum iſtum negaturi.

## DISSERTATIO.

### *D. Jacobus venit in Hiſpaniam.*

S. Jacobum Hiſpaniam peragraſſe ea eſt Hiſpanorum traditio, ut Thomaz Stapeletonus certam vocet: Cardinalis de Aguirre dicat immemorialem: & Cajetanus Cenni ſcribat ratum, & firmum eſſe debere, quod prædicatio S. Jacobi in Hiſpaniis firmo, ac ſtabili hoc fun-

*Lib. 1. de Magnit. Roman. Eccleſ. cap. 3.*

*Tom. 1. Conc. Hiſp. diſſert. 9.*

Digitized by Google

in templo, cujus signa in petra inscripta postmodum apparuere.

DIS MAR. SACR. NAUTÆ ET REMIG. OCEAN. :::: NUSIN. TEMP. THET. :::: OBTULERUNT PRO TUENDIS : : : : : :
E. V. D. D.

In Beirensi Provincia apud oppidum *de Coja* in ædibus Episcopi Colimbriensis inscriptus est lapis, quem D. Georgius de Almeida Colimbriensis Episcopus ex antiquissimo ædificio oppidi *de Bobadela* asportari fecit

PIETATI SACRUM
JULIA MODESTA EX PATRIMONIO SUO
IN HONOREM GENTIS : SEX. APONI.
SCAEVI FLACCI MARITI SUI FLAMINIS
PROVINC. LUSIT. ET IN HONOREM
GENTIS JULIORUM PARENTUM SUORUM

In Provincia Interamni apud Bracaram Augustam Isis populorum erat venerationi, ejus ara adolebat, & hujus cultus maximus erat; de quo est iste titulus unde pariter nobis innotescit Sacerdotem fœminam ibi sedem collocasse.

ISIDI. AUG. SACRUM. LUCRETIA. FIDA
SACERDOS. PERP. ROMÆ ET AUG. CONVENTUS. BRACARA AUG.
V. D.

Innumera propemodum Græcanicæ, Carthaginensis, ac Romanæ religionis à nostris veteribus Lusitanis observatæ monumenta adducerem, si frequenter ea ob oculos, manusque versari non possent inter legendum eruditissimum Resendium, & alios qui de Lusitaniæ antiquitatibus, & summa indagatione, & stilo vere comto in Regni, ac Nationis gloriam libros suos prælo edidere. Hæc satis detegunt, quibus ritibus, ac Sacris Deos suos prosequerentur Lusitani; qui in Romanorum, Strabone teste, ritus penitus transformati erant, ut nec propriæ memoriam

Digitized by Google

linguæ ſervarent amplius, plurimumque Latini facti ſecum adcolas acciperent Romanos.

## CAP. IV.

### *De Era Hiſpanica à Luſitanis obſervata.*

DE rebus Eccleſiæ Luſitanæ acturo nil potius pertractandum ſiſtit, quam Era, quâ Hiſpani omnes non ſolum in Eccleſiaſticis rebus, verum & in profanis ſcripturis temporum rationes ſupputabant, ac eventus deſignabant. Unicuique nationi ſemper in ſingulari fuit conſuetudine res ſuas geſtas poſteriorum memoriæ commendare, earum notantes tempora, ac ſignantes epocha aliqua, quæ præſertim ſuorum majorum, aut ſuarum civitatum inſignia demonſtraret. Hebræi ſuos numerarunt annos à Diluvio Noemi, à linguarum confuſione, ab Abrahæ natali, ab Exitu populi de Ægypto, à Templi conditione, à Captivitate, à Captivitatis ſolutione, à Septuaginta Danielis hebdomadarum initio, à Templi profanatione ab Epiphane, quas epochas Scriptores ſacri ob oculos paſſim habuerunt. Græci ſua tempora menſi ſunt ab Ogygis, Deucalioniſque diluviis, ab Idæ montis deflagratione, à Ganimedis raptu, à Perſei expeditione, ab Ilio condito, ab Argonautarum expeditione, à Trojæ excidio, ab Eraclidarum reditu, ab Jonica migratione, à Licurgi tutela, ab Olimpiadibus, à Nabonaſſare, à Cyri initio, à Xerxis fuga è Græcia poſt pugnam ad Mycalem, à bello Peloponeſiaco, ab Athenis captis, à Lyſandro, à pugna Leuctrica, à pugna ad Cherroneam, à Philippi morte, à periodo Calippica, ab Alexandri Magni morte, ab Era Seleucidarum, & Antiochena. Romani ab urbe condita, à Regifugio, à Roma à Gallis capta, à bello Samnitico, à Pyrrhi bello, à bello primo Punico, à ſecundo, & à tertio, à bello Jugurthino, Mitridatico, ab anno Juliano, ab Actiaca victoria, ab Auguſtorum annis. Arabes celebertima Hegira uſi ſunt ex anno Chriſti 622.

Digitized by Google

quo Mahumetes fugam arripuit, cum propter novum errorem de vita ſubiret periculum, fuga enim Arabibus Hegira dicitur.

Annos vero per Eras diſcernere adeo Hiſpanis peculiare fuit, ut nulla alia Natio hac nota prius uteretur. Scaliger tamen non eo Hiſpanis ſingularem hujuſmodi ſupputandi rationem exiſtimat, ut Afris, imo & Italis, ac Gallis communem eſſe pro comperto habeat: ſuæque diſputationis jactat fundamenta enixus Conciliis Carthaginenſibus, & Galliarum, Leoniſque Pontificis Romani Epiſtolis, quorum omnium tempora ad calcem Eræ nota computantur. Scaliger vero non animadvertit ab Iſidoro Mercatore, ſeu Peccatore, ut quidam legunt, aut potius ab alio Hiſpano Canonum, & Conciliorum Collectore, cum nullus umquam Mercator Iſidorus extiterit, juxta patriæ conſuetudinem Eram eſſe conſcriptam, vel jam ex Hiſpania alias in gentes fuiſſe traductam; quod etiam notavit Petavius.

*Lib. 10 de doct. temp. cap. 70.*

Unde Hiſpanienſes Eræ nomen deducerent, ut annos ſuos diſtinguerent inter eruditos magna contentione, & opinionum diſſenſione certatum eſt. S. Iſidorus Hiſpalenſis Epiſcopus his verbis ſuam affert ſententiam: *Eræ ſingulorum annorum conſtituta eſt à Cæſare Auguſto, quando primum cenſu excogitato Romanum orbem deſcripſit: dicta autem Era ex eo, quod omnis orbis æs reddere profeſſus eſt Reipublicæ.* In Euſebii codice manuſcripto Alcobacienſi ſe reperire teſtatur Vaſæus hujuſmodi dicta: *Hoc tempore edicto Auguſti Cæſaris æs in tributum, & cenſus dari jubetur, ex quo Era collecta eſt.* Quæ in omnibus vulgaribus, ac cuſſis Euſebii codicibus non leguntur. Alii non ab ære, quod univerſus orbis Romano imperio impendit Eræ vocabulum derivant, ſed ab ære, quod Hiſpania in triumphum Domitii Calvini tribuere juſſa eſt, quod tantum fuit, ut indo publicis Romæ operibus inſtaurandis diligentiam adhiberet.

*Lib. 5. Etymol. cap. 30.*

*Cap. 22.*

Alii cenſuere hanc vocem derivandam ab Arabica

Digitized by Google

*Arach*, quæ significat tempus notare, epocham, ac mensem describere; unde latina terminatione Era idem est, ac numerus, vel initium, unde numerantur anni: & quidem ab Hispanis quamplurima Arabum verba in suum idioma translata ipsi confirmant: perperam tamen id conjiciunt; nam Arabes post annum Christi septingentesimum decimum secundum Era Cæsaris 751. regnante ultimo Gothorum Rege Roderico Hispaniam depopulati sunt, ac subejerunt; sed Idacius, qui sæculo 5. floruit in suo chronico Eræ nota utitur: & Concilia antea per ipsam Hispaniam Brachara, Toleto, ac Hispali convocata Era in fine data notabantur, nec Arabes, ex quorum voce *Arach* Eræ vocabulum derivarent, adhuc in patrio solo venerabilium cætuum Patres audierant. *Num.* 15.

Nec desunt, qui ab hero Eræ originem enuntient, veluti à tempore, quo Cæsar Augustus Hispaniarum dominatum susceperat. Tandem Genesius Sepulveda vir ab Erasino laudatus apud Vasæum in Epistola ad Andream Resendium Eræ derivationem ad quoddam literarum compendium adducit, quasi simile illi Hebræorum elementorum arcano, quod ab iis cabala nominatur, aut Hieroglyphicis notis, quæ apud Ægyptios erant in usu sapientiam suam obducturos. Ex compendio scriptionis, ait Genesius, & brevitatis causa initia tantum verborum punctis distincta pro totis verbis in Scripturis notabantur: *A. E. R. A. CÆS.* idest: *Annus erat Augusti Cæsaris*: postea vero tabellionum, aut librariorum temeritate punctis ablatis scribi cœpit *Æra*. Genesii sententia aliquando præ ceteris captabar, cum ex perantiquis inscriptionibus, quæ inveniuntur, mos esset Hispanis initia tantum verborum punctis divisa pro integris dictis describere, in eamque abire jamjam videbar, nisi simplex Eræ significatio, quam apud quosdam veteres Latinos inveni ab illa, ac reliquis supradictis removeret, & nisi in plurimis antiquis monumentis Era sine diphthongo inveniretur, ut notavit Scaliger, & ipsemet inveni in hujus Regii Mo-

naſterii archivo. Igitur Era numeri notam, vel ſupputationem ſignificat. Nonius Marcellus ait: *Era numeri nota*: apud eundem Marcellum Lucilius Poeta vetuſtus: *Hæc eſt ratio perverſa Era numi ſubdita improbe*: præter Marcellum, & Lucilium Rufus Feſtus in Breviario rerum Romanarum habet: *Parco lubens præceptis tuis quippe cui deſit facultas latius eloquendi, ac morem ſequutus calculorum, qui ingentes ſummas Eris brevioribus exprimunt, res geſtas ſignabo, non eloquar.*

*Lib. 1. de propriet. ſerm. lat. pag. 8. Lib. 29.*

Equidem non inficior prædictos Auctores ætate latinitatis aurea, aut argentea non floruiſſe. Marcellus Apulejo poſterior plerumque antiqua ſectatur, delectaturque nimis Accio, Pacuvio, Nævio, & his ſimilibus: Lucilius quanvis à Cicerone laudetur doctus, perurbanus, ac etiam elegantiſſimus, priuſquam latinitas adoleſceret, juveneſceretque, Latinorum ſatyram primus aggreſſus eſt. Rufus Feſtus ætate ænea Romanam hiſtoriam conſcripſit. Sane etiam non inficior Eræ vocabulum apud argenteos, aureoſve Latinos minime reperiri; ſciendum tamen eſt non ſtatim ab Auguſti aureo latinitatis ſæculo, quo Hiſpani epocham Cæſaris ſtatuerunt, ad tempora ſupputanda fuiſſe acceptum, ſed jam inclinante puriori latinitate, & in barbariem quodammodo vergente cum Petavio ſupra citato, & aliis introductum fateor: quod mirandum non eſt ait Horatius

*Lib. 2. de orat. cap. 6. & lib. 3. cap. 43.*

*Lib. de art. poet. v. 70.*

*Multa renaſcentur, quæ jam cecidere, cadentque*
*Quæ nunc ſunt in honore vocabula, ſi volet uſus,*
*Quem penes arbitrium eſt & vis, & norma loquendi.*

Eræ vocabulo diſſerto, quo tempore incepit, nunc inſpiciendum eſt: Vaſæus in Epiſtola ad Andream Reſendium non ab ipſo ſtatim initio Triumviratus principium hujuſce ſupputationis Eræ conſtituit, ſed ab anno, quo partitio orbis Triumviralis denuo facta eſt, qua utraque Hiſpania ulterior, & citerior Octavio Auguſto ceſſit, Oriens Antonio, & Africa Lepido. Id Vaſæo lubentiſſime tribuo, nec diſſentio; licet alia, quæ ipſe addit totus re-

Digitized by Google

nuam. Addit ille partitionem istam factam fuisse post bellum Perusinum quarto Triumviratus anno, qui fuit Hirtio, & Pansa Consulibus, 711 ab urbe condita, 38 ante natum Christum. Si Vasæus Christi nativitatem juxta recentiores Chronologos figeret anno ab urbe condita 749. Consulibus C. Cæsare Augusto 12. & L. Cornelio Sylla; à Consulatu Pansæ, & Hirtii, triginta quidem, & octo annos usque ad Dominum natum compleret; verum cum in toto suo chronico Dionysianam Eram semper ob oculos habuerit, quæ incidit in annum Urbis conditæ 753 Consulibus Cornelio Lentulo, & L. Calpurnio Pisone, non tantum triginta, & octo, verum & quadraginta duo anni necesse est excurrant, nec ante P. Dekerium, qui post Vasæum sæculo decimo septimo floruit, quidam extitit, qui Christi nativitatem quatuor solidis annis Dionysianæ Eræ prævertendam existimavit. Anno, quo Hirtius, & Pansa consulatum agebant, ab urbe condita 711, prima Romani Imperii Triumviralis divisio fuit, qua Lepido Hispania, & Gallia Narbonensis attributa est, Antonio Galliæ Cisalpinæ, & Augusto Africa, Sicilia, & Sardinia. Secunda, qua Cæsar Hispaniam obtinuit, contigit quidem anno quarto post Julium Cæsarem interfectum, ut recte ait Resendius, sed hic annus erat ab urbe condita 714 Consulibus Cn. Domitio Calvino II. & C. Asinio Pollione, & ante Christi vulgare natale quadragesimus: & post bellum quidem Perusinum, ex Appiniano. Quapropter ex Dione lib. 48. cum anno Juliano septimo L. Marcio Censorio, & C. Calvisio Sabino Consulibus Senatus decreto trium virorum acta essent confirmata, inter quæ orbis Romani divisio fuit anno antea proximo Juliano sexto ab Augusto, & Antonio denuo facta, ideo à Kalendis Januarii anni Juliani octavi ab urbe condita septingentesimi decimi sexti, ac ante Domini natale vulgare trigesimi octavi Augusti epocham Hispaniensem iniisse suspicandum est; quippe tunc temporis & Senatus decreto, & nova partitione utraque Hispania Octavio cessit imperanda; & in ejus honorem,

*Epoch. ad Vas.*

*Lib. 5. de bellis civil.*

Digitized by Google

& obsequium supputationem istam introduxerunt.

Id ipsum docet Julianus Episcopus Toletanus: *Era inventa est ante triginta, & octo annos, quam Christus nasceretur.* In libro Erarum, quem Nonæ appellamus, adeo vetustis characteribus inscripto, ut Regii Academici litteras similes jam non invenerint, quibus exemplar eadem, qua erat originale, forma typis ederetur; & qui in Monasterii S. Crucis Chartophilacio asservatur, sic legitur: *Era XXXVIII. natus fuit Dominus noster Jesus Christus.* Idem ostenditur ex quodam Epitaphio Gothorum litteris in lapide inscripto ad sepulcrum quondam D. Roderici Filii Sancii II. Portugaliæ Regis, quod ex sepulcro jam extractum in Monasterii Ecclesiolæ Archivo custoditur; & in codice perantiquo manuscripto ejusdem Monasterii invenitur: ibi legitur Infantem D. Rodericum obiisse Era 1283, cum certum sit ex eodem codice anno Christi 1245. viam universæ carnis fuisse ingressum: detractis igitur 1245 de 1263. supersunt 38 anni ante Beatissimæ Virginis partum: totum Epitaphium transcribo

*Lib. Contr. Judæos in fine.*

*Quem tegit hæc moles, fertur Domnus Rodericus*
*Regalis proles, & dapsilitatis amicus*
*Belliger insignis fuit hic, cunctis, & amandus*
*Laudibus ex dignis, alter fuit hic Rotolandus;*
*Hic numquam mæstus, sed in omni tempore lætus*
*Vitans incestus actu, verboque facetus,*
*Promissor verus fuit, hostibus & severus,*
*Plebs simul, & Clerus fleat hunc, & miles Hiberus,*
*Quamplures subsit armis, ideo mage fulsit,*
*Omnimoda laude dignus fuit hic Rodericus*
*Cunctis pacificus, humilis, probus, & sine fraude,*
*Prima sit undena, bis tertia scripta sequatur,*
*Ex hinc vicena quater, & quater accipiatur,*
*Postoctava datur, ter scribitur Era notatur,*

Scilicet primum apponatur litera undecima Alphabeti *M*, inde bis scribatur ejusdem Alphabeti tertia *C*, postea octo vicibus vigesima *X*, tandem ter adjungatur post octava *I*, en evadet Era MCCXXXXXXXXIII. Sci-

Digitized by Google

Sciendum est Eram Hispanicam, si Christi natale verum juxta Chronologos recentiores inspiciamus, non triginta, & octo annos, sed triginta quatuor illud præcessisse: Hispanis illa Nativitatis Dominicæ epocha, nec nota, nec umquam audita fuit, sicut & ceteris gentibus, quæ per tot sæcula Dionysiana supputatione usæ sunt: quapropter falluntur maxime, qui triginta & octo annos, quos Hispani ante Christum natum numerant, ad Christi natale verum componere intendunt. Errarunt quidem circa veram Christi nativitatem, sicut & universus christianus orbis, donec accuratius inspectis Consulum fastis, sub quibus Christi gesta obvenerant, tempus & Nativitatis, & Passionis Dominicæ designatum est verum.

Cæsaris epocha in utraque Hispania ulteriori, & citeriori temporibus numerandis adeo invaluit, ut inter plurimas, & ex nostrorum Canonicorum Regularium Monasteriorum archivis, ac aliunde adductas vetustissimas scripturas, quas sæpe evolvi, præter unam, nullam aliam ad manus habuerim, quæ Cæsaris Era in fine haud notaretur. Vasæus in Epistola ad Resendium ait adeo invaluisse ut in Aragonia à Rege Petro ejus nominis quarto sublata fuerit anno Domini milesimo tercentesimo quinquagesimo octavo in conventibus Valentiæ celebratis; in Castella vero anno millesimo tercentesimo octogesimo tertio à Joanne Rege, ejus nominis primo in comitiis Segobiæ convocatis: tandem apud Lusitanos à Rege nostro Joanne I. post Ceptam Africæ urbem munitissimam oppugnatam, & armorum vi Saracenis ablatam circiter annum Domini milesimum quadringentesimum decimum quintum.

A Petro III. Aragoniæ, & Joanne I. Castellæ Regibus annis Domini supradictis in utriusque ditionibus Cæsaris epocham ademptam non tantum meminit Vasæus, sed ceteri qui de Aragoniæ, & Castellæ Regibus Chronicon exararunt, rem utpote indubitatam, & in judicium minime revocandam asseruerunt. Sed inter Lusitanos adhuc aliqui dirimendam pronuntiant: à Joanne I. alii cum



Digitized by Google

Vasæo anno à Virginis partu millesimo quadringentesimo decimo quinto; alii anno millesimo quadringentesimo vigesimo secundo Eram potius expunctam censent, & meliori judicio, ac fundamento; nam in lib. 4. Ordinationum Regis Alphonsi V. pag. 62, qui in Archivo Regio Arcis Olysiponensis vulgo *do Tombo* asservatur, ita invenitur *Rex Joannes famosæ, ac excellentis memoriæ legem hanc tulit: Rex præcepit omnibus Tabellionibus, & Scribis suorum Regnorum, ac Dominationum, ut in posterum in omnibus contractibus, ac scripturis apponant annum à nativitate Domini nostri JESU Christi, sicut antea Cæsaris Eram apponere consueverant; idque præcipit sub pœna officiorum privationis. Promulgatum fuit hoc decretum Olysipone à Philippo Alphonso .... die vigesima secunda Augusti anno Domini millesimo quadringentesimo vigesimo secundo.* Id etiam reperitur in vetusto libro Ordinationum à Felicissimo Rege nostro Emmanuele prælo torqueri jusso anno 1514 *Rex Domnus Joannes primus Excellentissimæ recordationis legem tulit, qua omnibus Tabellionibus jussit; ut sub pœna officia amittendi in omnibus scripturis apponerent annum à nativitate Domini nostri JESU Christi sicut antea Eram Cæsaris apponere consueverant. Quæ fuit promulgata Olysipone vigesima secunda die Augusti anno à nativitate Domini nostri JESU Christi millesimo quadringentesimo vigesimo secundo.* Hæc à Lusitano idiomate in latinum fideliter translata.

*Lib. 4. Ordin. Regis Alphonsi V. pag. 62.*

*Lib. 4. Ord. Regis Emman. tt. 51.*

Sunt, qui utramque sententiam mutua dissensione non adversari conantur; quapropter affirmant à Rege Joanne I. anno millesimo quadringentesimo decimo quinto Cæsaris Eram esse expunctam, postea vero anno millesimo quadringentesimo vigesimo secundo legem esse publice editam, ac latam; prout regia ordinatio D. Emmanuelis videtur exprimere. Auderem quidem ab iis quærere quo ritu, modove prius fuit expuncta? Viva Regis voce, an Decreto? Si Decreto creditu non est id per septem annos usque ad vigesimum secundum fuisse dilatum, & tunc Oli-

Digitized by Google

ſipone promulgatum; nec Decreto ſaltem in primaria Civitate, aut Principis curia nondum promulgato, utpote quod nullam legis vim habet, quidquam jure, & decreto ſublatum, aut expunctum judicabitur. Si viva Regis voce ubinam ſunt monumenta? præcipue cum ipſa lex regia ſupradicta expreſſe dicat ante annum milleſimum quadringenteſimum vigeſimum ſecundum notariis eſſe conſuetudinem ſcripturas Cæſaris Era obfirmare. Notandum vero hic eſt unum, aut alterum à communi conſuetudine deflexiſſe, & quandoque in ſcripturis perantiquis, raro tamen Domini Nativitatis annum notatum inveniri; quod fortaſſe inveniens Jepes in Chronico Benedictino Centur. 1. opinatus eſt Eram Cæſaris in Hiſpaniis fuiſſe immutatam anno quingenteſimo quinquageſimo, ex quo ſecundum Dionyſianam Eram Divinum Verbum de Virgine in lucem prodiit factus homo; ego vero unam tantum ſcripturam reperi anno Domini 933 in fine notatam, qua Abbas Bronderigus Moraviæ Monaſterio Canonicorum Regularium donationem quandam firmavit.

## CAP. V.

### *De Arte Critica ad Hiſtoriæ veritatem.*

SI ulla facultas multum recentiorum induſtriæ, ac ingeniis debet hæc profecto eſt, quæ ita crevit eorum laboribus, ut noſtra memoria orta potius quam inſtaurata videatur. Veteres duas ferunt ejus partes, emendationem, & judicium: emendationis erat, quod falſo inſerta in ſcriptorum operibus tollerent, ac corrupta a librariis corrigerent. Judicii fuit ratione quidem univerſi operis, quod ſcripta ſpuria diſcernerent à legitimis; ratione etiam particularium locorum, quod iis, quæ perperam ſcripſiſſent, vitii notam apponerent. Verum Critice non ad Auctores ſolum, ſed ad ipſas quoque facultates, & ſcientias pertinet, ut de iis dijudicet quidnam ſit uniuſcujuſque ingenium, ſive natura, quis finis, quo pertigerit ea-

Digitized by Google

rum perfectio; quid ad eam desit. Nunc tamen ceteris omissis, quæ tantum pertinent ad Lusitaniæ historiam pertractandam, in eaque veritatem internoscendam regulas quasdam expendam.

*Lib. 11 de locis Theolog. cap. 6.*

Melchior Canus tres docuit regulas, quibus ex Auctoribus, atque Historicis rei alicujus veritatem consequamur. 1. si facta aliqua narrentur à Scriptoribus probitate, atque integritate insignibus, ut liqueat alios fallere noluisse. 2. anteferendos eos Historicos reliquis, qui præter acre ingenium, prudentia quoque pollent ad eligendum, & judicandum. 3. præ ceteris plurimi faciendam Historici auctoritatem, cui multum catholica Ecclesia defert. Alios canones alii statuunt præsertim Auctor libelli Parisiis editi anno 1601 de usu Historiæ: celeberrimos tantum à Criticis adlatos dicam; & 1. qui specialissime inculcatur de auctoritate scriptorum æqualium, & coævorum. Fleury, Dupinius, & alii tantum deferunt horum scriptorum auctoritati; ut nolint pro vero haberi factum antiquum, quod coævi Scriptoris, sive antiquissimi testimonium non habeat; contra vero, quod eorum auctoritate gaudet credi volunt.

*Orat. 21.*

Verum universim id certum non est, & plura exempla congeri possunt. 1. S. Gregorii Nanzianzeni, quem Scriptor æqualis Hieronymus, idemque eruditissimus in catalogo de Scriptoribus Ecclesiasticis testatur Nanzianzenum Episcopum, cum tamen id falso ab eruditis aliis judicetur: 2. mortem Constantii sancte peractam orat. 21. Gregorius Nanzianzenus narrat, atque id falsum nunc judicatur. Certum etiam non est verum non esse existimandum omne quod ab æqualibus, vel supparibus Auctoribus tacetur; aliter operam perdidisset Josephus Hebræus in describenda priorum mundi ætatum historia; item Julius Africanus, Paulus Orosius, Eusebius Cæsariensis, Marcellinus Comes, Cassiodorus, & Nicephorus, qui de rebus factisque ab eorum memoria longe remotis scripserunt. Etiam in suspicionem adducerentur omnia, quæ

in medium adtulerunt tum antiqui tum recentiores Hiſtorici de veteris teſtamenti rebus in ſacris Bibliis non enarratis: corrueret Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ maxima pars; everteretur Patrum auctoritas. Scriptores quoque ſuppares, & æquales nonnumquam in rebus ætatis ſuæ enarrandis graviter errant.

Igitur verum eſt quod æquales Scriptores narrant, ſi plures hujuſmodi Scriptores ſint; ſic tamen ut unus ab alio rem deſcripſiſſe non videatur, vel maximæ ſint auctoritatis: ſi res quas narrant publicæ fuerint, ut non potuerint ignorare, vel ſi iis in locis extitere ubi res obvenerant. Hæc eo pertinent, ut appareat Scriptores noviſſe rem, quam narrant: quam multa etiam nunc quoque accidunt, quæ nos hoc tempore viventes ignoramus. Alia ſunt, quæ eo ſpectant, ut Auctorum fidem probemus, atque illos non fallere certo cognoſcamus. Itaque neceſſe eſt videamus an probi ſint, an ſi alienæ religionis, vel ſectæ de rebus non ſcribant, quæ fulciant eorum errores.

Ut recentiorum Scriptorum teſtimonium admittatur in rebus antiquiſſimis, requiritur ut ii ob oculos habuerint, quid ſequerentur, ſive vetuſtiorum Auctorum, ſive antiquorum monumentorum, quæ extarent; ut vetus ſit fama, ac traditio ex qua Scriptor ſua hauſerit: horum indicia ſunt cum Scriptores ejuſdem ævi, ac regionis de iiſdem rebus ſcribentes vel id aperte affirmant, vel negant. Non creduntur cum res quas narrant male cum aliis conciliantur, quæ referuntur ab Auctoribus certioris fidei, vel alienæ ſunt ab ætatis illius moribus, ſive diſciplina: fides vero adhibenda eſt Scriptori ſi in eam rem diligentius incubuerit, in exteras regiones peregrinatus ſit exploraturus, omnia ſolerter conquiſierit, & ceteroqui acri judicio præditus ſit.

Nunc ad diſcernenda opera genuina à ſpuriis, vel dubiis tria appono, quæ Sixtus Senenſis refert, tempus, dogmata, ſive res, ac ſtilum. Quoad tempus huc revocatur manuſcriptorum codicum Auctoritas, atque antiqui-

Digitized by Google

tas : ſi enim antiquiores cum recentioribus conferantur, videri poteſt, quid additum, aut interpolatum ſit. Joannes Clericus hanc regulam ſtatuit: *ſuppoſititii libri indicium eſt, ſi in veteribus codicibus, alii tribuatur, cum nulla ratio eſt cur ejus habeatur, cujus nomen in editionibus præfert. Interpolati vero ſi ſint in veteribus codicibus ſine additamento.* Verum hæc regula caute accipienda eſt: ſæpe antiquiſſimi codices cum nomen Auctoris non præferrent, vel quod ſatis illud eſſet pervulgatum, vel quod tempora ita ferebant, ut Auctor nomen ſuum occultatum vellet, recentiores ſcriptores pro libito nomen Auctoris affixerunt. Accidit etiam aliquando, ut conſtanter nomen Auctoris alicujus manuſcripti codices ſervent ; & tamen opus illud eidem poſſit abjudicari.

Ut ex tempore genuina ſcripta à ſuppoſititiis diſcernantur, adtendere neceſſe erit ad nomina propria Regum, Principum, Epiſcoporum, quorum mentio aliquando fit ab Auctoribus. Si commemoretur, qui poſt Scriptorem cui opus adſcribitur, vixerit, certo colligitur eidem falſo adſcribi. Item ſi loca, aut teſtimonia aliorum Auctorum deſcripta appareant, vel imitatione expreſſa, qui poſtea floruerunt. Hac regula Sixtus Senenſis plura abjudicavit Ambroſio, Hieronymo, Euſebio, in quibus leguntur fragmenta, & integræ paginæ ex Gregorii Magni Moralibus excerptæ: etiam adtendendæ ſunt res geſtæ, vel ritus, vel diſciplina, quæ poſtea invaluit. Hac de cauſa abjudicantur quoque Epiſtolæ Anteri, Lucii, & aliorum Pontificum Romanorum ad Hiſpaniarum noſtrarum Epiſcopos : nec non quorundam Conciliorum decreta, quæ ante Eliberitanum finguntur celebrata.

Quantum ad ſecundam regulam, nempe Dogma; ex illo ut adulterina opera à genuinis diſcriminentur, videndum an res, quas Scriptor tractat: controverſiæque, quas agitat, conveniant temporibus quibus Auctor vixit, cui liber tribuitur, an dogmata legantur contraria iis, quæ Auctor conſtanter defendit, an doctrinæ, & prudentiæ

Digitized by Google

Scriptoris non conveniant fabulosæ, ac futiles res, & imperite dicta, quæ libro continentur. Itaque regulam criticæ, quam Clericus adfert non aspernabor: *liber indoctus, aut imperitia refertus non potest ulla ex parte, aut saltem totus viro docto tribui, nec fabulis scatens viro non inepto.* p. 3. Crit. cap. 5. Hac dogmatis regula, & aliis jam dictis Flavio Dextro viro insigni, quem D. Hieronymus in catalogo Scriptorum Ecclesiasticorum laudat, indigna censentur chronica, quæ ejus nomine ab Higuera de rebus Hispaniæ circunferuntur. Eidem legi corrigenda subjiciuntur conficta chronica Maximi, Luitprandi, Juliani, Hausberti, aliorumque hujusmodi, qui passim audiuntur.

Quantum ad tertiam regulam circa stilum dico: ex illo quoque juxta criticen genuina opera à falsis separantur: & si cuivis impostori promptum sit Auctorum patriam, genus, temporaque mentiri, ac dogmata sequi; nihil tamen difficilius est, quam alterius stilum imitari; quemlibet enim operose id affectet impostor, numquam faciet, ut similitudo nulla appareat. Stilus vocatur non illa exterior sermonis superficies, sed orationis character, dictionis contextus, scripturæ continuitas, elocutionis forma, figura loquendi, dispositionis artificium, tractationis methodus, quæ quisque dissertus Auctor sibi propria possidet, ut raro, aut numquam alteri conveniant: de quo nisi admodum peritus judicare potest, eumque internoscere. Itaque quanvis hæc nota sit certissima, adhiberi tamen eam solum recte possunt in scriptis diu, multumque exercitati. Etenim non ita est facile stili diversitatem, qualem hic requirimus, & quæ diversos Auctores arguit, ab ea diversitate secernere, quam Scriptori eidem, vel annorum maturitas fert, vel argumenti diversitas, vel temporis ratio, atque animi inæqualitas.

His pro historiæ rebus internoscendis jactis regulis ad Lusitanam, de qua ago, accedendum est. Pauca priorum sæculorum Auctorum, qui id temporis res gestas per Lusitaniam scripserunt, scripta ad nos usque pervenerunt;

Digitized by Google

naſterii archivo. Igitur Era numeri notam, vel ſupputationem ſignificat. Nonius Marcellus ait: *Era numeri nota*: apud eundem Marcellum Lucilius Poeta vetuſtus: *Hæc eſt ratio perverſa Era numi ſubdita improbe*: præter Marcellum, & Lucilium Rufus Feſtus in Breviario rerum Romanarum habet: *Parco lubens præceptis tuis quippe cui deſit facultas latius eloquendi, ac morem ſequutus calculorum, qui ingentes ſummas Eris brevioribus exprimunt, res geſtas ſignabo, non eloquar.*

*Lib. 1. de propriet. ſerm. lat. pag. 8.*

*Lib. 29.*

Equidem non inficior prædictos Auctores ætate latinitatis aurea, aut argentea non floruiſſe. Marcellus Apulejo poſterior plerumque antiqua ſectatur, delectaturque nimis Accio, Pacuvio, Nævio, & his ſimilibus: Lucilius quanvis à Cicerone laudetur doctus, perurbanus, ac etiam elegantiſſimus, priuſquam latinitas adoleſceret, juveneſceretque, Latinorum ſatyram primus aggreſſus eſt. Rufus Feſtus ætate ænea Romanam hiſtoriam conſcripſit. Sane etiam non inficior Eræ vocabulum apud argenteos, aureoſve Latinos minime reperiri; ſciendum tamen eſt non ſtatim ab Auguſti aureo latinitatis ſæculo, quo Hiſpani epocham Cæſaris ſtatuerunt, ad tempora ſupputanda fuiſſe acceptum, ſed jam inclinante puriori latinitate, & in barbariem quodammodo vergente cum Petavio ſupra citato, & aliis introductum fateor: quod mirandum non eſt ait Horatius

*Lib. 2. de orat. cap. 6. & lib. 3. cap. 43.*

*Lib. de art. poet. v. 70.*

*Multa renaſcentur, quæ jam cecidere, cadentque*
*Quæ nunc ſunt in honore vocabula, ſi volet uſus,*
*Quem penes arbitrium eſt & vis, & norma loquendi.*

Eræ vocabulo diſſerto, quo tempore incepit, nunc inſpiciendum eſt: Vaſæus in Epiſtola ad Andream Reſendium non ab ipſo ſtatim initio Triumviratus principium hujuſce ſupputationis Eræ conſtituit, ſed ab anno, quo partitio orbis Triumviralis denuo facta eſt, qua utraque Hiſpania ulterior, & citerior Octavio Auguſto ceſſit, Oriens Antonio, & Africa Lepido. Id Vaſæo lubentiſſime tribuo, nec diſſentio; licet alia, quæ ipſe addit totus re-

Digitized by Google

nuam. Addit ille partitionem istam factam fuisse post bellum Perusinum quarto Triumviratus anno, qui fuit Hirtio, & Pansa Consulibus, 711 ab urbe condita, 38 ante natum Christum. Si Vasæus Christi nativitatem juxta recentiores Chronologos figeret anno ab urbe condita 749. Consulibus C. Cæsare Augusto 12. & L. Cornelio Sylla; à Consulatu Pansæ, & Hirtii, triginta quidem, & octo annos usque ad Dominum natum compleret; verum cum in toto suo chronico Dionysianam Eram semper ob oculos habuerit, quæ incidit in annum Urbis conditæ 753 Consulibus Cornelio Lentulo, & L. Calpurnio Pisone, non tantum triginta, & octo, verum & quadraginta duo anni necesse est excurrant, nec ante P. Dekerium, qui post Vasæum sæculo decimo septimo floruit, quidam extitit, qui Christi nativitatem quatuor solidis annis Dionysianæ Eræ prævertendam existimavit. Anno, quo Hirtius, & Pansa consulatum agebant, ab urbe condita 711, prima Romani Imperii Triumviralis divisio fuit, qua Lepido Hispania, & Gallia Narbonensis attributa est, Antonio Galliæ Cisalpinæ, & Augusto Africa, Sicilia, & Sardinia. Secunda, qua Cæsar Hispaniam obtinuit, contigit quidem anno quarto post Julium Cæsarem interfectum, ut recte ait Resendius, sed hic annus erat ab urbe condita 714 Consulibus Cn. Domitio Calvino II. & C. Asinio Pollione, & ante Christi vulgare natale quadragesimus: & post bellum quidem Perusinum, ex Appiniano. Quapropter ex Dione lib. 48. cum anno Juliano septimo L. Marcio Censorio, & C. Calvisio Sabino Consulibus Senatus decreto trium virorum acta essent confirmata, inter quæ orbis Romani divisio fuit anno antea proximo Juliano sexto ab Augusto, & Antonio denuo facta, ideo à Kalendis Januarii anni Juliani octavi ab urbe condita septingentesimi decimi sexti, ac ante Domini natale vulgare trigesimi octavi Augusti epocham Hispaniensem iniisse suspicandum est; quippe tunc temporis & Senatus decreto, & nova partitione utraque Hispania Octavio cessit imperanda; & in ejus honorem,

*Epoch. ad Vas.*

*Lib. 5. de bellis civil.*

& obsequium supputationem istam introduxerunt.

*Lib. Contr. Judæos in fine.* Id ipsum docet Julianus Episcopus Toletanus: *Era inventa est ante triginta, & octo annos, quam Christus nasceretur.* In libro Erarum, quem Nonæ appellamus, adeo vetustis caracteribus inscripto, ut Regii Academici litteras similes jam non invenerint, quibus exemplar eadem, qua erat originale, forma typis ederetur; & qui in Monasterii S. Crucis Chartophilacio asservatur, sic legitur: *Era XXXVIII. natus fuit Dominus noster Jesus Christus.* Idem ostenditur ex quodam Epitaphio Gothorum litteris in lapide inscripto ad sepulcrum quondam D. Roderici Filii Sanctii II. Portugaliæ Regis, quod ex sepulcro jam extractum in Monasterii Ecclesiolæ Archivo custoditur; & in codice perantiquo manuscripto ejusdem Monasterii invenitur: ibi legitur Infantem D. Rodericum obiisse Era 1283, cum certum sit ex eodem codice anno Christi 1245. viam universæ carnis fuisse ingressum: detractis igitur 1245 de 1263. supersunt 38 anni ante Beatissimæ Virginis partum: totum Epitaphium transcribo

*Quem tegit hæc moles, fertur Domnus Rodericus*
*Regalis proles, & dapsilitatis amicus*
*Belliger insignis fuit hic, cunctis, & amandus*
*Laudibus ex dignis, alter fuit hic Rotolandus;*
*Hic numquam mæstus, sed in omni tempore lætus*
*Vitans incestus actu, verboque facetus,*
*Promissor verus fuit, hostibus & severus,*
*Plebs simul, & Clerus fleat hunc, & miles Hiberus,*
*Quamplures subsit armis, ideo mage fulsit,*
*Omnimoda laude dignus fuit hic Rodericus*
*Cunctis pacificus, humilis, probus, & sine fraude,*
*Prima sit undena, bis tertia scripta sequatur,*
*Ex hinc vicena quater, & quater accipiatur,*
*Post octava datur, ter scribitur Era notatur,*

Scilicet primum apponatur litera undecima Alphabeti *M*, inde bis scribatur ejusdem Alphabeti tertia *C*, postea octo vicibus vigesima *X*, tandem ter adjungatur post octava *I*, en evadet Era MCCXXXXXXXXIII. Sci-

Digitized by Google

Sciendum est Eram Hispanicam, si Christi natale verum juxta Chronologos recentiores inspiciamus, non triginta, & octo annos, sed triginta quatuor illud præcessisse: Hispanis illa Nativitatis Dominicæ epocha, nec nota, nec umquam audita fuit, sicut & ceteris gentibus, quæ per tot sæcula Dionysiana supputatione usæ sunt: quapropter falluntur maxime, qui triginta & octo annos, quos Hispani ante Christum natum numerant, ad Christi natale verum componere intendunt. Errarunt quidem circa veram Christi nativitatem, sicut & universus christianus orbis, donec accuratius inspectis Consulum fastis, sub quibus Christi gesta obvenerant, tempus & Nativitatis, & Passionis Dominicæ designatum est verum.

Cæsaris epocha in utraque Hispania ulteriori, & citeriori temporibus numerandis adeo invaluit, ut inter plurimas, & ex nostrorum Canonicorum Regularium Monasteriorum archivis, ac aliunde adductas vetustissimas scripturas, quas sæpe evolvi, præter unam, nullam aliam ad manus habuerim, quæ Cæsaris Era in fine haud notaretur. Vasæus in Epistola ad Resendium ait adeo invaluisse ut in Aragonia à Rege Petro ejus nominis quarto sublata fuerit anno Domini milesimo tercentesimo quinquagesimo octavo in conventibus Valentiæ celebratis; in Castella vero anno millesimo tercentesimo octogesimo tertio à Joanne Rege, ejus nominis primo in comitiis Segobiæ convocatis: tandem apud Lusitanos à Rege nostro Joanne I. post Ceptam Africæ urbem munitissimam oppugnatam, & armorum vi Saracenis ablatam circiter annum Domini milesimum quadringentesimum decimum quintum.

A Petro III. Aragoniæ, & Joanne I. Castellæ Regibus annis Domini supradictis in utriusque ditionibus Cæsaris epocham ademptam non tantum meminit Vasæus, sed ceteri qui de Aragoniæ, & Castellæ Regibus Chronicon exararunt, rem utpote indubitatam, & in judicium minime revocandam asseruerunt. Sed inter Lusitanos adhuc aliqui dirimendam pronuntiant: à Joanne I. alii cum



Digitized by Google

Vasæo anno à Virginis partu millesimo quadringentesimo decimo quinto; alii anno millesimo quadringentesimo vigesimo secundo Eram potius expunctam censent, & meliori judicio, ac fundamento; nam in lib. 4. Ordinationum Regis Alphonsi V. pag. 62, qui in Archivo Regio Arcis Olysiponensis vulgo *do Tombo* asservatur, ita invenitur *Rex Joannes famosæ, ac excellentis memoriæ legem hanc tulit: Rex præcepit omnibus Tabellionibus, & Scribis suorum Regnorum, ac Dominationum, ut in posterum in omnibus contractibus, ac scripturis apponant annum à nativitate Domini nostri JESU Christi, sicut antea Cæsaris Eram apponere consueverant; idque præcipit sub pœna officiorum privationis. Promulgatum fuit hoc decretum Olysipone à Philippo Alphonso .... die vigesima secunda Augusti anno Domini millesimo quadringentesimo vigesimo secundo.* Id etiam reperitur in vetusto libro Ordinationum à Felicissimo Rege nostro Emmanuele prælo torqueri jusso anno 1514 *Rex Domnus Joannes primus Excellentissimæ recordationis legem tulit, qua omnibus Tabellionibus jussit; ut sub pœna officia amittendi in omnibus scripturis apponerent annum à nativitate Domini nostri JESU Christi sicut antea Eram Cæsaris apponere consueverant. Quæ fuit promulgata Olysipone vigesima secunda die Augusti anno à nativitate Domini nostri JESU Christi millesimo quadringentesimo vigesimo secundo.* Hæc a Lusitano idiomate in latinum fideliter translata.

*Lib. 4. Ordin. Regis Alphonsi V. pag. 62.*

*Lib. 4. Ord. Regis Eman. tt. 51.*

Sunt, qui utramque sententiam mutua dissensione non adversari conantur; quapropter affirmant à Rege Joanne I. anno millesimo quadringentesimo decimo quinto Cæsaris Eram esse expunctam, postea vero anno millesimo quadringentesimo vigesimo secundo legem esse publice editam, ac latam; prout regia ordinatio D. Emmanuelis videtur exprimere. Auderem quidem ab iis quærere quo ritu, modove prius fuit expuncta? Viva Regis voce, an Decreto? Si Decreto creditu non est id per septem annos usque ad vigesimum secundum fuisse dilatum, & tunc Oli-

Digitized by Google

ſipone promulgatum; nec Decreto ſaltem in primaria Civitate, aut Principis curia nondum promulgato, utpote quod nullam legis vim habet, quidquam jure, & decreto ſublatum, aut expunctum judicabitur. Si viva Regis voce ubinam ſunt monumenta? præcipue cum ipſa lex regia ſupradicta expreſſe dicat ante annum milleſimum quadringenteſimum vigeſimum ſecundum notariis eſſe conſuetudinem ſcripturas Cæſaris Era obfirmare. Notandum vero hic eſt unum, aut alterum à communi conſuetudine deflexiſſe, & quandoque in ſcripturis perantiquis, raro tamen Domini Nativitatis annum notatum inveniri; quod fortaſſe inveniens Jepes in Chronico Benedictino Centur. 1. opinatus eſt Eram Cæſaris in Hiſpaniis fuiſſe immutatam anno quingenteſimo quinquageſimo, ex quo ſecundum Dionyſianam Eram Divinum Verbum de Virgine in lucem prodiit factus homo; ego vero unam tantum ſcripturam reperi anno Domini 933 in fine notatam, qua Abbas Bronderigus Morariæ Monaſterio Canonicorum Regularium donationem quandam firmavit.

## CAP. V.

### *De Arte Critica ad Hiſtoriæ veritatem.*

SI ulla facultas multum recentiorum induſtriæ, ac ingeniis debet hæc profecto eſt, quæ ita crevit eorum laboribus, ut noſtra memoria orta potius quam inſtaurata videatur. Veteres duas ferunt ejus partes, emendationem, & judicium: emendationis erat, quod falſo inſerta in ſcriptorum operibus tollerent, ac corrupta a librariis corrigerent. Judicii fuit ratione quidem univerſi operis, quod ſcripta ſpuria diſcernerent à legitimis; ratione etiam particularium locorum, quod iis, quæ perperam ſcripſiſſent, vitii notam apponerent. Verum Critice non ad Auctores ſolum, ſed ad ipſas quoque facultates, & ſcientias pertinet, ut de iis dijudicet quidnam ſit uniuſcujuſque ingenium, ſive natura, quis finis, quo pertigerit ea-

Digitized by Google

rum perfectio; quid ad eam desit. Nunc tamen ceteris omissis, quæ tantum pertinent ad Lusitaniæ historiam pertractandam, in eaque veritatem internoscendam regulas quasdam expendam.

*Lib. 11 de locis Theolog. cap. 6.*

Melchior Canus tres docuit regulas, quibus ex Auctoribus, atque Historicis rei alicujus veritatem consequamur. 1. si facta aliqua narrentur à Scriptoribus probitate, atque integritate insignibus, ut liqueat alios fallere noluisse. 2. anteferendos eos Historicos reliquis, qui præter acre ingenium, prudentia quoque pollent ad eligendum, & judicandum. 3. præ ceteris plurimi faciendam Historici auctoritatem, cui multum catholica Ecclesia defert. Alios canones alii statuunt præsertim Auctor libelli Parisiis editi anno 1601 de usu Historiæ: celeberrimos tantum à Criticis adlatos dicam; & 1. qui specialissime inculcatur de auctoritate scriptorum æqualium, & coævorum. Fleury, Dupinius, & alii tantum deferunt horum scriptorum auctoritati; ut nolint pro vero haberi factum antiquum, quod coævi Scriptoris, sive antiquissimi testimonium non habeat; contra vero, quod eorum auctoritate gaudet credi volunt.

*Orat. 21.*

Verum universim id certum non est, & plura exempla congeri possunt. 1. S. Gregorii Nanzianzeni, quem Scriptor æqualis Hieronymus, idemque eruditissimus in catalogo de Scriptoribus Ecclesiasticis testatur Nanzianzenum Episcopum, cum tamen id falso ab eruditis aliis judicetur: 2. mortem Constantii sancte peractam orat. 21. Gregorius Nanzianzenus narrat, atque id falsum nunc judicatur. Certum etiam non est verum non esse existimandum omne quod ab æqualibus, vel supparibus Auctoribus tacetur; aliter operam perdidisset Josephus Hebræus in describenda priorum mundi ætatum historia; item Julius Africanus, Paulus Orosius, Eusebius Cæsariensis, Marcellinus Comes, Cassiodorus, & Nicephorus, qui de rebus factisque ab eorum memoria longe remotis scripserunt. Etiam in suspicionem adducerentur omnia, quæ

in medium adtulerunt tum antiqui tum recentiores Historici de veteris testamenti rebus in sacris Bibliis non enarratis: corrueret Historiæ Ecclesiasticæ maxima pars; everteretur Patrum auctoritas. Scriptores quoque suppares, & æquales nonnumquam in rebus ætatis suæ enarrandis graviter errant.

Igitur verum est quod æquales Scriptores narrant, si plures hujusmodi Scriptores sint; sic tamen ut unus ab alio rem descripsisse non videatur, vel maximæ sint auctoritatis: si res quas narrant publicæ fuerint, ut non potuerint ignorare, vel si iis in locis extitere ubi res obvenerant. Hæc eo pertinent, ut appareat Scriptores novisse rem, quam narrant: quam multa etiam nunc quoque accidunt, quæ nos hoc tempore viventes ignoramus. Alia sunt, quæ eo spectant, ut Auctorum fidem probemus, atque illos non fallere certo cognoscamus. Itaque necesse est videamus an probi sint, an si alienæ religionis, vel sectæ de rebus non scribant, quæ fulciant eorum errores.

Ut recentiorum Scriptorum testimonium admittatur in rebus antiquissimis, requiritur ut ii ob oculos habuerint, quid sequerentur, sive vetustiorum Auctorum, sive antiquorum monumentorum, quæ extarent; ut vetus sit fama, ac traditio ex qua Scriptor sua hauserit: horum indicia sunt cum Scriptores ejusdem ævi, ac regionis de iisdem rebus scribentes vel id aperte affirmant, vel negant. Non creduntur cum res quas narrant male cum aliis conciliantur, quæ referuntur ab Auctoribus certioris fidei, vel alienæ sunt ab ætatis illius moribus, sive disciplina: fides vero adhibenda est Scriptori si in eam rem diligentius incubuerit, in exteras regiones peregrinatus sit exploraturus, omnia solerter conquisierit, & ceteroqui acri judicio præditus sit.

Nunc ad discernenda opera genuina à spuriis, vel dubiis tria appono, quæ Sixtus Senensis refert, tempus, dogmata, sive res, ac stilum. Quoad tempus huc revocatur manuscriptorum codicum Auctoritas, atque antiqui-

Digitized by Google

tas : ſi enim antiquiores cum recentioribus conferantur, videri poteſt, quid additum, aut interpolatum ſit. Joannes Clericus hanc regulam ſtatuit: *ſuppoſititii libri indicium eſt, ſi in veteribus codicibus, alii tribuatur, cum nulla ratio eſt cur ejus habeatur, cujus nomen in editionibus præfert. Interpolati vero ſi ſint in veteribus codicibus ſine additamento.* Verum hæc regula caute accipienda eſt: ſæpe antiquiſſimi codices cum nomen Auctoris non præferrent, vel quod ſatis illud eſſet pervulgatum, vel quod tempora ita ferebant, ut Auctor nomen ſuum occultatum vellet, recentiores ſcriptores pro libito nomen Auctoris affixerunt. Accidit etiam aliquando, ut conſtanter nomen Auctoris alicujus manuſcripti codices ſervent; & tamen opus illud eidem poſſit abjudicari.

Ut ex tempore genuina ſcripta à ſuppoſititiis diſcernantur, adtendere neceſſe erit ad nomina propria Regum, Principum, Epiſcoporum, quorum mentio aliquando fit ab Auctoribus. Si commemoretur, qui poſt Scriptorem cui opus adſcribitur, vixerit, certo colligitur eidem falſo adſcribi. Item ſi loca, aut teſtimonia aliorum Auctorum deſcripta appareant, vel imitatione expreſſa, qui poſtea floruerunt. Hac regula Sixtus Senenſis plura abjudicavit Ambroſio, Hieronymo, Euſebio, in quibus leguntur fragmenta, & integræ paginæ ex Gregorii Magni Moralibus excerptæ: etiam adtendendæ ſunt res geſtæ, vel ritus, vel diſciplina, quæ poſtea invaluit. Hac de cauſa abjudicantur quoque Epiſtolæ Anteri, Lucii, & aliorum Pontificum Romanorum ad Hiſpaniarum noſtrarum Epiſcopos: nec non quorundam Conciliorum decreta, quæ ante Eliberitanum finguntur celebrata.

Quantum ad ſecundam regulam, nempe Dogma; ex illo ut adulterina opera à genuinis diſcriminentur, videndum an res, quas Scriptor tractat: controverſiæque, quas agitat, conveniant temporibus quibus Auctor vixit, cui liber tribuitur, an dogmata legantur contraria iis, quæ Auctor conſtanter defendit, an doctrinæ, & prudentiæ

Digitized by Google

Scriptoris non conveniant fabulosæ, ac futiles res, & imperite dicta, quæ libro continentur. Itaque regulam criticæ, quam Clericus adfert non aspernabor: *liber indoctus, aut imperitia refertus non potest ulla ex parte, aut saltem totus viro docto tribui, nec fabulis scatens viro non inepto.* Hac dogmatis regula, & aliis jam dictis Flavio Dextro viro insigni, quem D. Hieronymus in catalogo Scriptorum Ecclesiasticorum laudat, indigna censentur chronica, quæ ejus nomine ab Higuera de rebus Hispaniæ circunferuntur. Eidem legi corrigenda subjiciuntur conficta chronica Maximi, Luitprandi, Juliani, Hausberti, aliorumque hujusmodi, qui passim audiuntur. p. 3. Crit. cap. 5.

Quantum ad tertiam regulam circa stilum dico: ex illo quoque juxta criticen genuina opera à falsis separantur: & si cuivis impostori promptum sit Auctorum patriam, genus, temporaque mentiri, ac dogmata sequi; nihil tamen difficilius est, quam alterius stilum imitari; quemlibet enim operose id affectet impostor, numquam faciet, ut similitudo nulla appareat. Stilus vocatur non illa exterior sermonis superficies, sed orationis character, dictionis contextus, scripturæ continuitas, elocutionis forma, figura loquendi, dispositionis artificium, tractationis methodus, quæ quisque dissertus Auctor sibi propria possidet, ut raro, aut numquam alteri conveniant: de quo nisi admodum peritus judicare potest, eumque internoscere. Itaque quanvis hæc nota sit certissima, adhiberi tamen eam solum recte possunt in scriptis diu, multumque exercitati. Etenim non ita est facile stili diversitatem, qualem hic requirimus, & quæ diversos Auctores arguit, ab ea diversitate secernere, quam Scriptori eidem, vel annorum maturitas fert, vel argumenti diversitas, vel temporis ratio, atque animi inæqualitas.

His pro historiæ rebus internoscendis jactis regulis ad Lusitanam, de qua ago, accedendum est. Pauca priorum sæculorum Auctorum, qui id temporis res gestas per Lusitaniam scripserunt, scripta ad nos usque pervenerunt;

Digitized by Google

sed provinciarum perantiqua, & majoribus accepta traditio, quæ maximum fidei est argumentum, in causa est, cur recentiores Scriptores pertractarent, ac assererent plurima, quin à vero deflecterent; aliis quoque à lapideis monumentis forte asservatis emendicatis, aut ab extraneis Auctoribus, qui eadem antiquitus scriptis demandaverant. Plurima quidem essent antiquitatum scripta monumenta, quæ in Lusitaniæ vetustis chartophilaciis custodirentur, sed Saraceni Hispaniam ferro, flammaque depopulantes, ea aut igni tradidere, aut obrutorum ædificiorum ageribus sepelierunt. Propter veterum Auctorum silentium quidem jam posterioribus sæculis quamplurima commenta circa universam Hispaniam confinxerunt, & libros fabulis refertos sparserunt in vulgus, quibus multi delectati in palmares universæ Hispaniæ errores delapsi sunt, & ut auctoritatem, famam, fidemque apud omnes adquirerent, nomina aliorum virorum, quibus olim fides adhibebatur, supposuere.

Inter tot figmentis plenos, ac scatentes libros omnium eruditorum consensu numerantur chronicon Flavii Dextri, cui Bivar sua addidit commentaria, Pseudo Julianus, Pseudo Athanasius, Caledonius, Maximus, Hausbertus, & Liberatus Monachus, Luitprandus Ticinensis Diaconus, quos, & alios Regia Lusitaniæ Academia merito jam spuriis adjudicavit, & inter non facile credendos recensuit; Academiæ tamen præluxerunt alii non minus eruditi, qui critices libratis rationibus dissertationes suas texuere tot figmenta simplicium animos commoventia publice ostensuri, Clarissimi scilicet, Herrera, Marchio de Mondexar, & Eminentissimus de Aguirre. Si à Lusitanorum historiographorum manibus, oculisque ablegarentur hujusce furfuris scripta vera multa non assererentur, quæ ex positis critices regulis instructi statim in primo limine falsa demonstrabunt. Istis quidem spuriis Auctoribus quidam seducti sunt; alii tamen spuria à genuinis, & auctographis secernentes meliorem semitam adierunt. Igitur

ex

Digitized by Google

ex noſtris, qui poſterioribus ſæculis Luſitaniæ antiquitates explorarunt, ſunt Andreas Reſendius, Fr. Bernardus de Brito, ac Fr. Antonius Brandam, uterque Ciſtercienſes Monachi; Damianus de Goes, Jacobus Menætius, Eduardus Nonius, Barros, Gaſpar Eſtatius, Rodericus da Cunha Archiepiſcopus Olyſiponenſis, Cardozo, Antonius de Vaſconcellos, Emmanuel Severim de Faria, Gaſpar Barreiros, & Academiæ Regiæ à Fideliſſimo Rege Joanne V. inſtitutæ eruditiſſimi Socii. Ex extraneis Rodericus Ximenes Archiepiſcopus Toletanus, Franciſcus Tarapha Canonicus Barcinocenſis, Lucius Marinæus Siculus, eruditus Joannes Vaſæus Burgenſis, qui in Luſitania in familia Eminentiſſimi D. Cardinalis D. Henrici Portugaliæ Regis olimque Eborenſis Archiepiſcopi vixit, & clientelam geſſit; Ambroſius Morales, Joannes Marianna, D. Nicolaus Antonius, Herrera, Colmenar, de la Clede, Le Quien de la Neufville, & alii, qui omnium paſſim teruntur manibus: & licet in aliquibus quædam adhuc critices virga cenſenda ſint, quodammodo indulgendum eſt, cum eo tempore ſua edidiſſent opera, quod ferreo ſtilo politum erat.

## PSEUDOCHRONICORUM CATALOGUS.

*Athanaſius Cæſarauguſtanus.*
*Mons Sanctus Granatæ.*
*Caledonius Bracarenſis.*
*Gregorius Bæticus.*
*Lucius Flavius Dexter.*
*Marcus Maximus, ejuſque Continuator.*
*Luitprandus Diaconus Ticinenſis.*
*Hausbertus Hiſpalenſis Monachus Dumienſis.*
*Liberatus Monachus Gerundenſis.*
*Aulus Halo.*
*Petrus Seguimus.*
*Heleca.*
*Julianus Peres Archipresbyter Toletatus.*



Digitized by Google

Falſis etiam, & confictis decet adſcribi Epiſtolam Hugonis Epiſcopi Portugalenſis ad Mauricium Bracarenſem ArchiPræſulem, quam Bivar in Apologia Flavii Dextri adeſſe ait in Bibliotheca Regii Monaſterii S. Crucis Colimbrienſis Canonicorum Regularium in codice pervetuſto characteribus Gothicis exarato in membrana chronicon San-Pyri continente: Fortaſſe aliquando ibi ſervaretur; aſt poſt accuratius examen, & tot monumentorum veterum excuſſum pulverem, nullum hujus ſuppellectilis, nec pluris faciendæ, in Monaſterio noſtro extat veſtigium, aut memoria: vere fateor quamplurima antiquitatum monumenta ſubita aquarum inundatione hujus Regii Monaſterii chartophilacium præterfluente lacrymandam jacturam ſubiiſſe; aſt hæc Higueræ figmenta ſapiunt.

Digitized by Google

# HISTORIA ECCLESIÆ LUSITANÆ SÆCULI I.

## CAP. I.

### *Quando Euangelium in Luſitania promulgatum fuit.*

IN hiſtoria Alphonſi X. Caſtellæ Regis fertur qua nocte de Beatiſſima Virgine Chriſtus Dominus natus eſt, univerſæ Hiſpaniæ adeo effulſiſſe nubem candidiſſimam, tanti fulgoris, tantæ claritatis, & caloris, ut inſtar Solis fuerit meridiani : hanc veluti ſignum enuntiaſſe conjectarunt aliqui Hiſpaniam inter ceteras orbis plagas primam Chriſti vexillum ſuſcepturam. Infidelibus quidem, ac gentibus data ſunt ſigna, ait Gregorius Magnus : verum illa nocte, quæ univerſo orbi facta eſt illuminatio in deliciis gentium, mirum non eſt Hiſpaniam cum aliis regionibus ſplenduiſſe. Sane inter reliquas mundi partes, quæ poſt abrogatam, mortuamque legem veterem per Chriſtum in crucis ara Deo Patri reconciliationis hoſtiam oblatum, Domino mancipatæ ſunt, Hiſpania præcipua eſt, ad quam Apoſtolorum ſonus exivit.

*Part. cap. 107.*

*Homil. 10. in Euang.*

Tiberio Cæſare imperante, Jacobus filius Zebedæi, ac frater Joannis Hiſpaniam venit ; Euangelium prædicavit, & in tota provincia novem tantum diſcipulos adquiſiviſſe traditur ; licet plures alios ad fidem converteret, quos diſcipulis ſuis non adſcripſit, ut refert Breviarium

Digitized by Google

Bracarense ad diem 26 Aprilis in festo S. Petri Martyris primi illius Sedis Episcopi. Auctoritate sua id firmat S. Isidorus Hispalensis Episcopus in libro de vita; & obitu Sanctorum: perperam Natales Alexander hunc librum Isidoro abjudicat, & veluti infirmissimum fundamentum Hispanis opponit: sed Natales ipse oblitus est, quod fatetur ad sæculum sextum de S. Izidoro Hispalensi; vel dum dissertationem decimam quintam sæculi primi efficiebat, nondum invenerat, quod ad sæculum sextum de Isidoro foret dicturus: ibi ait Natales: *Ex teste Braulio Cæsaraugustano S. Isidorum scripsisse librum de ortu, & obitu Patrum, in quo gesta eorum, dignitatem quoque, & mortem eorum, atque sepulturam sententiali brevitate subnotavit.* Isidori genuinum fœtum judicat cum aliis Cardinalis de Aguirre. In codice manuscripto perantiquo Etymologiarum S. Isidori à sexcentis prope annis, qui in Regii Monasterii S. Crucis Bibliotheca asservatur, inter Etymologias juxta S. Jacobi etymon ipsius acta sic leguntur pag. 14. *Jacobus Apostolus filius Zebedæi post ascensionem Domini dum per Judæam, & Samariam prædicaret, in Hispaniam tandem ivit, ut ibi verbum Domini seminaret, sed dum ibi nihil perficere se videt, & solummodo novem discipulos adquisivisse, duos ex illis causa prædicandi ibidem reliquit, & alios septem secum assumens iterum in Judæam rediit.* De hujus codicis, & actorum sinceritate, nec Tillemontius, nec Natales Alexander dubitarent, si scirent etiam quanta diligentia, cura, & sollicitudine Canonici nostri Regulares à prædicti Monasterii exordio undique meliores codices collegerint, & custodierint; quam pretiosam suppellectilem nobis reliquerunt, & veneratione maxima asservamus: digni propterea, qui Cassiodoro ex Senatore Monacho facto similentur in priscis, ac emendatis codicibus ad sacræ Scripturæ lectionem impense deligendis.

*Cap. 4. art. 4.*

*Dissert. 5. sæculi 1.*

*Dissert. 9. num. 1*

Inter Hispaniarum populos dissidium est quodnam solum à Jacobo fuerit conculcatum: Lusitani nostri inter

Digitized by Google

ſuos in Interamnenſi provincia ſuſcepiſſe gloriantur. In quodam codice antiquo manuſcripto Monaſterii Eccleſiolæ inveni ab antiquis creditum Jacobum ad Gayæ littora perveniſſe, hinc ad terræ Interamnis flexum acceſſiſſe. Adcolæ Araducæ ex vetuſtis referunt monumentis, ibi templum extitiſſe Cereri à gentilibus conſecratum, quod S. Jacobus evertit, & poſtea in loco aram extruxit, ubi Sanctiſſimæ Deiparæ imaginem collocavit, quam ipſi vocant *de Oliveira*, confirmantque inſcriptione quadam lapidea anno 1559 inventa in ejuſdem templi turri, è cujus pariete inſcriptus lapis temporum viciſſitudine ſeparabatur, ac conſpicuus his verbis jamjam in lapſum imminebat: *In hoc ſimulacro Cereris collocavit Jacobus filius Zebedæi germanus Joannis imaginem S. Mariæ III. S. J. S. X.* Tillemontius huic inſcriptioni facile non crederet, cum dicat Hiſpaniæ inſcriptis lapidibus maxima ſuſpicione, & nimis caute confidendum: non facile noſtris, quos veraces Auctores indicant, credat ille, difficillime etiam noſtri Galliarum monumentis, quæ fidei Atticæ Scriptores non adduxerint, aſſentient. Ut magis hujuſmodi punctum innoteſcat, antequam de ceteris Sanctiſſimis viris, qui per Hiſpaniam Fidem enuntiarunt, agam, Diſſertationem ſingularem libratis Adverſantium argumentis, & ſolutis, de S. Jacobi expeditione Hiſpanica conficio: nec totus veri convincere, aut ſuadere intendo; ſed non adeo momentoſa eſſe argumenta, quibus Galli, aliive nimie credunt adventum iſtum negaturi.

## DISSERTATIO.

### *D. Jacobus venit in Hiſpaniam.*

S. Jacobum Hiſpaniam peragraſſe ea eſt Hiſpanorum traditio, ut Thomaz Stapeletonus certam vocet: Cardinalis de Aguirre dicat immemorialem: & Cajetanus Cenni ſcribat ratum, & firmum eſſe debere, quod prædicatio S. Jacobi in Hiſpaniis firmo, ac ſtabili hoc fun-

*Lib. 1. de Magnit. Roman. Eccleſ. cap. 3.*

*Tom. 1. Conc. Hiſp. diſſert. 9.*

Digitized by Google

damento traditionis innititur, non autem levi ſuppoſitorum operum auctoritate. In hac veluti pacifica poſſeſſione perſtabat donec Garcias Loaiſa Cannonicus Toletanus, & poſtea ejuſdem Sedis Archiepiſcopus anno 1593 cum ederet Concilia Hiſpaniæ, diſſertationem quoque ſcripſit de Primatu Eccleſiæ Toletanæ, in cujus defenſionem adfert concertationem habitam in Concilio Lateranenſi ſub Innocentio III. inter Archiepiſcopum Toletanum, & Compoſtellanum, Bracharenſem, & Tarraconenſem circa primatum Eccleſiarum Hiſpaniæ, ubi inter concertandum à Toletano Præſule in dubium evotatus fuit S. Jacobi in Hiſpaniam adventus. A Loaiſa edita concertatione adeo Cardinalis Baronius opprimebatur, ut ſententiam in Martyrologii notis de Hiſpanica S. Jacobi profectione mutare jam jam videretur; diligentiamque adhibuit, ut Clemens VIII. Pontifex Maximus in Breviarii Romani emendatione prædicationem S. Jacobi apud Hiſpanos, quæ abſolute ſub Pio V. in Breviario aſſerebatur, in eodem ita mutaret, ut ſola traditio Eccleſiæ Hiſpanicæ haberetur.

*Tom. 1. cap. 2. pag. 37.* Verum conturbati animi Hiſpanienſes Urbanum VIII. adierunt, coram Sacrorum Rituum congregatione ſuæ Eccleſiæ perantiquam cauſam protulere, utrinque cauſæ perpenſis rationibus, judicio quidem, ut dicunt contradictorio præcedente, tandem Urbanus VIII. Hiſpanis favit, & conſenſit. Quæ olim ſub Pio V. abſolute aſſerebatur, prædicationem denuo in Breviario abſolute affirmari juſſit, ſicut in lectionibus feſti S. Jacobi nunc recitare conſueſcimus: rationes etiam jam perpendam. S. Hieronymus de Apoſtolorum diviſione ait: *ſpiritum dediſſe eis ſortem, ut alius ad Indos, alius ad Hiſpanias, alius ad Illiricum, alius ad Græciam pergeret*: quibus verbis Jacobum quidem non nominat, ſed cum diſtinguat eum, qui in Hiſpaniam venit, ab eo qui Illiricum penetravit, ſcilicet à S. Paulo, vel Andrea, alium non judicaſſe videtur niſi Jacobum: addendumque adhuc eſt Maximum Doctorem in citato capite Domini verba reſpicere poſt reſurrectionem diſcipu-

*In cap. 34. Eſaiæ.*

Digitized by Google

los adloquentis, in universumque mundū mittentis omnes gentes edocturos, quo tempore Paulus nondum inter Apostolos numerabatur, sed Sinagogæ decreta adhuc exacte adimplebat. Affirmat etiam S. Isidorus Hispalensis supracitatus in codice manuscripto.

Breviarium Toletanum à S. Isidoro recognitum, meliori forma emendatum, & hac de causa ipsi attributum habet sacrum hymnum.

*Magni deinde Filii Tonitrui*
*Adepti fulgent, prece Matris inclitæ:*
*Utrique vitæ culminis insignia:*
*Regens Joannes dextera solus Asiam,*
*Et læva Frater positus Hispaniam.*

Tillemontius hunc hymnum appellat barbarum, tanquam si barbaries sola traditionem, ac narratum everteret: quot latininatis barbaries etiam apud Cyprianum, Cassiodorum, Petrum Chrisologum, Fulgentium, & alios passim inveniuntur? barbaro verbo *sportulo* utitur Cyprianus, *repagino* Chrisologus, *simpulator* Fulgentius, *ruraliter* Cassiodorus; alios omitto, quos tamen Ecclesiæ traditionem firmare certum est. Nec quænam sit hymni barbaries, verborum ne, an phrasis, metrive ostendit: nec facile sententiæ ostenderet, si ad ipsum Euangelium adtenderet in cap. 20. Math. & cap. 3. Marci, cujus sensus quodammodo ad illud metrum reducitur, ac exponitur. Nec metri leges neglectæ in causa sunt ut Isidoro viro docto abjudicetur hymnus. Abjudicandi ne erunt Ambrosio, Hilario, & aliis hymni, quos Urbanus VIII. Poeseos peritissimus in correctione Breviarii Romani emendavit, ac perpolivit? sicut ipse in Bulla *Divinam Psalmodiam* ait: *Hymni, paucis exceptis, qui non metro, sed soluta oratione, aut etiam rhythmo constant, vel emendatioribus codicibus adhibitis, vel aliqua facta mutatione ad carminis, & latinitatis leges, ubi fieri potuit, revocati, ubi vero non potuit, de integro conditi sunt.*

Natales Alexander respondet officium illud, in quo

Digitized by Google

S. Jacobi Hispanica profectio sacro hymno recolitur, non approbasse Romanam Ecclesiam : *unde cum Romanæ Ecclesiæ traditio cujuscunque singularis Ecclesiæ traditioni sit anteponenda; probabilius asseritur nusquam profectum esse in Hispaniam Jacobum*: hactenus verba Natalis Alexandri, qui ex suomet ore, imo & verbis, S. Jacobi Hispanicam expeditionem fateri teneatur: suæ, quæso, particulari sententiæ anteponat traditionem, & consensum Romanæ Ecclesiæ, quæ per Urbanum VIII. post diligentissimam discussionem apud Sacrorum Rituum Congregationem lectiones ejusdem Apostoli diei festi, in quibus ejus profectio affirmatur, approbavit, per totamque Ecclesiam Romanam jussit recitari. Quid dicam de Breviariis Bracarensi typis edito Olysipone anno 1498 Eborensi anno 1548, antiquæ Capuanæ Ecclesiæ, & Pistorienſis in Etruria, quæ omnia idem, quod Breviarium Romanum ab Urbano VIII. recognitum, laudant, ac testantur. Præterea vetus Canonicorum Regularium S. Crucis postea à Pio V. approbatum ad diem 26 Aprilis in festo S. Petri Martyris Archiepiscopi Bracharensis habet: *B. Jacobus Apostolus Zebedæi filius plures in Hispania adhuc vivens discipulos habuit.*

Nec opponant me adeo Breviariis credidisse, quibus plurima inserta sunt, quæ eruditorum consensu pernegantur, qualia referuntur de Marcellini thurificatione, de baptismo Constantini à Silvestro Romano Pontifice collato, de Catharinæ martyrio sub Maximino, de rebus gestis D. Petri à S. Lino scriptis, & aliis. Breviaria quidem approbata objeci Natali Toletanum respuenti, quod Romanæ Ecclesiæ approbatione exutum crederet: non me latet prædicta facta historica, & alia in Breviariis contenta in dubium revocari, pernegari, & veluti spuria rejici; sed absque examine, & diligentissima discussione, qua Hispanica Jacobi profectio ab Urbano VIII. inscripta est, Breviariorum correctores ea injunxere. Nec propterea Urbani approbationi fidem divinam habeo, utpote qui in facto historico versor, quod nec in scriptura, nec in constan-

Digitized by Google

ſtanti Patrum traditione eſt; ſed ex hominum teſtimoniis, ex Hiſpaniæ Provinciæ traditione decidit Pontifex: quidquam tamen majoris ponderis, & auctoritatis invenio, qua Hiſpanorum ſententia de Jacobi profectione firmetur, & magis probata cenſeatur.

Freculphus Lexovienſis Epiſcopus inquit: *Jacobus filius Zebedæi frater Joannis duodecim tribubus, quæ ſunt in diſperſione gentium ſcripſit; atque Hiſpaniæ, & occidentalium locorum populis Euangelium prædicavit.* Quidquid Freculphus Jacobum Joannis fratrem Canonicæ Epiſtolæ Auctorem exiſtimet, adverſante Maximo Hieronymo; quod abs re eſt in præſentia. Walafridus Strabo in Poemate de duodecim Apoſtolis ab Henrico Caniſio edito tom. 6. antiquæ lectionis de S. Jacobo cecinit. *Chronic. 2. Lib. 2. cap. 4.*

*Primitus Hiſpanas convertit dogmate gentes.*

Idem teſtatur Notkerus Monachus S. Galli in Martyrologio ad diem 25 Julii de S. Jacobo. *Hujus beati Apoſtoli Sacratiſſima oſſa ad Hiſpanias translata, & in earum ultimis finibus condita celeberrima illarum gentium veneratione coluntur. Nec immerito, quia ejus corporali præſentia, & doctrina, atque ſignorum efficacia, iidem populi ad Chriſti fidem converſi referuntur.*

Siſnandus Epiſcopus Hiſpanus ſæculo ineunte decimo conditor Monaſterii S. Sebaſtiani ad radices Illicini, ejuſque ampla donatione locupletator, de monte illo ſic ſcripſit: *Qui mons Illicinus dictus eſt, poſt adventum S. Jacobi mons ſacer eſt appellatus, qui à ſeptem Pontificibus diſcipulis B. Jacobi aſperſus Sacramento ſalis, & aquæ, & ab omni ſpurcitia diaboli, & afflatu peſtiferi draconis purgatus.* *Jepes in Append. tom. 4.*

Ad hæc ait Natales Alexander laudatos Auctores poſt ſæculum octavum floruiſſe, nullumque fuiſſe ante id temporis, qui de Hiſpanica Jacobi profectione ne verbum quidem proferret. Hercule totam litem cum Natali nunc libro, & iiſdem rationibus, quibus Launojo S. Mariæ Magdalenæ in Gallias acceſſum oppugnanti reſpondet, ego



Digitized by Google

met respondebo, arma, & tela, quibus infligatur, ipse ex suo armamentario suppeditabit.

Dico hoc argumentum esse futile; quia negans. Perperam ex silentio Auctorum veterum infert Natales S. Jacobum numquam in Hispaniam appuliſſe: ut diffusius in cap. de Critices regulis ostendi, nec semper falsum existimandum est quod à coevis, supparibus, & veteribus Scriptoribus tacetur. An quia nullus ante sæculum sextum S. Mariæ Magdalenæ adventum in Gallias meminerat Auctor, sicut Launojus Scriptor etiam Gallus objecerat, Natales hoc auctorum veterum silentio commovebatur, ut ir Launoji sententiam negantem abiret? minime profecto: sed in sua differt. 17 sæculi primi ait: *In veteri Historia Ecclesiastica nullum est hujus rei, & appulsus sanctarum sororum cum fratre in Provinciam testimonium, sed illius est testis Ecclesiarum provinciæ traditio, iis fulta monumentis, quæ simul sumpta non levis ponderis sunt, & quibus nihil est in historia Ecclesiastica, quod expresse repugnet ..... utut est Ecclesiarum Provinciæ traditionem solicitare nolui, ubi de S. Maria Magdalena agendum fuit: ut has partes susciperem effecit abhorrens à novitate indoles, & quod Catholici, ac Religiosi Theologi officium esse duxerim traditiones Ecclesiarum, ubi de illarum originibus agitur, sequi potius, quam evertere.*

Itaque si hæc est Ecclesiarum Hispaniæ traditio certa, & immemorialis, sicut ait Cardinalis de Aguirre, Jacobum in Hispaniam se contulisse gentibus prædicatum, quam post Pium V. & ante Urbanum VIII. Clemens VIII. in Breviario Romano asseruerat, & probaverat; qua indole à novitate quidem abhorrente, quo officio Catholici, ac Religiosi Theologi hanc Ecclesiarum traditionem monumentis etiam fultam, quæ simul iis sumpta sunt non levis ponderis, evertit Natales? Festucam in alienis Hispanorum oculis videt, trabem in suo non videt, in Hispanis incusandum reperit, quod in suis laudandum existimat. Proh Catholice, & Religiose Theologe! Nullum quidem-

Digitized by Google

Auctorem ante ſæculum octavum de illa profectione ſcripſiſſe invenimus ; aſt ex Honorio Auguſtodunenſi, Iſidoro Hiſpalenſi, & aliis, qui Eccleſiaſticorum Scriptorum catalogum texuere, quamplurima veterum opera, & tempus, & fortuna nobis eripuit ; præſertim Gentilibus, Gothis, Alanis, Suevis, Saracenis tandem ferro, & flamma Hiſpaniam vaſtantibus, celeberrima Eccleſiarum, Monaſteriorumque chartophylacia igni devoventibus. Fortaſſe hanc Hiſpaniarum traditionem aſpiciens Ambroſius Gardeboſch homo Gallus collegit *quamvis non ſit certum S. Jacobum veniſſe in Hiſpanias probabilius tamen eſſe ipſum veniſſe.*

Calliſtus II. ſerm. 1. in Vigil. S. Jacobi, & in literis ſuis Apoſtolicis Hiſpaniarum traditionem confirmat: *Jacobus vero tonitruavit, Domino ei præcipiente in omni Judæa, & Samaria, & uſque ad ultimum terræ Galleciæ.* Natales Alexander Calliſti narrationem ſuppoſititiam judicat ex alia Loaiſæ narratione, quam ego quoque ſpuriam, & falſam judicabo. Calliſti hæc opera inveniuntur in Bibliotheca Collegii Balliocenſis in Oxonia, in Bibliotheca Collegii S. Benedicti Cantabriæ, & Baſilicæ S. Petri. Non obeſt ſilentium Labei in literarum Calliſti collectione: Labeus quippe inter hujus Pontificis Epiſtolas etiam illius non meminit, quam ille ad Compoſtellanum Epiſcopum ſcripſit Metropolitani jura in eum translaturus ; nec etiam alterius ad eundem, quam Calliſtus ipſe in Ep. 33. ad Bernardum Toletanum Epiſcopum à ſe datam refert. Labeum quamplurima Romanorum Pontificum decreta, ac literas prætermiſiſſe teſtis eſt Nicolaus Colletus tom. 1. ſupplementi Labei in præfatione ad Leonis III. vitam, ac decreta. Combefiſius, qui octo magnis voluminibus digeſſit per feſtos dies anni Patrum homilias de S. Jacobo quatuor orationes Calliſti II. invenit, necnon unam Nicetæ Paphlagoniæ. Clemens VI. natione Gallus, profeſſione Monachus Benedictinus anno ſeptimo ſui Pontificatus 15 Kalendas Novembris ad Alphon-

Digitized by Google

sum Castellæ, & Legionis Regem literas misit, in quibus Sanctissimus Pontifex ait: *Numquid B. Jacobus, per quem Hispaniis Euangelicæ veritatis lumen resplenduit, & sacri baptismatis innotuit Sacramentum in Hispaniis ortus est?* luculentissimum hoc testimonium Clementis, quod Natalem, & gregales suos fugit, Odoricus Raynaldus Congregationis Oratorii, & dignissimus Cardinalis Baronii continuator refert ad annum Christi 1348.

Natalis Alexandri, Tillemontii, aliorumque nobis viritim adversantium argumenta validiora inspicere, ac solvere jam necesse est. Profectio Jacobi in Hispaniam Apostolorum actibus meridiana luce repugnat, opponunt illi; nam Apostoli dispersi non fuerant ante secundam persecutionem, quæ ab Herode mota est contra Ecclesiam, cum occiso Jacobo, Petrum detrusit in carcerem, de qua persecutione legitur Act. 12.; siquidem in prima persecutione, qua lapidibus obrutus est Stephanus, Apostoli dispersi non sunt, sed soli Discipuli. *Facta est autem in illa die* Ex act. 8 *persecutio magna in Ecclesia, quæ erat Hierosolymis, & omnes dispersi sunt per regiones Judææ, & Samariæ præter Apostolos.*

Firmatur adhuc eorum sententia; nam ex Actuum 10. & 11. constat ante Cornelii Centurionis ad fidem conversionem Apostolos Gentibus non prædicasse: Petrus in ea visione, qua in linteo magno quatuor initiis submisso de Cœlo in terram, erant omnia quadrupedia, & serpentia terræ, & volatilia cœli, adhuc ad gentes ibi figuratas accedere verebatur, donec in veritate comperit, quia non est personarum acceptor Deus: & post ipsam Cornelii ad fidem conversionem in cap. 10. veluti quid novum Apostolos, & fratres, qui erant in Judæa, audiisse constat, quoniam & gentes receperint verbum Dei: post Cornelii baptisma eodem tempore ex cap. 12. Herodes Rex misit manus, ut affligeret quosdam de Ecclesia, & occidit Jacobum fratrem Joannis gladio: igitur Jacobus antea ad gen-

Digitized by Google

tes non acceſſerat : firmitatem argumento etiam addunt Tharſeas, & Apollonius Martyres apud Euſebium : *Tanquam ex veteri traditione corſiat Dominum Apoſtolis ſuis præcepiſſe ne intra duodecim annos Hieroſolymis excederent*: idem innuit Clemens Alexandrinus a Scheltrato reſtitutus: *Poſt duodecim annos egredimini in mundum, ne is dicat, non audivimus.* Et Chriſoſtom. in editione Etonenſi Savelii, & noviſſima Pariſienſi Monfoconi : ergo ſi Apoſtoli ex Domini præcepto Hieroſolymitanam Eccleſiam ante duodecimum annum non reliquerunt, Jacobus, qui in ſecunda perſecutione ab Herode Rege facta ante illum duodecimum annum occiſus fuerat, ad Hiſpaniæ gentes proficiſci non poterat. *Lib. 5. hiſt. Eccleſ. cap. 18.* *Lib. 6. Stromat.* *Hom. 70 in Matth.*

Id eſt validiſſimum adverſariorum argumentum, cui adeo fidunt, ut totam litem decidere videantur, aliis tamen non id eſt, ut timeant, fugiant, aut vereantur. Ubinam ſcripturæ eſt evidens Apoſtolos ante ſecundam perſecutionem ad gentes non acceſſiſſe prædicaturos ? Ex Matthæi Euangelio Dominus poſt ſuam è mortuis reſurrectionem Apoſtolis ait : *Euntes ergo docete omnes gentes baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti*: in prima perſecutione magna omnes quidem diſperſi ſunt præter Apoſtolos ; ſed non ſequitur eos uſque ad ſecundam ab Herode illatam omnes Hieroſolymis remanſiſſe ; imo ex eadem Scriptura, & hiſtoria oppoſitum facile eſt demonſtrare: Perſecutio ab Herode facta eſt anno quadrageſimo primo Eræ vulgaris, & poſt undecimum ſtatim à Chriſti paſſione, quo tempore omnes Apoſtoli non erant Hieroſolymis, imo & multo antea ibi non erant anno quarto à Domino paſſo : nam Natales contra Calvinum ait, quod etiam tenent alii, converſionem S. Pauli ad primum annum à Chriſti morte eſſe referendam ; & Paulus ipſe teſtatur ſe poſt annos tres Hieroſolymam veniſſe videre Petrum, videlicet anno quarto poſt Chriſti paſſionem, & alium Apoſtolorum vidiſſe neminem niſi Jacobum fratrem Domini : ſi ibi eſſent Apoſtoli omnes, ſi nondum in- *Cap. 28.* *Prop. 3. diſſert. 13. ſecuſi 1.* *Ep. ad Galat. cap. 1.*

Digitized by Google

gentes dispertiti fuerant cur non eos invenit Paulus, & non invenit charitatis viscеribus, & amore fraterno congratulaturus?

Hinc etiam non male conjectant aliqui Apostolos in gentes abiisse Euangelium iis nuntiaturos ante Cornelii conversionem, quæ contigit anno quarto à passione Domini; & quinto Petrum Antiochiam venisse, & Antiochenam fundasse Ecclesiam; aiunt huic sententiæ non esse alienum M. P. Augustinum: *Tunc enim magna quæstio inter Judæos, & gentes versabatur, id est inter eos qui de gentibus crediderant, utrum Euangelium ministrandum esset incircuncisis, erat inde magna, cum mittit Cornelius.* Igitur si ante illam cunctationem gentes crediderant, Apostolos prædicantes quidem audierunt. Verum cum hæc quæstio inter Judæos, & gentes, quæ ex Parthis, aut Medis, aut Elamitis, Ægyptiis, Romanisve, aut Proselytis Pentecostes die Hierusalem commorabantur, & conversæ fuerant, ibique adhuc remanserant, fortasse exoriretur, Apostolis ultra Judæam nondum abeuntibus: potius dicam post Cornelii conversionem Apostolos gentium regiones peragrasse, Jacobum id temporis Hispaniam adventasse; unde rediit Hierosolymam; ibique extabat cum Herodes Ecclesiam afflixit, & posuit ut apprehenderet & Petrum; quippe ab anno trigesimo tertio eræ vulgaris, & trigesimo septimo à vera Christi Nativitate, quo Cornelius fidem susceperat, & neminem Apostolorum præter Jacobum, & Petrum, & Joannem viderat Paulus, usque ad quadragesimum primum eræ vulgaris, quo Herodiana persecutio incepit, Jacobo non deerat tempus, ut in Hispaniam se conferret, indeque in Hierusalem sese iterum reciperet.

*Serm. 99. cap. 12. & serm. 266. §. 6.*

Nec obstat quod scriptura in Act. cap. 12. postquam enarravit Spiritum Sanctum in Cornelium descendisse, & Apostolos Deum glorificantes, dicentesque: ergo & gentibus pœnitentiam dedit Deus ad vitam, ex Judæa ad illas accessisse; statim in cap. 12. incipiat: *Eodem tem-*

Digitized by Google

*pore misit Herodes Rex manus ut afflligeret quosdam de Ecclesia, & occidit Jacobum*, veluti nullum supradictum tempus esset Jacobo in Hispaniam profecturo, indeque in Hierusalem redituro. Non obstat quidem: namque Natales in Dissert. 16 sæculi 1. ait juxta sacros Interpretes solemnem esse Scripturæ morem, ut plerunque res tempore dissitas, immediate subnectat, ac velut una serie recenseat. Aft non adeo una serie, & immediate in cap. 11. & 12. Cornelii conversionem, gentium prædicationem, & Ecclesiæ persecutionem Lucas recensuit, ut expresse inter hanc, & illam non describeret, & annum, quo integro Barnabas, & Paulus conversati sunt in Ecclesia Antiochena postquam de Cornelio baptisato glorificatus est Dominus, quanvis etiam alios annos ipse Lucas taceret, quos certe effluxisse opus erat iis, quæ eodem cap. 11. ante persecutionem narrantur, peragendis. Hinc quoque jam ruit traditio Apollonii, Tharseæ, Clementis Alexandrini, & Chrisostomi cum Eusebio, & ceteris Patribus opponatur: nec amplius in Scripturæ argumeto fas est immorari.

Aliud argumentum historicum, cujus robore non minus nos fatigare intendunt, in medium proferunt ex controversia, quæ mota est inter Archiepiscopos Toletanum, & Compostellanum de jure Primatus in Concilio IV. Lateranensi sub Innocentio III. Compostellanus Toletano parere recusabat, suæ Ecclesiæ antiquitatem, & nobilitatem magnifice prædicabat: à S. Jacoco utranque arcessebat; quod Jacobus Hispaniam fide instruxerit, ejusque corpus Compostellæ requiescret: ex adverso Rodericus Ximenes Archiepiscopus Toletanus Ecclesiæ suæ jura coram Romano Pontifice Innocentio III. viritim his dictis propugnabat: *Si inducat etiam Compostellenus Antistes Divini verbi prædicationem, & plurimorum conversionem ad Christi fidem in Hispania per Jacobum Apostolum factam, qui divinam pagin in noverunt testimonium perhibeant: ego tantum legi ei datam fuisse potestatem prædicandi in Hispania; sed interim cum per Judæam, & Sa-*

Digitized by Google

*mariam divinam legem seminaret, sub Herode Hierosolymis truncato capite exhalavit animam, & Domino reddidit. Quomodo ergo ibi prædicavit, quo nondum ingressus?* Additque Toletanus Antistes se nihil de S. Jacobi prædicatione ab eruditis audivisse, sed à piis tantum mulieribus, cum adhuc junior esset: & Ecclesiæ Compostellanæ antiquitatem centum annos non excedere, cum Callistus Papa ad instantiam Principis, & populorum Hispaniæ Metropoliticum jus antiquæ, & celeberrimæ civitatis Emeritensis Compostellam transtulit. Hæc omnia Rodericus coram Patribus urgebat ex Garcia Loaisa.

Hæc historia a Loaisa quidem narratur, & primo edita est, postea à Binnio, Labeo, ac Harduino. Eminentissimus tamen Aguirre, Marchio Mondexarensis, & alii rerum Hispaniæ diligentissimi Scriptores falsam, suppositiam, à Loaisa in suæ Ecclesiæ obsequium confictam existimant, ac probant; cum nullus conciliorum collector ante Loaisam ejus concertationis meminerit. An inter miles fabulas Rodericus Toletanus Hispaniæ traditionem judicaret, quam suamet Ecclesia in Breviario, & officio divino recitando susceperat? Quot miraculis à Deo Toletanum illud Breviarium, in quo Hispanica S. Jacobi profectio quotannis colitur juxta ipsum Rodericum, non fuit susceptum, & firmatum? Fatetur ille: cum Regina Constantia, quæ erat de partibus Galliarum Alphonsum conjugem suum rogaret, Romam ad Gregorium VII. legatum mitteret, ut in Hispaniis, omisso Toletano officio ab Isidoro, & Leandro Pontificibus instituto, aut correcto, Gallicum, seu Romanum servaretur. Gregorius ad Regis preces misit Ricardum Abbatem S. Victoris Marsilienſis, ut Ecclesias Hispaniæ perturbatas Ecclesiastico moderamine componeret. Ast Ricardus in quibusdam minus caute processerat, quapropter ab Urbano II. qui Gregorio VII. successerat, legatione fuit privatus, ac revocatus.

*Tom. 1. Conc. Hisp.*

*Lib. 6. de reb. Hisp. cap. 25. & 26.*

*Ante revocationem Clerus, & populus totius Hispa-*

*nia*

Digitized by Google

*niæ turbatur, quod Galliarum officium ſuſcipere à Legato, & Principe cogeretur, & ſtatuto die, Rege, Primate, Legato Cleri, & populi maxima multitudine congregatis fuit diutius altercatum, Clero, militia, & populo fortiter reſiſtentibus ne officium mutaretur, Rege à Regina ſuaſo contrarium minis, & terroribus intonante. Ad hoc ultimo res pervenit, militari pertinacia decernente, ut hæc diſſenſio duelli certamine ſedaretur. Cumque duo milites fuiſſent electi unus à Rege, qui pro officio Gallicano, alter à militia, & populis, qui pro Toletano pariter decertarent, miles Regis illico victus fuit, populis exultantibus, quod victor erat miles officii Toletani. Sed Rex adeo fuit à Regina ſtimulatus, quod à propoſito non diſceſſit duellum judicans jus non eſſe. Cumque ſuper hoc magna ſeditio in militia, & populo oriretur, demum placuit, ut liber officii Toletani, & liber officii Gallicani in magna ignis congerie ponerentur, & indicto omnibus jejunio à Primate, Legato & Clero, & oratione ab omnibus devote peracta, igne conſumitur liber officii Gallicani, & proſiliit ſuper omnes flammas incendii, cunctis videntibus, & Dominum laudantibus, liber officii Toletani illæſus omnino, à combuſtione incendii alienus.* Hæc ſunt ipſius Roderici verba ex ſuo libro tranſcripta. Videat Natales, & ceteri quomodo, quove ritu miraculorum, præter Eccleſiæ indultum, Breviarium Toletanum Iſidori ſit approbatum, quod nullius auctoritatis exiſtimant ad Jacobi adventum probandum.

Igitur creditu non eſt S. Jacobi in Hiſpanias adventum ab Archiepiſcopo Toletano Roderico inter mulierculares fabulas eſſe ſupputatum, cum ejus Eccleſia, & ipſius Breviarium tot prodigiis, ac portentis veritatem illam nuntiantibus, teneat, & ſequatur. Præterea codex ille Eccleſiæ Toletanæ, unde Garcias Loaiſa Concilium Lateranenſe tranſcripſit & mendis, & falſitatibus ſcatet. Concilium Lateranenſe ex Abbate Uſpergenſi, qui id temporis floruit, anno 1215. in menſe Novembris fuit con-



Digitized by Google

vocatum, adunatum, & celebratum. Collector vero Hispanus octavo Idus Octobris ait Patres in Laterano simul convenisse, neutro tempore Romæ adesse poterat Rodericus, cum in Hispania tunc esset, ut ex subscriptionibus ab ipso factis demonstrat Clarissimus Marchio de Mondexar. Ipse addit Rodericum coram Patribus ad Teutonicos, Anglos, Gallos, Hispanos, & Navarros propriis uniuscujusque nationis linguis concionem habuisse: cum ceteri Collectores Innocentium III. Concilii Præsidem bis sermonem in initio instituisse tantum ferant. Quid tot diversorum idiomatum orationes? An Romani Pontificis esset Interpres Rodericus, qui ignaris sententias explanaret? mirum quidem quod cœtus tot Patrum, tot Oratorum, tot Legatorum, quos sapientia, rerumque peritia decorabat, Roderico Interprete indigeret.

In eodem codice Bibliothecæ Toletanæ à Loaisa edito, & in fine Concilii Lateranensis à Labeo transcripto legitur Rodericum coram omnibus Patribus dixisse. *Absit ut propter gloriam hujus* (Toletanæ Ecclesiæ) *Primatus asseram corpus Beatissimæ Virginis, quod firmiter credimus in cœlestibus cum Domino glorioſum esse in Ecclesia Toletana fuisse aliquando sepultum.* Fabulam quidem sapit Rodericum Toletanum Archiepiscopum virum omnigena scientia præditum, & Scripturam & Patrum traditionem, quæ nostræ fidei est regula, eo ignorasse, ut in medio Ecclesiæ ex universo orbe congregatæ piam sententiam de corpore Beatissimæ Virginis in cœlos assumpto ad fidei firmitatem advocaret, cum nec in Scriptura, nec in Patrum traditione, nec in aliquo Ecclesiæ judicio stabiliretur. S. Ildefonsi Archiepiscopi etiam Toletani, ac sui prædecessoris sermonem 6, qui cum aliis apud Toletum servabatur, & recitabatur, eruditissimus Antistes Rodericus non semel legeret ubi Ildefonsus ait: *Nec sane illud omittere debemus, quod multi pietatis studio libentissime amplectuntur, eam hodierno die à patrio suo Domino nostro Jesu ad cœli corporaliter sublevatam palatia. Qui*

Digitized by Google

*licet pium sit credere, à nobis tamen non debet affirmari, ne videamur dubia pro certis recipere. Verum enim hoc sit, necne, nos tamen credere convenit eam Filio suo in cœlestibus conregnare.* Ex his igitur falsa, suppositicia, & ficta est enarratio Toletani codicis, quem Garcias Loaisa prælo jussit extorqueri.

Tertio objiciunt: in Martyrologio Romano de adventu Jacobi in Hispaniam nihil legitur: die 25. Julii passio tantum sub Herode Rege recitatur, ejus ossa eodem die in Hispaniam fuisse translata, quæ celeberrima gentium veneratione, & frequenti concursu religionis, & voti causa illuc accedentium pie coluntur: rem ne scitu dignissimam taceret, & Hispano populo maxime commendandam? Respondeo ex Martyrologii silentio minime Hispanicam Jacobi expeditionem fore renuendam; utpote quod loca, ubi passi sunt Sancti, & viam universæ carnis ingressi, ac ubi populorum frequentia eos colere consuevit, plerunque commemoret. Et quot Sanctos Ecclesia cultu prosequitur, qui in eodem Martyrologio minime reperiuntur? Nec illius silentium est causa cur debitus cultus non expendatur. S. Theotonium, ut ceteros omittam, primum Priorem Sanctæ Crucis Colimbriensis in Martyrologio Romano non invenimus, qui tamen in antiquis Breviariis Bracarensi, & Eborensi legitur, ac Canonici Regulares S. Genovefæ in Gallia, Lateranensesque de eodem proprias habent lectiones ipsius festivitatem celebraturi: tandem nuper Sanctissimus D. Benedictus XIV. ad preces Felicissimi Joannis V. Fidelissimi Lusitaniæ Regis concessit, ut in omnibus Regni ejusdem dominiis officium proprium ab ipso Sanctissimo Domino compositum cum Missa sub ritu duplicis majoris ab omnibus Christi fidelibus, qui ad Horas tenentur Canonicas, recitaretur: igitur Martyrologii silentium imbelle argumentum est, cum aliunde rationes adducantur. Et licet in Romano Martyrologio Jacobum Hispaniam adventasse non tradatur, in aliis Martyrologiis Antisiodo-

Digitized by Google

rensi, & antiquis Gelonensi, & Blumano innotescit.

Cap. 15. Tandem objiciunt: Apostolus Paulus scribens ad Romanos ait, & in Hispaniam se profecturum, & prædicasse Euangelium non ubi nominatus est Christus: hæc Epistola juxta Origenem fuit Corintho scripta anno Eræ vulgar. 57, quo tempore jam Jacobus ab Herode occisus fuerat: ergo in Hispania, quo proficisci promiserat, nondum id temporis per Jacobum Christus fuerat nominatus, nec nuntiatus. Tillemontius ex hoc argumento expeditionem Jacobi Hispanicam evidenter falsam colligi enuntiat; sed falsitatis evidentia non adeo clara est, ac nota, ut adversariorum mentes rapiat, aut eliciat assensuras. Verum respondetur: Apostolus Paulus ad Romanos non scribit se prædicaturum Euangelium non ubi nominatus est Christus, & Hispaniam profecturum, veluti ibi nondum fides esset nuntiata: sed Romanis ostendit se esse Ministrum Christi Jesus in gentibus sanctificantem Euangelium Dei, ut fiat oblatio gentium accepta, se usque ad illud tempus Euangelium nuntiasse gentibus, qui de Christo non audierant; quapropter Romam venire prohibebatur, eoque venturum, cum præteriens Hispaniam proficisceretur.

*In nota 6. ad S. Jacob.*

Et Apostoli sensum non esse se prædicare Euangelium, nisi ubi Christus nondum esset nuntiatus, ex ipsamet Pauli historia, & ipsius vita in Epistolis manifestum est. Paulus quippe Romæ Euangelium replevit, ac nuntiauit, quo tempore jam Romam venerat Petrus, qui juxta PP. primus Romanis Fidei veritatem tradiderat: ait Theodoret. *Primus eis* (Romanis) *magnus Petrus doctrinam Euangelicam præbuit.* Ipsamet Epistola ad Rom. in argumentum adducta statim in cap. 1. testatur Romæ fuisse Christianos, imo & Ecclesiam amplam, & florentem antequam Paulus eo veniret. *Omnibus, qui sunt Romæ, dilectis Dei, vocatis Sanctis . . . primum quidem gratias ago Deo meo per Jesum Christum pro omnibus vobis, quia fides vestra annuntiatur in universo mundo.* Epi-

*In cap. 1. ad Rom.*

Digitized by Google

ſtola fuit ſcripta anno 57 Eræ vulgaris, & Petrus 42. ineunte Eræ vulgaris, & ſecundo Claudii anno Pontificalem Sedem Romæ collocaverat, Euangelii veritate Romanos inſtruxerat. Igitur S. Paulus Romæ prædicavit, ubi jam Chriſtus à Petro erat nominatus, cur poſt Jacobum in Hiſpaniam profectum ibi Euangelium non traderet? Omitto alias quamplurimas reſponſiones, quas alii adhibent. Igitur poſito adventu S. Jacobi in Hiſpaniam, ejuſque prædicatione, opus non eſt Beatiſſimæ Virginis apparitionem eidem Apoſtolo factam Cæſarauguſtæ templum de columna condituro pugnare, quam Sanctiſſimus Dominus Benedictus XIV. dixit admodum improbabilem. *Lib. 4. part. 2. cap. 10. n. 17.*

## CAP. II.

### *De Viris Illuſtribus, qui I. ſæculo Religionem Chriſtianam in Luſitaniam adtulerunt.*

### §. I.
### *De S. Paulo.*

MAgna Luſitaniæ, & totius Portugaliæ eſt gloria, quod Jacobi Apoſtoli pedibus conculcata ſit, & ſtatim ab Euangelii prima prædicatione præcipue Dominum profiteretur. Portugaliæ quoque, utpote quæ vera Hiſpaniæ portio eſt, maximum gloriæ aſſurgit incrementum, quod in Hiſpaniam Apoſtolus Paulus non tantum proficiſci promitteret; verum & ex Patribus proficiſceretur, ac adveniret, cujus doctrina facile in Luſitaniam, ubicumque Hiſpaniæ extiterit, per diſcipulos permearet. Emmanuel Pereira da Sylva Leal Regius Academicus Paulum in Egitania Chriſtum prædicaſſe exiſtimat: inquit ille: Egitania Romanorum erat municipium: conjectandum igitur eſt Paulum illuc acceſſiſſe, cum etiam ibi lapidea inſcriptio inventa fuerit, quæ Dianæ à Probo regionis Dynaſtæ fuerat erecta, & ex Græcorum Meno- *In Ep. ad Rom. cap. 15.* *In lib. de Egitanienſi Eccleſie p. 1. t 1. cap. 3.*

Digitized by Google

logio ad 23 Septembris constat Apostolum in Hispania Polixenam, Xantipen, ac Probum convertisse, non alibi infert Hispaniarum esse commoratum, quam Egitania. Sed quam parum firmum sit illius sententiæ, seu conjectationis fundamentum! Emerita erat Romanorum Colonia, Romani juris, Bracara Augusta eodem jure fruebatur, Olysipo etiam Romanorum erat municipium, Bracara erat Conventus juridicus: quare potius ex ea ratione Paulum in Egitaniam, quam alteram Civitatem se contulisse conjectabimus: nec Probianæ inscriptionis lapis conjectando est signum fundatum Probum illum esse, quem Paulus ad fidei veritatem redegit, nec apud veteres Auctores exactiores, qui Lusitaniæ Romanorum Colonias, municipia, & stipendiarias Civitates descripserunt, inter quos etiam est Plinius, de Egitania Romanorum municipio ulla est mentio. Itaque quo loco Hispaniarum pedes fixerit Paulus incertum sit, Hispaniam tamen venisse tradunt Patres, & ibidem Polixenam, & Xantipen Apostolorum discipulos floruisse non tantum Græcorum Menologium, verum & memorat Romanum Martyrologium ad diem 23 Septembris: S. Joannes Chrysostomus ait: *Cum igitur biennium Romæ exegisset in vinculis* (S. Paulus) *dimissus est, & in Hispaniam profectus, invisit illic Judæos quoque*: S. Hieronymus de S. Paulo scribit: *In Hispaniam alienigenarum portatus est navibus*: idem affirmant Athanasius, S. Cyrillus Jerosol. S. Epiphanius, Theodoretus, & S. Gregorius Magnus. Ast Gelasius Papa apud Gratianum ait Paulum *cum ad Hispanos se promisisset iturum dispositione divina majoribus occupatum, ex causis implere non potuisse, quod promisit*, Gelasii tamen dictum quamplurimi negant, utpote quod in nulla hujus Pontificis Epistola auctographa extat; & non immerito spuriam suspicantur, ac à Gratiano desumi, sicut ab ipsomet quamplurima alia falsa, & spuria pro veris, & auctographis suspiciuntur. Nec in facto historico, licet esset Gelasii sententia, tot Patrum in idem confluentiũ testimoniis derogaret,

*Lib. 4. cap. 21.* *Homil. 76. in Matthæum.* *In cap. Esaiæ 2.* *Epist ad Dracontium.* *Catechesi 17.* *Hæresi 27.* *In cap. 1. Epist. ad Philip.* *Lib. 31. Moralium cap. 22.* *Causa 12. q. 1. cap. Beatus.*

Digitized by Google

Alii quoque Pauli adventum negant ex celeberrima Apoſtolorum conſuetudine: cum ad provinciam aliquam accedebant, Eccleſiam conſtituebant, quæ ex ſuo Auctore famam inter Chriſtianos obtineret, & tanquam Apoſtolica commendaretur. Quis unquam in Hiſpania à Paulo fundatam Eccleſiam memoravit? Verum potuit Paulus non multum in Hiſpania commorari, adeoque non plurimos fide imbuere; hos ab Apoſtolo ita inſtructos in Eccleſiam ſub ſuo capite adunarunt, qui poſtea è Roma miſſi ſunt Presbyteri, ſive Epiſcopi. Nonne etiam id accidit Antiochenis, qui ad fidem converſi a viris Cypriis, & Cyrenæis, à Barnaba, & Paulo illuc verbi Dei cauſa confluentibus, poſtea ſub Petro in Eccleſiam adeo collecti ſunt, ut à Patribus Antiochenæ Eccleſiæ fundator Petrus aſſeratur? Prope immenſus Hiſpaniarum tractus ſub Paulo adeo raros haberet fideles, ut exiſtimari poſſet perinde, ac ſi nondum eſſent, iique inde primo conſtituti jure dicerentur ab iis, quos Romani Pontifices deſtinarunt, & regionibus illis, quas Paulus adiit, Eccleſias condiderunt.

## §. II.

## *De S. Petro.*

SUnt qui S. Petrum in Hiſpaniam noſtram peragraſſe dicant, Chriſtumque ibi notum effeciſſe, nec Pſeudochronicorum auctoritatem ſectantur, ſed Simeonis Metaphraſtis ſcriptis quæ Surius refert, & Innocentii I. Epiſtolæ ad Decentium maxime credunt. Hiſpaniæ me Hercule hanc felicitatem nollem eripere, ſed Metaphraſtis hiſtoria non tam bene apud Criticos auditur, ut fidem noſtram firmiter mereatur. Non tam Heterodoxi Auctores, Poſſevinus libro de templis, & Joſias Simlerus in Bibliothecæ Geſnerianæ Epitome eam nihili faciunt, ſed Bellarminus hæc ait: *Illud eſt obſervandum à Metaphraſte ſcriptas fuiſſe hiſtorias de vitis Sanctorum, multis additis ex proprio ingenio, non ut res geſtæ fuerunt, ſed ut* *Tom. 3. de vitis SS. Petri, & Pauli.*

*geri potuerunt*. Fortaſſe diſpliceat hæc cenſura Bollando in præfatione generali in vitas Sanctorum: nulla quidem apud veteres Scriptores mentio eſt de Petri in Hiſpanias adventu, ſicut de Paulo ſcripſerunt multi; & quod veteribus ignotum erat ſoli Metaphraſti ſæculo 9. ſub Leone ſapiente Imperatore apparuit? Præterea refert ille Petrum Sirmium Civitatem Hiſpaniæ veniſſe, quo in loco Epænetum Epiſcopum ordinavit, indeque ad Carthaginem Africæ Civitatem acceſſiſſe. Ubinam Hiſpaniarum Civitas Sirmii ſita eſſet, Hiſpaniarum Geographi ignorarunt, Sirmium in Panonia, ſive Hungaria fuiſſe notum ſit omnibus.

*Cap. 1. §. 3.*

Innocentiana quoque Epiſtola, qua gloriantur Hiſpanicæ Petri expeditionis aſſertores, non tam Petri adventum, quam doctrinam ibi obſervatam tradit, & commendat; in Hiſpaniis ait Petrum inſtituiſſe Eccleſias, quia Sacerdotes conſtituit, ac miſit, qui ibi gentes ad Euangelicæ veritatis ſemitam advocarent: en Innocentii verba: *Cum manifeſtum ſit in omnem Italiam, Gallias, Hiſpanias, Africam, atque Siciliam, Inſulaſque inter jacentes nullum inſtituiſſe Eccleſias, niſi eos, quos Venerabilis Apoſtolus Petrus, aut ejus Succeſſores conſtituerant Sacerdotes.*

Sane pervetuſta eſt Hiſpanorum traditio à Petro, & Paulo Apoſtolis ſeptem Epiſcopos ab Urbe Romæ ad inſtruendos noſtros populos fuiſſe miſſos, & demonſtrant auctoritate Gregorii VII. *Cum Beatus Apoſtolus Paulus* (alloquitur S. P.) *Hiſpaniam ſe adiiſſe ſignificet; ac poſtea ſeptem Epiſcopos ab Urbe Romæ ad conſtruendos Hiſpaniæ populos à Petro, & Paulo Apoſtolis directos fuiſſe, qui deſtructa idolatria Chriſtianitatem fundaverunt, Religionem plantaverunt .... veſtra diligentia non ignoret.* Sacerdotes iſtos ſeptem fuiſſe B. Jacobi diſcipulos ait Calliſtus II. qui cum eo ex Hiſpania Jeroſolymas perrexerunt; & corpus ejus poſt paſſionem per mare in Galleciam deportarunt; & cum ibi B. Apoſtoli corpus ſepeliiſſent Ro-

*Lib. 1. Reg. Ep. 64.*

*Lib. de S. Jacobo.*

Digitized by Google

Romam se contulerunt, ubi ab Apostolis Petro, & Paulo Episcopi ordinati Hispaniam missi sunt Dei verbum seminaturi. Eorum nomina fertur esse Torquatum, qui Accitanam Ecclesiam rexit, Cteſiphontem, qui Almerienſem, Secundum, qui Abulenſem, Indaletium, qui Urſitanam, Secilium qui Elliberitanam, Hesichium, qui Chartecenſem, denique Eufrasium, qui Illiguritanam moderatus est: de quibus etiam Martyrolog. Rom. Præter istos Sanctissimos viros primos Hispaniarum Prædicatores intra Portugaliæ limites duo etiam floruere viri Spiritu Sancto pleni, Apostolorum zelo fervidi, ac Euangelio veluti boni Christi milites collaborantes. Videlicet S. Petrus Bracarensis primus Episcopus, & Mantius primus Eborensis. *Ad diem 16. Maii.*

## §. III.
## *De S. Mantio.*

DE S. Mantio agunt Breviaria Bracarense, Burgense, Toletanum, Placentinum, Eborense, ac Canonicorum Regnlarium S. Crucis editum anno milleſimo quingenteſimo trigeſimo primo: Martyrologia quoque Gallesini, & Caniſii, Bedæ, Uſuardi, & Romanum. Traditio vetus majorum noſtrorum eſt, ut refert Jacobus Mænetius de Municipio Eborenſi, Mariana, ac Natales Alexander, D. Mantium ex Diſcipulis Domini fuiſſe natione Italum, & poſt primam, in qua lapidatus eſt Stephanus, perſecutionem diſperſis diſcipulis a Jeruſalem ante Jacobi in Hiſpaniam adventum Luſitaniam adventaſſe, Eboræque Sedem Epiſcopalem collocaſſe, quanvis ibi non ſemper remaneret; ſed univerſam provinciam Tranſtaganam, ac Ciſtaganam, quæ Extrematuram, ac Beirenſem complectitur, peragravit; & in utraque Euangelium nuntiavit: quapropter quidam cum D. Roderico da Cunha in catalogo Olyſiponenſium Epiſcoporum eum veluti regionarium Epiſcopum inter Olyſiponenſes memorant: ſed potius dicendum eſt, ac exiſtimandum Olyſipone, ſicut in ceteris provinciis *Ad diem 16. Maii. De revus Hiſpan. lib. 4 cap. 5. Diſſert. 21. ſæculi 3. art. 2.*



Digitized by Google

præter Eborensem prædicationis tantum causa fuisse commoratum. Hinc est cur Ebora prima omnium Lusitaniæ, imo, & totius Hispaniæ civitatum Euangelicam legem susceperisse ante Jacobi profectionem à quamplurimis merito celebratur.

Bollandistæ S. Mantii historiam in Eborensi Breviario conscriptam, & omnibus Lusitanis divulgatam in diem 21 Maii pluribus fabulis refertam asserunt. Mantium Sacerdotem negant, Christi fuisse discipulum non credunt, quod ejus nomen in discipulorum numero ab Auctoribus minime perlegatur: sæculo V. martyrio coronatum firmant nec alia de causa id referunt, nisi quod id temporis ejus corpus revelatum fuerit. Utinam in Bollandistarum actis aliæ non intermiscerentur fabulæ, quam quæ de S. Mantio apud Lusitanos narratur historia, & à majoribus accepta traditio. An Actorum Patres Protomartyrem Stephanum à Judæis lapidatum, & occiso sæculo primo, & anno primo à Christi passione negabunt, quod ejus corpus sæculo quinto anno quadringentesimo decimo quinto consulatu Honorii decies, & Theodosii sexies Augustorum inventum fuerit? infirmum quidem est argumentum à corporis inventione sancti cujusvis martyrium, & obitum legitimo jure inferre. Sacerdotem fuisse Mantium, & Christi discipulum est omnium nostrûm constans traditio, nec singulorum discipulorum Domini nomina sunt nota; ait Eusebius *septuaginta vero discipulorum vocabula nusquam quidem reperimus scripta.* Hinc etiam convincitur Tamajus, qui Mantium cum S. Memio confessore apud Chalonem in Galliis confundit, cum Mantius Galiis nusquam prædicaverit. Alius etiam est Mantius Eborensis, alius Cæsenatensis de quo Synodus Diœcesana Cæsenatensis sub Cardinali Denhoff Episcopo Cæsenatensi anno 1693: tandem de ejus Martyrio, vel Judæis, vel à Paganis illato alibi cum de persecutione hujus sæculi in Ecclesia Lusitana pertractabo: nunc de S. Petro Bracarensi Episcopo.

*Lib. 1. cap. 14.*

Digitized by Google

## §. IV.
## *De S. Petro Ratensi.*

DE S. Petro primo Bracarensi Episcopo agunt Breviaria Toletanum, Eborense, Bracarense, Tudense, & Canonicorum Regularium S. Crucis: in Martyrologio Romano legitur: *Bracaræ in Lusitania S. Petri Martyris ejusdem civitatis Episcopi.* In Concilio quoque Bracarensi 1. cujus veritas, & auctographia alibi vindicabitur, ejusdem apud Bracaram prædicatio, ac Episcopalis dignitas memoratur. Is fuit ex iis, quos B. Jacobus in Hispania ad fidem convertit, & ab eodem Apostolo Bracarensis Episcopus ordinatus est; non tantum Bracaræ, sed ultra in aliis, & Tarraconensis, & Lusitanæ provinciæ urbibus, & locis fidem prædicavit Petrus, ac plurimos ad eam adduxit. Apud D. Rodericum da Cunha legitur Epistola Hugonis Episcopi Portugalensis quam Losada ait se legisse in Archivo Monasterii S. Crucis, in qua Hugo ait S. Petrum fuisse origine Judæum, Malachiam seniorem primum, vel Samuelem juniorem dictum, filium Prophetæ Uriæ, & à D. Jacobo resuscitatum. Bollandistæ veluti fabulam hanc narrationem explodunt; & egomet etiam fabulam credo, utpote nullo fundamento stabilitam. Monasterii archivum adii, diligenter quæsivi, inter vetustissima manuscripta nullam Hugonis Portugalensis Epistolam reperi de S. Petri resurrectione, quanvis de aliis rebus ad ipsum Hugonem datas ibidem invenerim. Hæc Higueræ sapiunt figmenta ut in fine de Arte Critica adnotavi.

Bollandi continuatores scribunt S. Petrum nũquam extitisse primũ Bracaræ Episcopũ, sed certam tantum de Lucretio primo illius Urbis Episcopo inveniri notitiam: verum ex Concilio Bracarensi 2. ad an. Christi 561. quod à nemine scio inter spuria, & suppositicia numerari, satis evincuntur. Hæc sunt Lucretii verba, quæ male á Conciliorum editoribus assuta sunt Toletano primo; cum istud centum &

Digitized by Google

sexaginta saltem annos Bracarense II. præcederet; nam Leonis Magni Epistolam Toletani I. tempore nondum universalem moderantis Ecclesiam in Bracarensi refert Lucretius: *Credo* (inquit ille in Concilio Bracarensi II. ad Patres alloquens) *vestræ Beatitudinis Fraternitatem nosse, quia eo tempore, quo in his regionibus nefandissima Priscillianæ sectæ venena serpebant, Beatissimus Papa urbis Romæ Leo .·. per Turibium Notarium Sedis suæ ad Synodum Gallæciæ contra impiam Priscilliani sectam scripta sua direxerit. Cujus etiam præcepto Tarraconenses, & Carthaginenses Episcopi, Lusitani quoque, & Bætici facto inter se concilio regulam fidei, contra Priscillianam hæresim cum aliquibus capitulis conscribentes ad Balconium tunc hujus Bracarensis Ecclesiæ Præsulem direxerunt.* En ipse Lucretius alium nempe Balconium Bracaræ Episcopum anteriorem fatetur. In Toletani I. actis anno Domini quadringentesimo plusquam sæculum cum dimidio ante Lucretii Episcopatum fertur Paternum Bracarensem Episcopum fuisse ordinatum: quod satis est ut Bollandistis non sit certa notitia Lucretium primum Bracarensem Antistitem tantum reperiri.

S. Petri historiam etiam suppositiam arguunt iidem Bollandistæ ex Petri nomine, quod id temporis Judæis incognitum erat, utpote quod primum à Domino fuit inditum Apostolorum Principi: nec dum Sacerdotibus, aut Episcopis ordinandis, aliisve baptisandis mutare nomina erat consuetudo: quod argumentum adeo aliis placuit, ut in suæ sententiæ præsidium adferrent Hieronymum, qui ait: *Alterius nescio cujus Cephæ nescire nos nomen, nisi ejus, qui & in Euangelio, & in aliis Pauli Epistolis, & in hac quoque ipsa modo Cephas, modo Petrus scribitur.* Hieronymus quidem non alium Petrum, aut Cepham quam Apostolorum Principem in Euangelio, & Pauli Epistolis agnovisse fatetur; alium tamen præter Apostolum, & præter septuaginta Discipulorum collegium non denegat; cum ex Scriptura Petrum, & non alium à Paulo fuisse redargu-

Comment. in Ep. ad Gal. ad cap. 2.

Digitized by Google

tum oſtendere tantum conaretur. Nec in primo Eccleſiæ ſæculo ita erat incognitum, & aliis non inditum id nomen exiſtimabatur: nam Clemens Alexandrinus Apoſtolis vicinior, qui ſecundo ſæculo floruit Cepham à Paulo Antiochiæ reprehenſum alium prorſus à Petro Apoſtolo eſſe defendit, nec Clementis ſententiæ reſiſtit Euſebius, Chriſoſtomus, Hieronymus, & Gregorius Magnus ſua unuſquiſque ætate quoſdam Cepham a Petro Apoſtolo adhuc ſecernentes extitiſſe teſtantur, igitur non eſt adeo certum, quod addunt Bollandiſtæ Petri nomen ſoli Apoſtolorum Principi primo ſæculo fuiſſe impoſitum. *In 5. Hypotypoſeon lib. apud Euſeb. lib. 1. cap. 12.*

S. Petrus Bracaræ Chriſti Euangelium prædicavit, ubi Regis gentilis filiam, invocato Chriſti nomine à lepra mundavit, eamque cum Matre Regina baptiſmate ſacro regeneravit, Sacerdotes ibi inſtituit; inde Olyſiponem adveniſſe traditio eſt. Dum Ulyſſeæ novæ legis prædicandæ cauſa eſſet, fertur ab iis, qui Luſitaniæ Sanctorum acta deſcripſere Geneſium in ejus urbis Epiſcopum ordinaſſe, quapropter Illuſtriſſimus Cunha, aliique in Olyſiponenſes Præſules referunt, eumque fuiſſe aſſerunt, cujus Romanum Martyrologium à Sanctiſſimo D. Benedicto XIV. recognitum, ac emendatum habet commemorationem in die decima prima Octobris; Epiſcopali tamen dignitate inſignitum illum non tradit: imo ſolum Anaſtaſium in paſſione Geneſii ſocium Presbyterum nominat; quod quibuſdam non leve argumentum præſtitit, ut iſtum de quo agit Romanum Martyrologium, Olyſiponenſem Epiſcopum pernegarent. Verum D. Rodericus da Cunha in catalogo Olyſiponenſium Antiſtitum ait in plurimis Portugaliæ templis ejus imagines antiquas pontificalibus veſtibus ornatas religione coli, ac ſe ipſum quampluries vidiſſe, ac coluiſſe. Flavius Dexter, aut qui Dextri nomine falſo conſcripſit in chronico ſuo Geneſium ad annum tercenteſimum octavum refert, adverſus Luſitaniæ, quos cernere potui, exactiores ſcriptores: cui ſi credendum foret, à vero eſſet alienum, quod aſſeruerunt alii, videlicet Geneſium à D.

Digitized by Google

Petro de Rates Olyſiponis Epiſcopum fuiſſe conſecratum, cum à quadrageſimo quinto eræ vulgaris anno quo D. Petrus martyrio fuit coronatus uſque ad tercenteſimum octavum juxta Dextrum Geneſii paſſionis ducentos, ac ſexaginta tres annos effluxiſſe ſit certum, quos Geneſium vixiſſe non eſt creditu. Et quis neſciat Flavii Dextri chronicon tot fabulis contextum, ut jure ab eruditis omnibus ad Parthos transmittatur.

## §. V.

### *De S. Anaſtaſio Baſileo, & Geneſis.*

INter primos etiam Portugaliæ Apoſtolos S. Anaſtaſium Geneſii ſocium in paſſione, primum Colimbriæ Epiſcopum, & S. Baſileum memorant, cujus meminit Martyrologium Romanum ad diem Maii vigeſimum tertium. De Anaſtaſio agit Cardozo in ſuo Agiologio Luſitano, inter Jacobi diſcipulos eum refert, Colimbrienſique Eccleſiæ præfectum. Bollandiſtæ tradunt ultra quadraginta Martyrologia Baſileum Sanctorum Hiſpanorum albo adſcripſiſſe: pauca tamen eum primum Portugalenſis civitatis Epiſcopum floruiſſe commemorant. Qui Portugalenſium Epiſcoporum catalogum edidit D. Rodericus da Cunha, Baſileum omnium Portugalenſium Antiſtitum fuiſſe primum, ac D. Petro Ratenſi univerſæ carnis viam ingreſſo in Bracarenſi dignitate ſucceſſiſſe conſcribit. Tamajus in ſui Martyrologii notis lectionem Sacrorum Rituum Congregationis decreto ad Eccleſiam Placentinam firmatum adfert, in qua Bracarenſis ſecundus Archiepiſcopus fertur Baſileus. Verum in tanta antiquitatis caligine populorum potius manuducantur traditione, non tam ſcripta, quæ ferme non eſt plurima, ſed orali. Breviarii Bracarenſis antiqui ſilentium ad diem 23 Maii quandoque fateor me ancipitem reddidiſſe; nec facile ſuadebar Eccleſiam ſuum Epiſcopum in Sanctorum numerum relatum in officiis tacuiſſe: aſt aliud noſtrorum Canonicorum Regularium S. Crucis licet non ſit antiquius, ſed recens, dubium quodam-

Digitized by Google

modo tollere videtur, cum ibi ad diem 23 Maii inveniatur festum S. Basilei II. Archiepiscopi Bracarensis, quanvis lectiones proprias non habeat. Igitur de Genesio, Anastasio, & Basileo primo sæculo in Lusitania Episcopis certam non audeo proferre sententiam, quod de ipsis apud Auctores inveni, scripsi; nec adeo clara, & conspicua sunt monumenta, ut statim, & sine tarditate credantur.

## §. VI.
## *De S. Epitacio, & S. Hesichio.*

EPitacium primum fuisse Episcopum Emeritensem contendit Morenus de Vargas in Historia Emeritensis Ecclesiæ; Tamajus vero tom. 3. sui Martyrologii ad diem 23 Maii Tudensem indicat, & Ambratiæ passum in Lusitania, nec in catalogo Emeritensium Præsulum, quem descripsit ad diem 31 Martii, ejus meminit, sed à Martiali sæculo tertio incepit. In Hispania cum Basileo eodem die juxta Romanum Martyrologium diem extremum obiit; de ipsius Episcopatu quid certum proferre erubesco, cum non aliæ obveniant rationes, quam quæ ex suis Auctoribus fidem plurimam non merentur: Moreno, & Tamajo nova Pseudochronica antiquitatum copiosissimi sunt thesauri. De Hesichio apud Limam in sua Geographia Lusitana legi eum ad Pacem Juliam venisse, ibique Euangelium prædicasse: fortasse illuc accesserit; sed Episcopalem sedem non fixit, cum nimis constans Hispanorum sit traditio Carteiæ, hodie Algeziræ, Ecclesiam fundasse, & rexisse.

# CAP. III.
## *De Romanorum Imperatoribus Lusitaniæ imperantibus.*

NEc plurimum in Romanorum Imperatorum gestis immorabor; sed quæ ad Lusitanam Ecclesiam pertinere valeant, non est cur despiciam, & non enarrem: cum Ecclesiasticam historiam sine civilis, & profanæ

Digitized by Google

cognitione recte non fore explicandam viderint doctiſſimi viri, qui Eccleſiæ annalia deſcripſerunt. Octavius, qui poſtea Cæſar Auguſtus eſt appellatus, Antonio, & Lepido ſe conjunxit, & ita ſocietatem iniit, ut reipublicæ conſtituendæ Triumviri per quinquennium præeſſent; provincias inter ſe partiti ſunt: Antonius Galliam Ciſalpinam, & Tranſalpinam accepit, excepta Narbonenſi provincia: huic præfuit Lepidus cum Hiſpania: Cæſari Africa cum Sardinia, Siciliaque, & ceteris ejus ſitus inſulis obvenit. Poſtea totum Romanum Imperium interſe denuo partiti ſunt Cæſar & Antonius, adeo ut Hiſpania tota Cæſari cederet; quapropter in illius obſequium ſupputandi annos rationem, quem Eram alibi diximus, Hiſpani inſtituerunt. Cæſar Auguſtus cum exercitu Hiſpaniam venit Cantabros, Aſtureſque duas potentiſſimas gentes Romano Imperio parere detrectantes bellaturus, Luſitaniam adiit, & pacata Hiſpania, in Italiam jam rediturus, milites, qui ætatem militarem excedebant, & meriti erant apud Emeritam reliquit, indeque ait Iſidorus, & à ſuo nomine, & ab emeritis militibus Emeritam Auguſtam cognominari voluit. Ex Suetonio in Auguſto cap. 47. Provincias validiores, & quas annuis Magiſtratuum imperiis regi, nec facile, nec tutum erat, ipſe ſuſcepit: ceteras Proconſulibus ſorti-to permiſit: ex iis Provinciis, quas ſibi retinuit, Dione teſte lib. 53. fuere Tarraconenſis, & Luſitania, Bætica Senatui, Populoque Romano attributa, univerſam quippe Hiſpaniam, quæ in citeriorem; & ulteriorem dividebatur, in tres illas provinciias converterat.

Orbe pace compoſito, Auguſtus edictum tulit, quo univerſus orbis deſcriberetur, de quo Lucas. Joannes Epiſcopus Gerundenſis hoc edictum à Cæſare apud Tarraconem exiiſſe demonſtrat ex teſtimonio à majoribus tradito ex Romanis annalibus, ubi in calce edicti legi affirmat *Datum Tarraconæ.* Forte viderit apud alios, nec renuo; Gerundenſis Antiſtes edictum illud ita ſubſcriptum, quod in Romanis annalibus, aut Taciti, aut Suetonii, aut Dio-

*Cap. 2. Lib. 10. Paralip. Hiſ.*

Digitized by Google

Dionis non reperi. Unum tantum, & non plures cenſus ab Auguſto indictos eum credidiſſe exiſtimo, cum Cæſar tres in temporum varietate protulerit. Auguſtus, ait Sue-tonius: *Janum Quirinum ſemel, atque iterum à condita Urbe memoriam ante ſuam clauſum in multo brevioris temtoris ſpatio terra, marique pace parta ter clauſit*: primum poſt pugnam Actiacam, ſecundo poſt bellum adverſus Cantabros confectum, & tertio cunctis gentibus ab Oriente in Occidentem à Septentrione ad Meridiem, ac per totum Oceani circulum una pace compoſitis. Cenſus ille, de quo Euangelium, factus eſt juxta M. P. Auguſtinum, & alios Patres cum orbis univerſus ab Oriente in Occidentem, à Septentrione ad Meridiem, ac per totum Oceani circulum pacatus eſſet, & Cæſar Janum Quirinum clauſerit, Marcio Cenſorino, & Aſinio Gallo Conſulibus, anno ab Urbe condita ſeptingenteſimo quadrageſimo ſexto: quo tempore Auguſtus apud Hiſpanos jam non commorabatur; imo jam circiter quindecim anni effluxerant, ex quo Hiſpanicum bellum perfectum fuerat: cum anno ſeptingenteſimo vegeſimo ſexto ab Urbe condita, ex ipſo Oroſio, inciperet, & per quinque annos ageret, finiretque. Poſt Cantabricum Bellum in Hiſpania Jani templum Romæ clauſum fuit à Cæſare in ejus victoriæ memoriam; Hiſpania quidem pace tunc fruebatur, ſed de univerſo orbe pacato non conſtat: id temporis Tarraconæ ad Hiſpaniarum tantum gentes cenſendas edictum prolatum facile annuam, cum Cæſar Auguſtus provincias deſcribere, ac cenſere non ſemel conſueverit. Plinius deſcriptionis Italiæ meminit. Anno fere quadrageſimo Imperii Auguſti natus eſt Deus factus homo: Anno 752 ab Urbe condita, & ineunte tertio à vera Chriſti Nativitate, quo Auguſtus Conſulatum 13 egit, Luſitaniæ populi Lancienſes, & Igæditani gratulabundi in ejus perennem memoriam erexerunt lapidem, qui legitur apud Gruterum pag. 199. 3. Prænestino Kalendario.

*In vita Auguſti cap. 22.*

*Lib. 18. de Civit Dei cap. 46.*

*Lib. 4. cap. 9.*



Digitized by Google

IMP. CÆS. AUG.
PONT.MAX.TRIB. POT.XXI. COS. XIII.
PAT. PATR.
TERM. AUG. INTER LANC. OPP. ET IGÆDIT.

Poſt Verbum Hominem factum ſeptemdecim vixit annos, & apud Nolam animam efflavit. Ejus ætas magnorum ingeniorum fœcunda fuit; quapropter aureum Auguſti ſæculum paſſim ab eruditis celebratur: ejus memoria ab univerſis Hiſpanis adeo ſervata eſt, ut quamplurimæ Civitates ab ipſo cognominentur: in Luſitania Pax Auguſta, Emerita Auguſta, in Terraconenſi Bracara Auguſta, Lucus Auguſti, Porta Auguſta, hodie *Torquemada*, Cæſarauguſta, *Çaragoſa*, Auguſta Gemella.

Tiberius Cæſar Romanorum Imperator fuit poſt Auguſti mortem, Proconſulare Imperium, & Hiſpaniarum Regnum ſuſceperat anno Chriſti decimo quinto. Tiberii vero decimo quinto anno Imperii Proconſularis, & duodecimo Auguſtalis in Jordane Chriſtus à Joanne eſt baptiſatus: anno Imperii Auguſtalis decimo quinto, & Proconſularis decimo octavo cruci in omnium redemptionem affixus eſt. Sub Tiberio anno circiter trigeſimo ſeptimo à vera Chriſti Nativitate, & circiter trigeſimo tertio Eræ vulgaris Jacobus Apoſtolus Hiſpaniam venit, ibique Chriſti fides illuxit. Hiſpaniam per aliquot annos ſine Conſularibus Legatis geſſit, poſtea per Præſides, aut Prætores rexit. Ad Tiberium Olyſiponenſes Cives Legatos miſe-
*Lib. 9. cap. 9.* runt, ait Plinius, qui nuntiarent auditum, viſumque in ſpecu concha canentem Tritonem: hanc fabulam à veteribus facile creditam recentes poſtea Luſitani, imo & ipſi Olyſiponenſes teſtimoniis in medium productis tanquam veram reddiderunt: & marinos homines in littoribus prope Olyſiponem inventos enarrarunt, quos viderant, quibus placuerit apud Damianum de Goes Equitem Luſitanum in Olyſiponis deſcriptione.

Hiſpanorum animos ſibi devinctos habuit, qui legationem ad Senatum duxerant orantes, ut ipſi, ejuſque

Digitized by Google

Matri exemplo Asiæ templum conderent. Laudatu quidem dignum hoc factum, utpote quod Lusitanorum erga suum Principem amorem, ac benevolentiam maxime commendet, licet templi honores mortali homini tribuentes quam longissime fallerentur. Id Tiberius recusavit modeste respondens se esse mortalem, atque hominum officio fungi malle in animis illorum, quam templis coli. Qui sibi cultum arrogare noluerat, acceptis Pilati literis de Christi fama, miraculis, & resurrectione, ad Senatum detulit, ut Deorum numero Christus adscriberetur: ait Eusebius, & ante Eusebium Tertulianus: *Tiberius cujus tempore nomen Christianum in sæculum intravit, annuntiata sibi ex Siria Palestina, quæ illic veritatem istius Divinitatis revelarant, detulit ad Senatum cum prærogativa suffragii sui, Senatus quia non in se probaverat, respuit. Cæsar in sententia mansit comminatus periculum accusatoribus Christianorum.* Tandem cum viginti tres annos imperasset in Campania Villa Luculana ab humanis discessit. *Lib. 2. Hist. Eccles. cap. 2. Apologet. cap. 5.*

Tiberio successit Cajus Cæsar Caligula, & Romani Imperii habenas gessit: ejus tempore Herodes suasu Herodiadis incestæ fratris Philippi uxoris, pro qua Joannes Baptista truncatus est, ad Caji gratiam assequendam Romam adiit; sed ab Agrippa accusatus Tetrarchiam amisit; in Lugdunum primum relegatur, deinde ex annotatione Scaligeri in animadversionibus Eusebii, ut longius abesset à Patria, in Hispaniam exul venit, ubi uxore in fuga eum etiam comitante, diem obiit, sic ait Josephus; incertum tamen est, quo Hispaniæ loco sisteret; unde fabularum Sarcinatores eos existimo, qui Lusitania in nostra exilium egisse dicunt oppido, quod *Redinha* vulgus appellare consuevit. Sub ejusdem Imperio in Hispania primam lucem hausit Anæus Lucanus Poeta: cetera, quæ tunc per Lusitaniam, aut alias Hispaniarum regiones obvenerunt, Auctorum silentio prætermittuntur, nec monumenta extant, quæ ostendant. *De Bello Jud. lib. 2. cap. 9.*

Digitized by Google

IMP. CÆS. AUG.
PONT.MAX.TRIB. POT.XXI. COS. XIII.
PAT. PATR.
TERM. AUG. INTER LANC. OPP. ET IGÆDIT.

Post Verbum Hominem factum septemdecim vixit annos, & apud Nolam animam efflavit. Ejus ætas magnorum ingeniorum fœcunda fuit; quapropter aureum Augusti sæculum passim ab eruditis celebratur: ejus memoria ab universis Hispanis adeo servata est, ut quamplurimæ Civitates ab ipso cognominentur: in Lusitania Pax Augusta, Emerita Augusta, in Terraconensi Bracara Augusta, Lucus Augusti, Porta Augusta, hodie *Torquemada*, Cæsaraugusta, *Çaragoça*, Augusta Gemella.

Tiberius Cæsar Romanorum Imperator fuit post Augusti mortem, Proconsulare Imperium, & Hispaniarum Regnum susceperat anno Christi decimo quinto. Tiberii vero decimo quinto anno Imperii Proconsularis, & duodecimo Augustalis in Jordane Christus à Joanne est baptisatus: anno Imperii Augustalis decimo quinto, & Proconsularis decimo octavo cruci in omnium redemptionem affixus est. Sub Tiberio anno circiter trigesimo septimo à vera Christi Nativitate, & circiter trigesimo tertio Eræ vulgaris Jacobus Apostolus Hispaniam venit, ibique Christi fides illuxit. Hispaniam per aliquot annos sine Consularibus Legatis gessit, postea per Præsides, aut Prætores rexit. Ad Tiberium Olysiponenses Cives Legatos miserunt, ait Plinius, qui nuntiarent auditum, visumque in specu concha canentem Tritonem: hanc fabulam à veteribus facile creditam recentes postea Lusitani, imo & ipsi Olysiponenses testimoniis in medium productis tanquam veram reddiderunt: & marinos homines in littoribus prope Olysiponem inventos enarrarunt, quos viderant, quibus placuerit apud Damianum de Goes Equitem Lusitanum in Olysiponis descriptione.

*Lib. 9. cap. 9.*

Hispanorum animos sibi devinctos habuit, qui legationem ad Senatum duxerant orantes, ut ipsi, ejusque

Digitized by Google

Matri exemplo Asiæ templum conderent. Laudatu quidem dignum hoc factum, utpote quod Lusitanorum erga suum Principem amorem, ac benevolentiam maxime commendet, licet templi honores mortali homini tribuentes quam longissime fallerentur. Id Tiberius recusavit modeste respondens se esse mortalem, atque hominum officio fungi malle in animis illorum, quam templis coli. Qui sibi cultum arrogare noluerat, acceptis Pilati literis de Christi fama, miraculis, & resurrectione, ad Senatum detulit; ut Deorum numero Christus adscriberetur: ait Eusebius, & ante Eusebium Tertulianus: *Tiberius cujus tempore nomen Christianum in sæculum intravit, annuntiata sibi ex Siria Palestina, quæ illic veritatem istius Divinitatis revelarant, detulit ad Senatum cum prærogativa suffragii sui, Senatus quia non in se probaverat, respuit. Cæsar in sententia manst comminatus periculum accusatoribus Christianorum.* Tandem cum viginti tres annos imperasset in Campania Villa Luculana ab humanis discessit. *Lib. 2. Hist. Eccles. cap. 2. Apologet. cap. 5.*

Tiberio successit Cajus Cæsar Caligula, & Romani Imperii habenas gessit: ejus tempore Herodes suasu Herodiadis incestæ fratris Philippi uxoris, pro qua Joannes Baptista truncatus est, ad Caji gratiam assequendam Romam adiit; sed ab Agrippa accusatus Tetrarchiam amisit; in Lugdunum primum relegatur, deinde ex annotatione Scaligeri in animadversionibus Eusebii, ut longius abesset à Patria, in Hispaniam exul venit, ubi uxore in fuga eum etiam comitante, diem obiit, sic ait Josephus; incertum tamen est, quo Hispaniæ loco sisteret; unde fabularum Sarcinatores eos existimo, qui Lusitania in nostra exilium egisse dicunt oppido, quod *Redinha* vulgus appellare consuevit. Sub ejusdem Imperio in Hispania primam lucem hausit Anæus Lucanus Poeta: cetera, quæ tunc per Lusitaniam, aut alias Hispaniarum regiones obvenerunt, Auctorum silentio prætermittuntur, nec monumenta extant, quæ ostendant. *De Bello Jud. lib. 2. cap. 9.*

Digitized by Google

Cajo Cæsari Caligulæ anno sui Imperii quarto è vivis sublato à Prætorianis militibus suffectus est Tiberius Claudius Caligulæ patruus. Id temporis Jerosolymis excitata est ab Herode in Christianos persecutio, anno videlicet secundo Claudii, & quadragesimo primo Eræ vulgaris, in eaque persecutione Jacobus Zebedæi filius decolatus est, cujus corpus prout res, tempusque exegit, discipuli terræ occuluerunt latebris; postmodum à Sanctissimo Viro Ctesiphonte, & Sociis Coepiscopis ejusdem Apostoli discipulis in Hispanias missis anno Eræ vulgaris 46. navigio impositum sine regimine, absque naucleri juvamine, sola Dei manu ductrice traditur tunc Hispaniam appulisse ad Iriam Flaviam, ubi gentilis, & nobilis matrona Luparia degebat; appulit, & inde ab iisdem discipulis Compostellam translatum totius Hispaniæ, & ceterarum gentium frequentia colitur. De Translatione corporis S. Jacobi ab Jerosolymis ad Gallæciam circa annum 46. extat apud Aguirre testimonium vetustissimi Auctoris Anonymi ante 700 annos in Floriacensibus membranis descriptum. Anno Imperii nono Judæos Roma decreto coegit exulare; qui urbe pulsi etiam Hispaniam petiere, aliisque ibi jam à Jerosolymitana sub Nabucodonosore vastatione degentibus fuere adjuncti, & legis suæ ritus in Sinagogis observavere; quæ per Lusitaniam sedulo frequentabantur.

Post mortem Claudii Domitius Nero septemdecim annos natus accepit Imperium, atque initio optimi Principis speciem præbuit: Othonem, qui Galbæ postea in Imperio successit, ipsi charissimum, & omnium consiliorum, secretorumque participem, legatum in Lusitaniam misit, hancque provinciam ei tradidit moderandam, quam Marcus Silvius Otho Quæstorius in decem annos summa abstinentia, ac moderatione gubernavit. Quibusdam creditur à Nerone esse nominatos Neros, & Nerios populos, & Nerium promontorium, olim Artabrum in Gallæcia: verum id perperam asserunt: Strabo, qui Augu-

Digitized by Google

ſti, & Tiberii temporibus ante Neronem floruit ait: *Extremi incolunt Artabri circa promontorium, quod Nerium vocatur.* Certum igitur ſit non à Nerone promontorium, aut ipſius accolas nomen derivaſſe. In Chriſtianos per univerſas provincias perſecutionem excitavit Nero, quæ à Scriptoribus Eccleſiaſticis prima vocari ſolet, quia prima eſt, quam Ethnici Principes adverſus Eccleſias concitarunt; in eaque Petrus, & Paulus Romæ martyrio triumphum meruere.

Sergius Galba una cum M. Othone, & Vitellio Hiſpaniarum regnum obtinuit; inde Imperium arripuit, ut Neronis mortem comperit: illud menſibus circiter ſeptem tenuit donec ab Othone jugulatus eſt. Poſt ipſum Silvius Otho, qui Luſitanam Provinciam legatus adminiſtraverat, Imperator fuit ſalutatus, ſed breve fuit imperandi ſpatium: poſt tres Imperii menſes ſibi mortem ſponte intulit, quod Vitellium à Germanis militibus, quibus erat præfectus, Imperatorem cerneret conclamatum. Octo poſt Othonem menſibus Vitellius Romanum Imperium tenuit.

Veſpaſianus Flavius pace Hiſpaniæ gubernaculum geſſit, in tres fori conventus Luſitaniam diviſit, Emeritenſem., Pacenſem, & Scalabitanum; quomodo fere hodie correcturas appellamus: Emeritam jus petituri, & de controverſiis, quæ orirentur diſceptaturi conveniebant omnes qui Oram Vettonum incolebant. Pacem Juliam Algarbienſes, & Tagi accolæ; Scalabim, Santarenam vulgo, præſidium Julium, & Romanorum Coloniam Ciſtagani populi uſque ad Durium: Latii jus univerſæ Hiſpaniæ conceſſit: ex Plinio; quod erat, ut Romæ Hiſpanis, & petere Magiſtratus, & gerere honores communi Romanorum jure licuiſſet; non tamen ſuffragia ferre, honoreſve aliis decernere; & jus Latii dicebatur, quia Latinis prius, quam ceteris gentibus datum eſſet: Licet etiam poſtea Latinis, & ſuffragii in urbe ferendi, & Magiſtratus creandi jus poſtulatum concederetur, & pro Civi- *Lib. 3. cap. 4.*

Digitized by Google

bus Romanis pari jure haberentur : quod jus ad diſcrimen veteris Latii jus Civium Romanorum vocatur. Hiſpanis noſtris adeo fuit gratus , ut à nomine ejus Flavio Civitates etiam Flaviæ dicerentur , inter quas in Portugaliæ limitibus ſunt Aquæ Flavienſes, hodie *Chaves*. Sub id temporis floruit Dacianus Poeta , & Philoſophus Luſitanus apud Emeritam Luſitaniæ Metropolim natus , cujus meminit Martialis,quem Tamajus in Hiſpanico Martyrologio , & Cardoſo in ſuo Agiologio Martyrem ferũt ad diem Junii quartam:ſed ex Pſeudo Juliano martyrii Daciani hiſtoriã eos tranſcripſiſſe Bollandi enarrãt cõtinuatores.

*Lib. 1. Epigramat. 62.*

Veſpaſiano parenti ſuo ſucceſſit Titus , parentis virtutum hæres , & Princeps commendandus. Utriuſque Imperio ex Jeroſolymitana vaſtatione in Hiſpaniam exularunt Judæi ; qui tamen aliis apud Luſitanos à Nabucodonoſoris tempore commorantibus male fuerant accepti , imo & diſcordibus animis invicem adverſabantur ; exules veluti Dei odio habiti , utpote ex ſuis delictis Jeroſolymitanæ cladis origo , & cauſa , ceteris ægre ferebantur. Hebræorum libri teſtantur ſe tunc Emeritam ad habitandum ſuſcepiſſe , ibique Sinagogam ampliſſimam erexiſſe. Poſt Titum , & Romanorum Imperium , & Hiſpaniæ Regnum Domitianus ejus frater habuit ; qui poſt Neronem ſæviſſima etiam in Hiſpania perſecutione Chriſtianos afflixit. Poſt Domitianum vergente jam primo Eccleſiæ ſæculo Coccejus Nerva jam ſenex Romano fuit inauguratus Imperio.

## CAP. IV.

### *De Perſecutionibus , quæ per Luſitaniam adverſus Chriſtianos excitatæ ſunt.*

PRima perſecutio mota eſt Bracaræ anno Eræ vulgaris quadrageſimo quinto à Gentili quodam Regulo , qui uxoris , & filiæ baptiſmata à S. Petro Bracarenſi Epiſcopo collata egerrime tulerat. Petrus non mortis

Digitized by Google

metu percuſſus, ſed ut populo ſuo foret ſalutaris, memor Dominici eloquii *Cum autem perſequentur vos in Civitate iſta fugite in aliam* alio diſceſſit, ſed ab apparitoribus comprehenſus gladio occubuit, & ante aram fuit immolatus. Sub Nerone ingens per univerſas Imperii Romani provincias exarſit perſecutio, & Hiſpanienſes Chriſtiani maxime affligebantur, quorum plurimi martyrii palmam adepti ſunt. Torquatus, Cecilius, & Euphraſius D. Jacobi diſcipuli, quos D. Petrus Romæ ordinatos in Hiſpaniam miſerat fidem nuntiaturos, ſub hoc impiiſſimo Cæſare martyrio coronati ſunt.

Sæculo primo jam exeunte ſub Domitiano anno circiter nonageſimo tertio apud Eboram Idolorum cultores, ac Judæorum Sinagoga adverſus Chriſtianos, quos D. Mantius fide imbuerat, vires, & odia acuerunt quaſi uno impetu omnes vaſtaturi. Mantius tunc Euangelii prædicandi cauſa Colimbriæ erat: de perſecutione certior factus Eboram ivit, ibique Chriſtianos ab infidelibus oppreſſos inveniens operam navavit, ut inter tot perſequentium opprobria in fide firmarentur, & ceteros tam Gentiles, quam Judæos ad meliorem frugem converteret. Contumaces Judæos, ac Gentiles derelinquens perſecutionem fugit in Caſtrum Malianum, hodie *Montem majorem novum*, ubi permanſit donec à Judæis apud Romanum Luſitaniæ Præſidem Validium Eboræ tunc commorantem fuit accuſatus, qui milites miſit Mantium ligatum ſecum aſportaturos. A Præſide ad columnam ligari, ac virgis cædi juſſus eſt, quæ omnia cum carcere, vigiliis, fame, ſiti, vulneribus, ſanguinis effuſione, hilari vultu ferens animam feliciſſimam Deo reddidit. Columna cui fuerat illigatus, Eborenſi populo maximæ eſt venerationi. Ejus corpus Eboræ primum ab Ethnicis ignominioſe abjectum eſt, poſt aliquod vero tempus à Chriſtianis honorifice ſepultum, in Villa cujuſdam viri illuſtris duodecim millibus paſſuum à mœnibus ſemota diu magna cum reverentia cuſtoditum; poſt Arabum tamen in Hiſpaniis

Digitized by Google

tyrannidem à piis hominibus in Aſturias, ſeu in vicinam illis regionem, exportatum tandem in oppidulo non longe à foro Egurrorum, quod Villam novam S. Mantii appellant, repoſitum eſt in quodam Monaſterio Ordinis S. Benedicti, ſub invocatione ipſius Martyris. Qui de Sanctiſſimo Martyre primo Luſitaniæ Apoſtolo ſcripſerunt Auctores in martyrio ſocios ex diſcipulis non meminere; verum longe à fide non abeſt in tot malignantium rabie quoſdam Chriſti aſſertores, ac ſtrenuos milites præter Mantium, pro Domino mortem oppetiiſſe. Id temporis etiam ferunt S. Celerinam Senatricem origine Romanam, patria vero Eborenſem pro Chriſto martyrii palmam habuiſſe. Hanc male confundunt alii cum alia Celerina Africana, de qua Cyprianus meminit, & laudat. Aliam quidem Africanam, & noſtram Luſitanam, extitiſſe non dubito; attamen circa plurima, quæ de ipſa enarrare ſolent, in ancipiti judicio verſabor.

*Ep. ad Cler. & Plebem* 34.

## §. II.
## *De S. Celerina.*

DE illuſtriſſima fœmina quamplurima perſpicuis fabulis intermixta addiderunt Auctores, quæ verſato cuiquam in Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, ac priorum ſæculorum monumentis ſtatim & dubium ingerunt, & omnem removent fidem. Celerinam S. Torpetis Martyris corpus ad Portum Sines in Eborenſi Diœceſi navigio Dei ductu aſportatum invenïſſe, ſepeliiſſe, ac coluiſſe facile crederem ex provinciarum traditione; aſt iſtam à primis Luſitaniæ ſæculis iniiſſe certum non eſt, ſiquidem S. Torpetis memoria apud Luſitanos hinc ultra ſæculum decimum ſextum, neſcio, & non invenio, an excurrat. Torpetis corpus à Celerina inventum, & ſepultum memorat Ado in ſuo Martyrologio, ubinam tamen gentium, Hiſpania ne, an aliis tacuit, quod & aliam Celerinam credi movet, & cogit; præſertim cum non una hujuſce nominis fœmina, ſed plures apud veteres inveniantur & piæ, & oppidum Sines

Digitized by Google

nes nomine antiquis Geographis Plinio, Ptolemæo, & Pomponio in Luſitania ignorabatur: non longe à Piſis, ubi paſſus eſt S. Torpes, celeberrimus erat Sinus Piſanus, cujus meminit Cornelius Tacitus, unde Fabius Valens ſegnitia maris, aut adverſante vento Portum Herculis Monæci depulſus eſt. Breviarium Eborenſe à Reſendio laboratum juſſu Eminentiſſimi Domini D. Henrici Cardinalis Archiepiſcopi Eborenſis, & Portugaliæ Regis feſto ſimplici, celebrando novem lectionibus de communi S. Torpetis meminit; tanquam ſi nihil cum Luſitania commune haberet. *Lib. 3. Hiſtor. cap. 42.*

Poſtquam vero Breviarium Romanum juſſu Pii V. emendatum, & à Clemente VIII. recognitum per Luſitaniam acceptum eſt, in Eccleſia Eborenſi ritus feſti ſimplicis S. Torpetis cum novem lectionibus antiquus excidit, & S. Torpetis memoria deſiit. Bollandiſtæ mirantur, quod Eborenſis Eccleſia antiquitus uſum recitandi de ſimplicibus feſtis cum novem lectionibus à communi uſu diverſum ſequeretur; mirentur etiam neceſſe eſt, quod Ordinarium Brusfeldenſe de feſto ſimplici agat duodecim lectionum apud Martene de antiquis Eccleſiæ Ritibus, quod feſtum licet tot lectionum apparatu eſſet, infra aliorum rituum ordinem locabatur. Apud Maſſiliam à tempore immemoriali cultum habuit, & templa; apud Genuam ſub ejus nomine Collegiata erecta eſt; in Monaſterio Sanvictorini officium ſolemniſſimum fit: Piſa tandem in Tuſcia, ubi paſſus eſt, maxime colitur: & ſola in Luſitania, ubi corpus tot populorum, & Sacerdotum frequentia ab Auctoribus quibuſdam fuiſſe dicitur conditum, nullum veſtigium, nullum monumentum, nullum à prioribus ſæculis Torpetis indicium? Proh bonam Hiſtoriam! Ubinam Sanctorum reliquiæ inſignes, & corpora ſunt nota, quæ majori ritu ultra ſimplicem non celebrantur, aut quorum memoria non ſervetur Divino officio recolenda? ſub ritu duplicis minoris Sacra Rituum Congregatio 8. Aprilis anno 1628 ea celebrari conceſſit. *Ad diem 17. Maii. Cap. 22. 24. & 31. Lib. 4. cap. 1. tom. 4.*



Digitized by Google

Non eſt creditu Gothos, Alanos, Suevos, & poſtea Saracenos univerſam Hiſpaniam ferro, ac igne æquantes ſolo, templa, & quamcunque Torpetis memoriam ita extinxiſſe, ut poſt ſæculum decimum ſextum in Luſitania inſurrexiſſe videatur. S. Veriſſimus cum ſuis ſororibus Maxima, & Julia Olyſipone capite truncati ſunt; Bracaræ S. Victor cum aliis etiam paſſi fuerant ante Luſitaniæ, imo & univerſæ Hiſpaniæ ab impiis diruptionem: nec tamen oblivioni adeo fuere demandati, ut non ſtatim à Chriſtianis, qui infidelium tempore, cum ipſis licet occulte degerent, ad alios poſt reſtauratam ab erroribus patriam, Sanctorum Martyrum traditio perveniret, & templa, & aras in ritu debito non conſecrarent. De templo in S. Torpetis honorem à Celerina magnopere exiucto quid dicam? Mirum quidem eſt figmentum cum ſub Ethnicis Imperatoribus, & mediis in perſecutionibus Chriſtiani nulla templa, habuerint, aut magnificentia, & ſumptuoſa extruerent, ſed in privatis domibus, quas Eccleſias dicebant, & in cryptis cœtus agebant ſuos: quapropter Minucius Felix in Octavio Gentilibus Chriſtianorum religionem, & erga Deum cultum irridentibus ita reſpondit: *Putatis autem nos occultare quod colimus, ſi delubra, & aras non habemus?* & Origenes lib. 8. contra Celſum opponit: *Si enim templa, & ſtatuas erigunt illis quos recenſuit. Nos autem* (Chriſtiani) *à noſtro erga Divinitatem cultu res illas rejicimus, ut magis convenientes Dæmoniis.*

Eadem de cauſa exploditur illa Sacerdotum, & Chriſtianorũ multitudo, quæ à Celerina fertur convocata, ut Martyris corpus in templũ à navigio portarent. Ubinã Chriſtianorum I. ſæculo in Ethnicorum civitatibus, oppidis, & quibuſcumque dominiis tot Sacerdotum frequentia, & corona publice incedentium, laudeſque Deo in ejus Martyrum memoriam canentium, quin gentilibus ipſis incitamentum eſſet moliendæ in Chriſtianos perſecutioni? Eboræ præſertim, ubi id temporis à Gentilibus, & Judæis fideles vexabantur. Non facile igitur credendum eſt Dextro in chro-

Digitized by Google

nico, cui adeo alii crediderunt, ut pluſquam in millenos errores laberentur. Equidem Sixtus V. Domno Theotonio Brigantino Eborenſi Archiepiſcopo juſſit ut de S. Torpetis corpore in Sines loco inquireret: extant quoque Epiſtolæ Bernardi Sobrino Eccleſiæ Prioris de Sines, & Laurentii Pereira Leitaõ ordinis militaris S. Jacobi apud Bollandiſtas, in quibus quoddam inventum corpus in Sinenſi Eccleſia teſtantur, per quod plurima prodigia Deus populis perpetravit: verum nullum certum Torpetis ſignum iis fuerat; ſed ipſius Martyris eſſe opinabantur. Quid novum neſcio, quod deprecantium fides per merita alterius Sancti, cujus corpus eſſet inventum, à Deo beneficia conſequeretur; quanvis error eſſet in nomine. Corpus S. Prophetæ Simeonis; qui in ulnis ſuis puerum Jeſum portavit, Venetiis, ac Jaderæ in Liburnia colitur, utrobique illi erectum eſt templum, utrobique cernitur arca, qua clauditur, utrobique miraculis inſigne inſpiciendum proponitur, quorum alterum Simeonis non eſſe neceſſario aſſeremus niſi illum dupplici conſtantem corpore effutiant. Plurima alia adducerem exempla. *Ad diem 17. Maii.*

## CAP. V.

## *De Vita Regulari, & Eremitica per Luſitaniam.*

### §. I.

### *De Canonicis Regularibus*

LIcet omnibus, qui primo Euangelii ortu Fidei mancipabantur, commune eſſet nihil proprium poſſidere, ſed animo, & corde veluti coadunati omnia in unum deferebant, inde prout cuique opus erat, diſtributuri: attamen poſtquam alii, qui cum uxore erant, teſte Apoſtolo, ſollicíti facti ſunt, quæ ſunt mundi, & diviſi quomodo uxori placerent, alii præſertim Sacerdotes myſteriorum Dei diſpenſatores emicabant communem vitam perfectius profitentes, in hymnis, & canticis laudantes Dominum, prout id temporis Ethnicorum impietas ſinebat, nec ſuſpicabatur, ut eos diverteret, ac impediret: de his

Digitized by Google

*Lib. 2. Hiſt. Eccleſ. cap. 17.* extat Philonis teſtimonium apud Euſebium : *Eſt quoque agro fere ædes ſacra, in quo illi ab aliis ſeparati, ſejunctique, vitæ piæ, & propter virtutem augu ſtæ myſteria obeunt : nihilque eo, vel cibi, vel potionis, vel aliarum rerum, quæ ad corporis uſum neceſſariæ ſunt, omnino ſecum aſportant : ſed leges, & oracula à Prophetis divinitus edicta, hymnoſque ibi recolunt, & alias denique res, quibus divina ſciencia, & vera erga Deum pietas creſcat, & perficiatur* : & extenſius ipſe Philo in libro de vita contemplativa, & ſupplicum virtutibus.

Benedictus XII. in Conſtitutione, quæ incipit *Ad decorem*, cujus originale aſſervatur in archivo Monaſterii S. Crucis, Canonicos Regulares ait primævam ſuam inſtitutionem ab Apoſtolis duxiſſe ; unde non eſt cur animadvertatur, & cenſura novitatis inuratur chronici Scriptor Canonicorum Regularium S. Crucis Colimbrienſis D. Nicu-
*Lib. 3. cap. 1.* laus à S. Maria, quod in primo ſæculo à S. Petro primo Bracarenſi Epiſcopo Canonicam, & communem vitam per Luſitaniam inſtitutam fuiſſe aſſerat. Sacerdotes Bracaræ Petrus inſtituit, qui in communi degerent ; ſive in collegiis, ſive in privatis ædibus habitarent, cum veſte tamen, aut alio habitu inuſitato, & extraordinario, quo ab impiis Ethnicis dignoſci poterant, in publicum non prodibant ; nec aliis, quibus pace Eccleſiæ data, Regulares poſtea uſi ſunt, illi utebantur.

Hæc de Canonicis Regularibus primo Euangelii ſæculo jam per Luſitanam Eccleſiam ſingularem vitæ perfectionem profitentibus non arrident omnibus, iis præſertim, qui Canonicorum ordinem, aut à M. P. Auguſtino
*Tom. 3. Hiſt. Eccleſ.* inſtitutum autumant, aut poſt ſæculum undecimum cum Hiacinto Amat de Graveſon dicunt inceptum. Perperam dicunt iſti Canonicos Regulares ab undecimo ſæculo vivendi normam iniiſſe ; perperam quoque alii, qui M. P. Auguſtinum inſtitutorem primum agnoſcunt. Romani Pontifices Paſcalis II. Benedictus XII. Eugenius IV. Sixtus IV. Pius IV. & V. in literis ſuis Apoſtolicis ad ipſos Cano-

Digitized by Google

nicos datis prædicant eorum vitæ regularis propoſitum in primitiva Eccleſia ab Apoſtolis fuiſſe introductum, quam B. Auguſtinus tam gratanter amplexus eſt, ut eam ſuis regulis informauerit: ita alloquebatur Paſchalis II. in Epiſtola ad Abbatem Lucenſem S. Frigdiani. Graveſon, ſeu alii potius, quorum labiis, & linguis loquitur, Mabillonius, Thomaſinus, Gerardus du Bois, Antonius Pagius, & Tillemontius Canonicorum Regularium reſtaurationem undecimo ſæculo cum ipſorum inſtitutione confundunt; à ſæculo quinto extant M. P. Auguſtini ſermones 355, & 356 ad ſuos clericos in communi degentes. Antiquiſſimum eſt in Portugalenſi Diœceſi Monaſterium S. Salvatoris Morariæ, quod ſæculo nono ſub S. Georgii titulo fundatum eſt, ut conſtat ex quamplurimis donationum inſtrumentis, quæ in ipſius Monaſterii archivo cuſtodiuntur; præſertim ex teſtamento Domnæ Gontinæ, quæ anno Domini 862, & Era Cæſaris 900 ſua bona reliquit altari S. Georgii, & Sanctorum Apoſtolorum reliquiis ibi extantibus, & Sanctis Viris, qui in eodem Monaſterio pro ipſa ad Deum ſuas preces effunderent.

Decimo ſæculo ab obſervantia regulari Canonici cecidere, ut certum fit ex Conſtitutionibus Gualteri Archiepiſcopi in Concilio Senonenſi editis cap. 8. quapropter D. Petrus Damianus lib. 5. Ep. 9. in ipſos Canonicos invehitur, eorum damnans conſuetudines: undecimo, Viris Religioſis, ac Sanctis agentibus, reſloruere, ac ipſorum inſtitutum cœpit propagari: opus iſtud reformationis Canonicorum Regularium laudant Niculaus II. & Alexander II. Pontifices Maximi, qui Romanis in Synodis annis 1059, & 1063 de communi vita Clericorum hunc edidere canonem: *Et præcipientes ſtatuimus, ut hi prædictorum ordinum, qui prædeceſſoribus noſtris obedientes caſtitatem ſervaverint, juxta Eccleſias, quibus ordinati ſunt, ſicut oportet Religioſos Clericos, ſimul manducent, & dormiant, & quidquid eis ab Eccleſia competit, communiter habeant.* Poſt ſæculum undecimum, ſæculo duodecimo jam

Digitized by Google

adulto ſub S. P. Theotonio, & venerabili Tellone per Luſitaniam colapſa Regularium Canonicorum diſciplina recuperari cœpit, ut ſuo loco videbimus; & non noviter inſtituta eſt.

## §. II.
## *De Eremitis.*

LUſitani, qui Eremitarum vitam, & mores literis tradiderunt primum in ſolitudine degentem nominant Felicem anno quadrageſimo quinto Eræ vulgaris, cujus etiam meminit Breviarium Bracarenſe, ac vetus Canonicorum Regularium S. Crucis. Deſcripſerunt quidam anno Domini trigeſimo quinto ante Felicem in montem Oſſam trans Tagum prope Eboram ab hominum ſocietate plurimos diſceſſiſſe, ſolitudinemque petiiſſe, qui à D. Mantio ad Chriſti Euangelium vocati fuerant, ibique uſque ad noſtram ætatem Eremiticæ vitæ profeſſionem permanſiſſe. Fundamentum, quo nituntur, ut Felicem anteriorem negent contra majorem Luſitanorum numerum, non eſt, ut plurimi fiat. Cum Hiſtoriographis pene omnibus Luſitanis liceat montem Oſſam primo Eccleſiæ ſæculo ab Eremi cultoribus habitatum dicere, verum poſt Felicem, ac illam Eborenſem perſecutionem, qua Mantius Deo martyrio fuit immolatus: Judæis, Gentilibuſque ſimul in Chriſtianos ſævientibus Mantii diſcipuli divexati montis latebras hominibus impervias peterent; ubi ab impiorum notitia penitus removerentur Deo facilius vocaturi. Felici igitur primæ deferantur partes.

Luſitaniæ eſt multa laudis ſeges, ut prima fuerit Eremitarum parens: quamobrem Fr. Antonius Brandaõ ait poſſe exiſtimari ex Ratenſi ſolitudine, ac Luſitania in ceteras provincias id inſtitutum corrivaſſe, & firmat, quod in iis eodemque Luſitanorum habitu utebantur, qui hocce vitæ genus amplexi fuerant. Aſt quod de habitu ab omnibus eremi accolis tunc obſervato addit Hiſtoricus, non eſt facile concredendum: nam in tot Ethnicorum perſecutio-

P. 3. *lib.* 8. *cap.* 32.

Digitized by Google

nibus, quas propter eremi, & ſolitudines incolebantur, nec Felix, nec qui ſimile vitæ genus ſequuti erant, iis cõmuni veſte, & ſingulari, diſcernendaque induerentur: ad quartum uſque ſæculum Clericorum, aut aliorum, qui Deo conſecrabantur, veſtes civiles à ſæcularium veſtibus non erant diſtinctæ: ex Cæleſtini I. Epiſtola ad Viennenſis, & Narbonenſis Provinciarum Epiſcopos anno 428 diſerte oſtenditur, qui Clericos improbat veſte diſcerni à laicis ſtudentes: *diſcernendi à plebe, vel ceteris ſumus doctrina, non veſte: mentis puritate, non cultu.. unde hic habitus in Eccleſiis Gallicanis, ut tot annorum, tantorumque Pontificum in alterum habitum conſuetudo vertatur?*

Eremitas non tam in Luſitania, quam in ceteris orbis plagis ante Paulum ſæculo tertio, & quarto floruiſſe quibuſdam fabula exiſtimatur; cum Athanaſius in vita B. Antonii nos doceat Antonio priores non fuiſſe Eremitas, & Hieronymus ad Euſtochium ſcribat: *Anachoretæ exeunt de cœnobio, & excepto pane, & ſale ad deſertum nihil proferunt amplius, ipſorum vitæ Auctor eſt Paulus.* Felicem adeo Luſitanis ignotum adferunt, ut eorum Eccleſiæ nullam hactenus commemorationem habuerint. Unaquæque tamen ex his ea firmitudine non roborantur, qua Luſitaniæ gloria minuatur: Paulus quidem ab Hieronymo Eremitarum Auctor prædicatur, aut quod in oriente ſolitudinis antrum in domum primus ſeligeret, aut quod Maximus Doctor in Paleſtina à Luſitanis gentibus remota degens, nec ſi Felix eſſet, audierit; eadem eſt ad Athanaſium reſponſio. Nec ſoli Hieronymo, & Athanaſio verum, & Luſitanis ipſis Felicis recordatio excidit, ut vix ejus cultus perantiqua veſtigia inter Interamnenſes populos reperiantur. In Eccleſia Ratenſi olim Canonicorum Regularium, ac in vetere ſacello, quod in colle ſitum eſt, & dicitur *Sancti Fins*, unde omnia fere convallia à *Fam* ad *Matozinhos* uſque conſpiciuntur, Felicis imago, violato, ac jam mutato nomine Felicis in Fins, maxima populorum frequentia colitur: & illius oppidi eſt traditio S. Fins ipſum

Digitized by Google

met eſſe Felicem, S. Petri Bracarenſis Epiſcopi corpus ſepelivit, & Eremitarum vitam amplexus eſt: ipſius commemorationem agit Eccleſia Bracarenſis ad diem 31. Januarii.

Digitized by Google

# HISTORIA ECCLESIÆ LUSITANÆ

## SÆCULI II. ET III.

### CAP. I.

*De Fidei diffusione, & conservatione.*

CHristi fides, quæ primo sæculo à D. Mantio, Petro Ratensi, ac utriusque discipulis intra Portugaliæ limites enuntiata est, & eorum quoque sanguine fuit purpurata, adeo radices egerat, ut secundo, & tertio sæculo, etiam Imperatoribus, & Præsidibus Ethnicis renitentibus tota Lusitania Christo mancipata fuerit. Tertullianus, qui secundo sæculo exeunte, & ineunte tertio floruit, in Africa constitutus Christianæ religionis id temporis per Lusitaniam observatæ videtur meminisse: *Hispaniarum omnes termini . . . Christo subditi*: Lusitaniam in Hispaniarum terminis constitutam Geographi satis ostendunt. Eo Hispaniensium fides adoleverat, ut ante Tertullianum eodem secundo sæculo Irenæus Lugdunensis Episcopus unanimem Ecclesiarum traditionem hæreticis opponens lib. 1. adversus Hæreses cap. 3. ipsis Ecclesias in Hispaniis fundatas veluti veræ doctrinæ depositum habentes objecerat: *Neque hæ, quæ in Germania sunt fundatæ Ecclesiæ aliter credunt, aut aliter tradunt, neque hæ, quæ in Hiberis sunt, neque hæ,* *Lib. adversus Judæos cap. 7.*



Digitized by Google

met esse Felicem, S. Petri Bracarensis Episcopi corpus sepelivit, & Eremitarum vitam amplexus est: ipsius commemorationem agit Ecclesia Bracarensis ad diem 31. Januarii.

Digitized by Google

# HISTORIA ECCLESIÆ LUSITANÆ SÆCULI II. ET III.

## CAP. I.

### *De Fidei diffusione, & conservatione.*

CHristi fides, quæ primo sæculo à D. Mantio, Petro Ratensi, ac utriusque discipulis intra Portugaliæ limites enuntiata est, & eorum quoque sanguine fuit purpurata, adeo radices egerat, ut secundo, & tertio sæculo, etiam Imperatoribus, & Præsidibus Ethnicis renitentibus tota Lusitania Christo mancipata fuerit. Tertullianus, qui secundo sæculo exeunte, & ineunte tertio floruit, in Africa constitutus Christianæ religionis id temporis per Lusitaniam observatæ videtur meminisse: *Hispaniarum omnes termini . . . Christo subditi*: Lusitaniam in Hispaniarum terminis constitutam Geographi satis ostendunt. Eo Hispaniensium fides adoleverat, ut ante Tertullianum eodem secundo sæculo Irenæus Lugdunensis Episcopus unanimem Ecclesiarum traditionem hæreticis opponens lib. 1. adversus Hæreses cap. 3. ipsis Ecclesias in Hispaniis fundatas veluti veræ doctrinæ depositum habentes objecerat: *Neque hæ, quæ in Germania sunt fundatæ Ecclesiæ aliter credunt, aut aliter tradunt, neque hæ, quæ in Hiberis sunt, neque hæ,* *Lib. adversus Judæos cap. 7.*



Digitized by Google

*quæ in Celtis, neque hæ, quæ in Oriente.* Fides ista clarissimos tunc habuit Professores, qui majorem charitatem ostenderent pro Christo suas ponentes animas; suos propagatores, qui verbo instruerent, ac prædicarent; qui regerent, & pascerent.

## CAP. II.

### *De Portugaliæ Episcopis II. & III. sæculo.*

#### §. I.

#### *De Episcopis Bracarensibus.*

IN monumentorum tenebris versor hinc, illinc, indeque aliquid certum, aliquid conjectatum mendicans, cum inter Saracenorum agmina certitudinis, ac veritatis indicia scinderentur, ac in nihilum penitus redigerentur. De iis tamen, quæ utroque sæculo evenerunt, simul pertractabo, cum nec plurima sint, ut divisis sæculis tradantur, nec animus ad pomposam tantum verborum congeriem, & superflua intermiscenda propensus evadat. Inter primos secundo sæculo Bracaræ Episcopos Ovidium, aut Auditum natione Romanum adscribunt, quem Rodericus da Cunha in Historia Ecclesiæ Bracarensis, & Cardosus in suo Agiologio ad diem 3. Junii tertium Bracaræ Episcopum referunt, cujus ossa in Sede Bracarensi lapideo monumento hac inscriptione: *Ossa B. Ovidii Episcopi* à D. Didaco de Souza ejusdem Ecclesiæ Antistite fuere reposita: postea à D. Roderico da Cunha vetus inscriptio abradi jussa est; indeque legi sic cœpit: *Ossa B. Ovidii tertii Episcopi Bracarensis.* Fr. Hieronymus Romanus Augustinianus Eremita sæculi decimi sexti Scriptor Hispanus ossa non Ovidii Bracarensis Episcopi, sed Alviti Legionensis Præsulis Bracaram à D. Didaco de Souza translata, & ibi reposita in historia sua descripsit, cujus nomen in Ovidium postea vitiatum Ovidii cultum induxit. Hieronymi Romani Augustiniani sectatores quidam Ovidium in Bracarensi Episcopatu confictum credunt ab Higuera Fla-

Digitized by Google

vii Dextri ſarcinatore, apud quem legitur: *Ovidius Civis Romanus Epiſcopus Bracarenſis ſucceſit S. Baſileo.* In Breviario antiquo Bracarenſi nulla Ovidii eſt memoria, in novo tamen agnoſcitur, & colendus proponitur, fortaſſe majori Bracarenſis Eccleſiæ examine præcedente, ac Sacrorum Rituum Congregatione ejus feſtum approbante. In Bracarenſi Eccleſia ſepulcrum pervetuſtum erat, licet à primis ſæculis non definiti Martyris, aut Confeſſoris, juſti tamen viri, ac Deo grati credebatur, quod poſterioribus ſæculis elapſis S. Ovidii judicatum eſt: nec cum Legionenſi Alvito confundere neceſſum eſt. Hinc apud Interamnenſes adeo colitur Ovidius, ut templa, ac Sacella in ejus honorem conderentur, quæ populi viſitant per S. Antiſtitem aurium ſalutem, ac reſtaurationem à Deo impetratum: ultra regnum in dominationibus ultra mare conſtitutis in Bahienſi ſuburbio Monaſterio Benedictino eâdem frequentia in Sacello ejus nomini conſecrato proſequuntur. In quibuſdam locis veſtibus pontificiis indutus omnium venerationi exhibetur: in quibuſdam veſte talari ſine Antiſtitum inſignibus, quod aliquibus in cauſa fuit, ut eum Epiſcopum pernegaverint: veluti ſi Petrus, Paulus, & alii Apoſtoli, qui ſimul erant orbis Epiſcopi abſque baculo, abſque pallio, & aliis Epiſcoporum ornamentis, etiam non cernerentur, aut depicti, aut in lignea, lapideave imagine adumbrati.

Non prætermittendum eſt, quod aliqui Auctores male fundati, fabularumque ſarcinatores addiderunt, Ovidium ſcilicet Martiali Poetæ conſuetudine ſuiſſe conjunctum, & Martialem Epigramata 43, & 44 libri 7. ad eum ſcripſiſſe, quæ ad Ovidium quendam exulantem cum amico Ceſonio conſtant eſſe conſcripta: in quorum etiam ſententia ivit Illuſtriſſimus da Cunha. Verum quot inter Romanos Ovidii nomina? quot familiæ? nota erat illa, cujus unus ab Auguſto Cæſare in Pontum fuerat relegatus; & cujus nepos ejuſdem nominis cum avo Romæ Martialis tempore exiſteret, & floreret. Et quis ſibi perſuadeat

Digitized by Google

Ovidium virum piissimum, ac Deorum contemptorem Cesonio Ethnico in conjuratione Pisoniana à Nerone in exilium missо ex charitate socium se adjunxisse? de quo Cesonio Cornelius Tacitus; ad ipsumque respexit Martialis Epigramaton Auctor.

*Lib. 15. Annal. cap. 71.*

Ovidio D. Polycarpum successisse anno 130 scribit idem Illustrissimus Rodericus, non alia tamen auctoritate nixus, quam Flaviani, & Juliani Chronicorum, ac eâdem firmus Polycarpi successorem refert Sererianum: post Sererianum Episcopalem Sedem Fabianum occupasse ait, Fabiano Felicem successisse, Felici Gratum, Grato Secundum, aut Secundinum, Secundo Caledonium, ad quem ferunt Cyprianum Carthaginensem Episcopum suas dedisse literas de lapsis recipiendis, & de Feliciссimo abstinendo, quod omnino fictum credo: Caledonius quippe, ad quem Cyprianus scripsit, Præsul erat in Africa, cui Cyprianus ipse vices suas commisit, ut Feliciссimum, Augendum, & alios anathemate percelleret. Caledonio tandem tertio sæculo Narcisum successisse. Hæ Episcoporum Bracarensium successiones, si à Juliani, & Dextri cosarcinatore confictæ non sunt; immediate tamen alia post alteram non fuere, nec in aliis compertas habui, quam qui Dextro, ac Juliano solent adhærere. Rodericus scilicet, & Tamajus, quos legant, qui Pseudochronicorum, auctoritate gloriantur. De aliarum Lusitaniæ Ecclesiarum Pastoribus secundo, & tertio sæculo apud Auctores altum est silentium, conjectandum vero per eorum totum spatium non esse viduatas, quæ à primo fuerant sponsatæ, Portugalensis scilicet, ac Eborensis Ecclesiæ. Jordanem, & Britium post Mantium id temporis Eborensem Ecclesiam moderantes quidam ferunt, sed monumenta dubia, nimisque incerta sunt iis; quapropter ipsos, nec Eborensis Resendius meminit, qui suæ patriæ antiquitatis sedulo examinavit.

Digitized by Google

## §. II.
## *De Episcopis Emeritensibus.*

SÆculo tertio post medium à Scriptoribus Ecclesiasticis Emeritensis Episcopi in Lusitania Martialis nomine mentio fit; qui ob libellatici, & idololatriæ quoque crimen simul cum Basilide Asturicensi Præsule ejus delictireus à ceteris Episcopis dignitate sua fuit exutus. Martialis loco suffectum fuisse Felicem non sine fundamento ex Cypriani Epistola 68 fertur: ille tamen ad Stephanum Romanum Pontificem accessit Episcopalem Sedem recuperatum, cujus precibus annuit Papa Martialis, & Basilidis erroribus deceptus. De Martiali Episcopo Emeritensi scripserunt Christianus Lupus, & Fr. Bernardus de Brito, & alii, quibus nunc est supersedendum, & alibi passim agam.

*Tom. 8. cap. 6. de Gallicana Ecclesiæ Romanis Appellat. Monarch. Lusitan. tom. 2. lib. 5. cap. 17.*

## CAP. III.
## *De Conciliis.*

EMinentissimus Cardinalis de Aguirre ait quamplurimas quidem fuisse causas, ut per universam Hispaniam secundo, & tertio sæculo Concilia convocarentur; præsertim ad disciplinam firmandam, quæ facile inter Ethnicorum superstitiones, & alia posset aboleri; nulla tamen extitisse, nec nunc apparere, quod extiterint. Cum Purpurato Patre non sentio, nec suas, quas adhibet rationes, adeo validas existimo, ut nullas penitus id temporis dicam celebratas Synodos, nec aliquas, quæ inveniuntur, veras & authenticas suscipiam. Apud ipsum legitur in Juliani chronico anno 252. *In causa Novati habentur in Hispania crebra Concilia scilicet Bracaræ, Emeritæ, & alibi*: in eodem chronico, & sæculo *Habentur etiam frequenter Synodi Tarracone, Hispali, Carthagine, Bracaræ, Emeritæ: an Baptismus collatus ab hæreticis cum intentione faciendi, quod facit Ecclesia*

*Tom. 1. Concilior. Hispan.*

Digitized by Google

*validus ſit : concluſit validum , nec ſemel ab hæreticis baptiſatum baptiſandum.* En Bracarenſia , ac Emeritenſia Concilia ſæculo tertio.

Has Synodos abjecit citatus Cardinalis: primam,quod nec Pacianus Barcinonenſis Epiſcopus , nec alii , qui adverſus Novatianos invecti ſunt , meminere ; ſecundam , quod Mag. P. Auguſtinus numquam Donatiſtis rebaptiſantibus objecerit ; cum facile ex Hiſpania in ejus notitiam in Africa poſſet pervenire : utramque tandem rejicit, quod Iſidorus , & quilibet alius vetus Synodorum collector inter ceteras haud numeravit. Ex ſolo Auctorum ſilentio eas Synodos parvi non facerem : neque enim omnia omnes allegant , aut inveniunt : ſed ex Pſeudo Juliano deterreor , ne nimis credulus errore decipiar. Præterea phraſis illa , ac ille dicendi modus *An Baptiſmus collatus ab hæreticis cum intentione faciendi , quod facit Eccleſia validus ſit* poſteriorum eſt ſæculorum , & veluti deducta ex Can. 11. Concilii Tridentini ſeſſ. 7. de Sacramentis in genere. Omni tempore Miniſtri intentio requiſita eſt , ſed nec ſemper eo verborum apparatu fuiſſe expreſſam reperio.

Licet in Novati , & rebaptiſantium errorem proſcribendum nec Bracaræ , nec Emeritæ Patres convenerint : Emeritæ quidem ſederunt ſimul Baſilidem , & Martialem ejus urbis Epiſcopum dignitate ſpoliaturi , ac in eorum loca alios conſecraturi. A Synodo utrumque eſſe depoſitum , nec tantum oſtendunt Chriſtianus Lupus , & Fr. Bernardus de Brito jam citati , & Morales , verum & ipſa veteris Eccleſiæ diſciplina. Fabianus Papa , qui ſæculo tertio Pontificatum geſſit à Gratiano citatus cap. ſiquis cauſa 3. quæſt. 6. ait *Siquis Epiſcoporum ſuper certis accuſetur criminibus ab omnibus audiatur , qui ſunt in provincia ſua , Epiſcopis.* Sed cum Fabiani Epiſtola , unde tranſcripſit Gratianus , dubia ſit eruditis : ex Julii I. auctoritate oſtenditur quarti ſæculi medio in Ep. 1. qui veluti ex Eccleſiæ primæva traditione ait *Nullus Epiſcopus,*

*Hiſpaniarum chronicon lib. 9. c. 45.*

Digitized by Google

*nisi in legitima Synodo, & suo tempore Apostolica auctoritate convocata super criminationibus pulsatus audiatur, vel judicetur, vel damnetur*: quod etiam refert Gratianus cap. 1. causa 5. quæst. 4.

Marchio Agropoli, & Mondexar inquit Basilidem, & Martialem à plebe fuisse depositos, nullumque Episcoporum concilium ad id interueniisse. Enim vero ex Epistola S. Cypriani 68, in qua de Basilidis, & Martialis causa agit, Episcopos in unum conveniisse compertum est. Stephanus Balusius ad hancce Epistolam ait: *Certum est hanc Epistolam esse responsionem ad Epistolam, quam Episcopi Hispani scripserant ad Afros in causa Basilidis, & Martialis.* Laudat quidem Cyprianus plebem, quod à Præposito peccatore abstinuerint, nullum tamen deponendi jus in ea cognoscit, sed in solis Episcopis, quorum erat deponere, sicut & ordinare. Hinc nostrorum Episcoporum laudem contexit, quod juxta observationem Apostolicam simul sederint alios in depositorum Præsulum cathedras suffecturi: *Propter quod diligenter de traditione divina, & Apostolica observatione servandum est, & tenendum, quod apud nos quoque, & fere per provincias universas tenetur, ut ad ordinationes rite celebrandas ad eam plebem cui Præpositus ordinatur, Episcopi ejusdem provinciæ proximi quique conveniant, & Episcopus deligatur, plebe præsente, quæ singulorum vitam plenissime novit, & uniuscujusque actum de ejus conversione perspexit.* Plebs, & Clerus Emeritensis Martialis depositioni non alio jure interfuere, nisi quo ordinationi adesse consueverant; ut de eligendorum meritis testimonium facerent, sub eorum oculis ordinationes sacræ celebrabantur; ut de deponendorum delictis certe haberentur testes, civitatis populus convocabatur.

*Dissert. Eccles. Dissert. 4. cap. 3. n. 6.*

Nec Ethnicorum imperium, quibus Emerita, & cetera Lusitania subdebatur, impedimento fuerat, ne Episcopi in unum convenirent judicium de Martiale prolaturi: id quoque temporis, quo Africa Ethnicorum ditione premebatur, Cyprianus ab Hispanis consultus Africæ Episco-

Digitized by Google

pos advocavit, quos ipſe memorat in Epiſtola 68. Permulta alia, quæ ſecundo, & tertio ſæculo in Eccleſia Ethnicorum armis, ac inſidiis circumcincta, adunata fuere concilia, de quibus paſſim Scriptores, in præſentia referre quid immorabor? Cardinalis de Aguirre propugnans Concilium Eliberitanum omnium fuiſſe primum in Hiſpania ait: *neque omnes congreſſus, quos dubium non eſt habitos fuiſſe eo temporis ſpatio (in Hiſpania) merentur nomen Concilii, ſed ii tantum, in quibus de Fide, & diſciplina Eccleſiaſtica, & moribus agitur.* Itaque ex ipſo Cadinali facile admittendum puto conceſſum Epiſcoporum ad Martialem, & Baſilidem deponendos, cum eſſet cauſa diſciplinæ Eccleſiaſticæ, inter veras Synodos fore numerandum. Nonne erat etiam verum Concilium, quod Julio Romano Pontifice anno Chriſti 341 Romæ indictum fuerat, ubi cauſa S. Athanaſii ad examen vocata erat? De Epiſcopo, aut ſuſcipiendo, aut deponendo ibi agebatur.

*Tom. 1. Concil Hiſpan.*

## CAP. IV.

### *Romani Pontificis Primatus, & auctoritas per Luſitaniam.*

NIhil antiquius Luſitanis, quam Petri ſucceſſores colere, Petri ſedem veluti unitatis centrum adire, de rebus conſulere, eorum decreta, reſcripta, & quæcumque oracula reverenter ſuſcipere: id dignum erat regno, quod ſibi Deus ipſe erat conditurus, ut ſuo loco, ſi Deo placuerit, de Venerabili Rege Alphonſo Henrico conſcribam. Primum Luſitanorum erga Romanum Pontificem reverentiæ monumentum oſtendunt in ſæculo tertio, quo Luſitani, præſertim Emeritenſes cum ceteris Epiſcopis provinciæ Bæticæ, quæ juxta Strabonem, & alios, ut etiam adnotavit Natales Alexander Legionenſem, Aſturienſem, & Emeritenſem Civitates, ac omnem Portugaliæ partem uſque ad Tagum complectebatur, ad Anterum miſerunt literas de Epiſcoporum in alias ſedes translationibus

*Diſſert. 28. ſæculi 4.*

Digitized by Google

bus reſponſum petitum. Epiſtola Anteri ad Epiſcopos provinciæ Bæticæ legitur apud Labeum, & Eminentiſſimum de Aguirre; ab hoc genuinus Anteri fœtus, & auctographus judicatur, ab illo cum aliis inter ſuppoſititias declaratur: quapropter aliunde ex firmiori ratione, nec dubia, & poteſt, & neceſſe eſt demonſtrari Romanum Pontificem primis Eccleſiæ ſæculis in Luſitania honoris, & juriſdictionis primatum habuiſſe.

Martialis Emeritenſis Hiſtoria totum id conficit; utpote qui à ſuæ provinciæ Epiſcopis depoſitus Romam petiit, ad Stephanum Papam acceſſit, geſtæ rei, ac tacitæ veritatis ignarum fefellit, ut exambiret reponi ſe injuſte in Epiſcopatum, de quo fuerat juſte dejectus. Nec Stephanum Martialis adiret ſua ſede reponendus, niſi Romanum Pontificem reſtituendi auctoritate fruentem crederet; nec ipſe Stephanus Vir Sanctiſſimus, diſciplinæ, ac traditionis Eccleſiaſticæ vindex acerrimus hoc auctoritati Conciliorum Provincialium vulnus intuliſſet.

Non me latet Hiſpanos, ac Emeritenſem plebem Cyprianum Carthaginis Præſulem conſuluiſſe; an Stephani ſententia de Martiali in Epiſcopatum reſtituendo vim eſſet obtentura, obſervandaque? quod Queſnellio, ac ejus gregalibus judicium parturivit, quo primis Eccleſiæ ſæculis jus appellationum Epiſcopalium ad Sedem Romanam pernegaverit; & Conciliorum Provincialium in Epiſcoporum cauſis ſupremam auctoritatem exiſtimaverit, ac defenderit. Queſnellius toto aberravit tramite: Emeritenſes, audita Stephani de Martiali ſententia, Cypriani, qui literis, & ſanctitate florebat, & apud exteros maxime audiebatur, conſilium poposcerunt de Papæ reſtituentis poteſtate minime dubii; ſed conquerentes, quod Stephanus à Martiali, & Baſilide falleretur, & veram depoſitionis cauſam ii diſſimularent; quo procederent modo conſuluere. Ait Cyprianus in Ep. 68: *Neque enim culpandus eſt ille, cui negligenter obreptum eſt, quam hic execrandus, qui fraudulenter obrepſit.* Dolebant quidem noſtri Stephanum



Digitized by Google

à Martiali fuiſſe deceptum, & accepto Cypriani reſponſo, creditu eſt Romanum Pontificem eos de Martialis fraude feciſſe certiorem.

Poſt Stephani mortem eandem Baſilidis, & Martialis cauſam coram Sixto II. Stephani ſucceſſore fuiſſe diſcuſſam, & Sixtum ad Epiſcopos Hiſpanos Epiſtolam dediſſe ferunt, qua de Baſilide, & Martiali accuſationes improbat, eos à ſedibus pulſos, & ſuis rebus ſpoliatos non ſinit; & ad concordiam omnes hortatur: *Sollicite ſervate unitatem ſpiritus in vinculo pacis, vinculum enim pacis nemo ſervat, dum alium infeſte, aut verbis, aut factis proſequitur: ideo fratres iſta protulimus, quia audivimus inter vos accuſationes exerceri, & pulſos à Sedibus Epiſcopos, aut ſuis rebus ſpoliatos judicari .... quos timore terreno injuſte damnaſtis, ſcitote à nobis juſte eſſe reſtitutos ... Decuerat namque juxta præfatas regulas, ut ſi aliquid egiſſent contra ſuum ordinem, mandare nobis, & expectare, quid ad veſtra conſulta reſcribceremus, in tantum ut ſi etiam quidquam grave, intolerandumque committerent, noſtra præſtolaretur cenſura.* Egregium ſane Romani Pontificis auctoritatis per Luſitaniam, imo per omnem Hiſpaniam monumentum in tertio ſæculo, ſi eruditi juxta critices regulas in dubium non revocarent.

## CAP. V.

### *Epiſtolæ Romanorum Pontificum ad noſtrarum Hiſpaniarum Epiſcopos ſuppoſititiæ.*

#### §. I.

#### *De Anteri Papæ Epiſtola.*

PUrpuratus Aguirre Anteri, Lucii, Sixti II. & aliorum literas vendicat, veluti univerſæ Hiſpaniæ gloriam eriperet, ſi eas ſuppoſitarum catalogo adſcriberet. Eminentiſſimo Aguirre duos etiam oppono Purpuratos Patres Baronium ad annum 863, & Bonam lib. 1.

Digitized by Google

Rerum Liturgicarum, qui decretales Epiſtolas uſque ad Siricium, exceptis Cornelii, Liberii, Julii, Damaſi, & aliis, quæ à Patribus laudantur, à quodam Hiſpano ſub nomine Iſidori, quicumque ille fuerit, ſub finem ſæculi ſeptimi pia fraude fuiſſe confictas conſcripſerunt: quamplurimi etiam adduntur eruditi viri de Eccleſia bene merentes; & poſt illos Blondellus Scriptor Calviniſta celebris, qui de ipſis Decretalibus copioſe, incuſanda tamen temeritate, & nulla habita veritatis ratione ibi contentæ pertractavit.

Anteri Epiſtolam rejiciunt alii, quod ad Epiſcopos Provinciæ Bæticæ miſſa fuerit, cum id temporis provincialium Epiſcoporum diviſio nondum eſſet, utpote quæ ſub Conſtantino Imperatore, ut alibi dicendum eſt, in Hiſpaniis conſtitueretur. Mehercule confictam non crederem, ſi ea tantum ex cauſa ſpuriam improbarent. Conſtantinum omitto, quod alibi adtentius examinabo, Provinciarum terminos Epiſcopis ſtatuiſſe, & diſtinxiſſe, ne ultra ſuos in alienos excurrerent; liteſque inde exorirentur, quæ jam eſſent exortæ: provinciæ tamen multo antea diviſæ ſunt maxima ex parte; & ab Apoſtolis fuit renovata, aut inſtituta ipſarum diviſio, ut in capite Provinciarum (ubi dudum Primates legis ſæculi erant, ac prima judiciaria poteſtas, ad quos qui per reliquas civitates commorabantur, quando eis neceſſe erat, qui ad aulam Imperatoris, vel Regum confugere non poterant, confugiebant pro oppreſſionibus) ipſis quoque in civitatibus, vel locis noſtros Primates, qui unam formam tenent, licet diverſa ſint nomina, leges Divinæ, & Eccleſiaſticæ poni, & eſſe juſſerant, ad quos Epiſcopi, ſi neceſſe fuerit, confugerent: ita loquitur Gregorius VII. ad Rothomagenſem, Turonenſem, ac Senonenſem Archiepiſcopos. Hanc quidem legem Apoſtoli ſervaverunt primas Eccleſias fundaturi; Petrus Antiochiæ, quæ erat Syriæ caput, Marcus Alexandriæ, quæ Ægypti erat Præſidatus, Petrus Nicomediæ Bithiniæ Metropoli Prochorum præ-

*Lib. 6. Regeſt. Ep. 35.*

Digitized by Google

fecit, Paulus Epheso Asianæ Provinciæ Matri Timotheum Præsulem dedit. Et Gregorius Nissænus in Epistola 13, quam cum aliis ejusdem S. Doctoris literis Laurentius Zacanius Vaticanæ Bibliothecæ Præfectus in Analectis suis Græco Latinis edidit, in Cæsarea Capadociæ capite Centurionem illum, qui Christum Dei Filium confessus est, ait Episcopalem Sedem primum fundasse: quibus Matricum Civitatum Episcopis ceteri, qui in earum provinciis consecrabantur, jure suo parebant.

Ex ipsis exemplis, quæ in ipsa narrantur Epistola, eam non esse Anteri existimo: nam ut Episcoporum translationes, de quibus agit, in aliam Sedem licitas, & validas, justasque commonstret, Eusebium refert à parva civitate in Alexandrinum Episcopatum fuisse translatum. Ast in Catalogo Patriarcharum Alexandrinorum usque ad Anterum, nullus est Eusebius, qui eam Ecclesiam rexerit. Sæculo quarto jam adulto in Concilio Antiocheno ab Arianis Eusebius Emissenus in Athanasii locum Alexandrinus Præsul delectus est; electionem tamen recusavit, quapropter, nec inter Alexandrinos Antistites numeratur. Felicem quoque narrat de civitate, in qua fuerat ordinatus, Ephesum fuisse translatum; cum usque etiam ad Anterum nullus Felix inter Episcopos Ephesinos inventus sit. Alexandrinorum, & Ephesinorum Episcoporum Catalogus apud P. Michaelem Le-Quien legi poterit in opere, quod Oriens Christianus dicitur, tanto labore, cura, ac diligentia laborato.

## §. II.

### *De Lucii I. Epistola.*

Eisdem rationibus, quibus Anteri Epistolam divisarum provinciarum causa suppositititiam, & falsam non judicavi, Lucii quoque literas propter Metropolitas, de quibus agit, spuriis adjungere non audeo, sed ex inscriptione data, & Consulatu, Lucio confecta credenda est.

Digitized by Google

Epiſtola iſtæc ad Hiſpaniæ, & Galliæ Epiſcopos ſcripta fertur Kalendis Aprilis Gallo, & Voluſiano Conſulibus: quo tempore Lucius Romanum Pontificatum nondum habuerat: nam Gallus, & Voluſianus Conſulatum ſimul inierunt Kalendis Januarii anno Domini 252, hoc anno uſque ad decimam quartâ diem Septembris in Petri Cathedra ſedit Cornelius, & martyrium paſſus eſt: Cornelio ſucceſſit Lucius, qui ſequenti anno die quarta Martii Martyrii palmâ obtinuit; quapropter Kalendis Aprilis Conſulatus Galli, & Voluſiani in Cornelii, & non in Lucii Pontificatum incidit. Licet Baronius ultra annum, & Auctor libri Pontificalis ultra tres annos Lucii Pontificatum protrahant, nullus ex his annus in Galli, & Voluſiani Conſulatum accedit. Mihi placet Pagi ſententia in Breviario Rerum geſtarum Romanorum Pontificum.

Cardinalis de Aguirre Lucii Pontificatum ad Galli, & Voluſiani Conſulum tempora extendens hanc Epiſtolam auctographam putat; quod D. Cyprianus in Ep. 67. Lucii literarum meminerit: *Servandus eſt*, ait Cyprianus ad Stephanum Papam, *anteceſſorum noſtrorum martyrum Cornelii, & Lucii honor glorioſus; quorum memoriam cum nos honoremus, multo magis tu, Frater chariſſime, honorificare, & ſervare gravitate, & auctoritate tua debes, qui Vicarius, & Succeſſor eorum factus es; illi enim pleni ſpiritu Dei, & in glorioſo martyrio conſtituti dandam eſſe lapſis pacem cenſuerunt, & pœnitentia acta fructum communicationis, & pacis negandum non eſſe literis ſuis ſignaverunt.* De Lucii literis circa lapſos Cyprianus eſt teſtis, nec pernegabo; de Lucii vero literis ad Hiſpaniarum, & Galliæ Epiſcopos, nullus eſt, qui agat ante Iſidorum collectorem, & ſarcinatorem.

Digitized by Google

## §. III.
## *De Sixti II. Epiſtola.*

SIxti II. Epiſtola licet agat de Baſilide, & Martiali ab Epiſcopatu pulſis, ac ejectis, quod ipſius Sixti tempori convenit, aliæ Critices regulæ eam ſuppoſititiis adſcribunt; ſententias profert poſteriorum Patrum Gregorii Magni ex Ep. 36. lib. 4. Proſperi ſentent. 33. & aliorum Pontificum, qui poſtea floruerunt. Quanvis eſſet certum, quod inquit Cardinalis de Aguirre, poſteriores Patres ex ea potius Epiſtola ſuas protuliſſe ſententias; falſa temporis conſignatio ad finem illius habita non leve eſt impoſturæ argumentum: quapropter Tatianus orat. adverſus Græcos aiebat: *Ubi temporum ratio non cohæret, ibi ne hiſtoria quidem vera eſſe poteſt.* Sixti Epiſtola conſignata legitur Valeriano, & Decio Conſulibus; cum certum ſit apud exactiores Scriptores Sixtum II. anno 257 Conſulibus Valeriano Auguſto IV. & Licinio Gallieno Auguſto III. undecim menſes in Pontificatu ſediſſe ad annum 258 Conſulibus M. Aurelio Memmio Fuſco, & Pomponio Baſſo. Ejuſdem auctoritatis, & ponderis ſunt literæ, quæ Eutichiano, & Dionyſio ad Hiſpaniarum Epiſcopos falſo adjudicantur, nec aliis, quam ſupradictis, rationibus impugnantur.

*Tom. 1. Biblioth. Patrum Græco latinæ.*

# CAP. VI.
## *De Imperatoribus, qui ſecundo, & tertio ſæculo Luſitaniæ imperarunt.*

TRajanus licet nonageſimo octavo anno primi ſæculi imperare inciperet, ſæculo tamen ſecundo ineunte ejus Imperium maxime floruit: natus eſt Italicæ in Hiſpania ex familia antiqua magis, quam clara: plures provincias bello ſtrenuus Romano Imperio adjunxit, de hoſtibuſque triumphum ſæpe portavit. In exercitu ſuo

Digitized by Google

Lusitanorum cohortem semper habuit ; & cum ii ceteros milites in re bellica antecellerent , Lusitaniam novis honoribus , ac privilegiis ditavit , vetera firmavit , & plurimis ornavit ædificiis : inter quæ pons super Tagum extructus est, qui ab ipso fuerat cognominatus , & nunc dicitur de *Alcantara*. Sub cujus arcum tabula erat ex uno latere , in qua scripta erant municipia provinciæ Lusitanæ , quæ opus illud perfecerunt.

MUNICIPIA PROVINCIÆ LUSITANÆ, STIPE CONLATA , QUÆ OPUS PONTIS PERFECERUNT IGÆDITANI , LANCIENSES O PPIDANI, TALORI, INTERAMNENSES COLARNI , ARAVI, MEIDUBRICENSES , ARABRIGENSES, PÆSURES.

Sub ipso tertia Ethnicorum Principum in Christianos mota est persecutio , quam Plinius II. Bithiniæ Proconsul mitigavit , ea de re ad Trajanum referens ipsos nullius impietatis , aut legum transgressionis esse arguendos , cui tamen respondit Imperator: *Conquirendi non sunt, si deferantur , & arguantur puniendi sunt.* O sententiam necessitate confusam ! clamavit Tertullianus. Hac Trajani persecutione , & non Domitiani , scribit Joannes Vasæus in suo Hispaniæ chronico Mantium Eborensem Episcopum sub Validio Præside martyrio fuisse affectum : adversus Vasæum I. sæculo ostendi cap. 4. De Trajani anima ab inferis revocata fabula est , cui nimis creduli crediderunt : de quâ agunt Theologi , quos adeant , qui hujusmodi nugas velint sapere. *Pologeticia.*

Trajano in Imperio successit Ælius Adrianus in Hispania Italicæ natus : ejus origo , ait Spartianus : *vetustior à Picentibus, posterior ab Hispaniensibus manat.* Qua ratione ad Imperium pervenerit non constat. Dio testimonio Patris sui Abroniani negat adoptatum à Trajano vivo, sed vult post ejus mortem Clotinæ favore id omne confictum : postquam adeptus est Imperium paci summopere studuit ; & parens patriæ adpellatus est. Adriano Qua-

Digitized by Google

dratus Apostolorum discipulus, & Aristides Athenienſis Philoſophus pro Christiana Religione Apologias à ſe conſcriptas obtulerunt: Quadratus non tantum Apologiam fecit, ſed oratione coram habita ipſum movit, ut Trajani perſecutionem in Christianos adhuc æſtuantem ſedaret; quod ipſum obtinuiſſe ait S. Hieronymus. De his agit Euſebius, & Hieronymus. Judæis Jeroſolymam reædificandi, Veſpaſiani lege abrogata, dedit poteſtatem, non eodem prorſus loco; & veteri nomine mutato, Æliam Capitolinam appellari voluit; ex adverſo templi prope novam urbem Jovis ædem erexit; hinc belli initium, ut refert Dio, quo univerſus terrarum orbis ex Judæorum motu concuſſus eſt; ſed à Julio Severo Judæos victos, & oppreſſos in Hiſpaniam exulatum miſit, qui cum ceteris jam ibi exulantibus à patrio ſolo ſine Principe, ſine Rege, ſine Ephod publicas habuere ſynagogas. Hiſpaniam in ſex diviſit provincias Bæticam, Luſitaniam, Carthaginenſem, Tarraconenſem, Calæciam, atque Mauritaniam Tingitanam, ut ſextus Rufus conſularis teſtatur: ſub ejus Imperio Baſilides Gnoſticorum ſectam ſeminavit; & ex ejus ſchola Marcus in Hiſpaniam profectus ſui erroris ſemina jecit. Moleſta tandem valetudine fatigatus, ad Bajas, ut Medicorum manus evaderet, poſt unum, & viginti Imperii annos obſtinatam inedia vitam finivit.

*Ep. 84. ad Magnum. Orat. Roman. Lib. 4. Hiſt. Eccl. cap. 9. Catalogo Scriptor. Eccleſiaſt.*

*Breviar Rerum Romanar.*

Poſt Adrianum Titus Antoninus cognomento Pius decimus quartus Romanorum Imperator una cum Lucio, & Aurelio filiis Hiſpaniarum Regnum obtinuit. Id temporis Trogus Pompejus Hiſpanus floruit, qui totius Hiſpaniæ hiſtoriam à Bello Nini Aſſiriorum Rege uſque ad Cæſarem conſcripſit. Antonino Pio ſucceſſit Marcus Antoninus Philoſophus, cognomento Verus, una cum Lucio Aurelio, & Commodo in Hiſpaniis imperare cœpit, Luſitanos compreſſit, qui ſponte res novas moliri dicebantur: quarta in Chriſtianos perſecutio tunc agitata eſt. Poſt Antoninum Philoſophum Commodus Hiſpaniarum Re-

Digitized by Google

Regnum accepit, & poſt tredecim Imperii annos apud Romam in domo Veſtiliani ſtrangulatur morum foeditate, immanitate peſſimus Imperator. Strangulato Commodo Helvius Pertinax ſeptuagenario major ex Senatus Conſulto juſſus eſt imperare (ex Euſebio in chronico): cum rempublicam optimis inſtitutis regere vellet intra octoginta, & octo dies Imperii Juliano ſcelere occiſus eſt.

Severus decimus octavus Romanorum Imperator Hiſpaniarum Regnum inchoavit anno Chriſti 196, teſte Spartiano, Imperii initio erga Chriſtianos bene affectus erat, poſtmodum tamen fuit infenſiſſimus; quo ſæviente, nono ſui Imperii anno Valentiæ in Hiſpania occubuerunt Felix Presbyter, Fortunatus, & Archilocus Diaconi à B. Irenæo Lugdunenſi Epiſcopo ad prædicandum Valentinis in Hiſpaniam miſſi. Baſſianus Severi filius, cui Antonini Caracallæ cognomen fuit, Princeps moribus adeo truculentus, ut omnes illi pene defuerint virtutes, & vitium pene nullum, à Parente anno ſeptimo Auguſtus creatus poſt Patris obitum Imperii habenas tenuit. Macrinus Opilius poſtquam Caracallam interfecit, Imperium invaſit. In Macrini occiſi locum ſuffectus eſt Aurelius Antoninus Heliogabalus Solis in Phœnicia Sacerdos, à ducibus, militibuſque Imperator fuit acclamatus; tradit Ælius Lampridius Heliogabalum omnium Deorum cultum Romæ extinguere intendiſſe, & eorum ſacra in templa Solis, cujus fuerat Sacerdos adducere velle. Judæorum, Samaritanorum, & Chriſtianam Religiones illuc ferre decreto ſtatuit. Omnium fœdiſſimus mortalium, moribus turpiſſimus juxta Dionem, Xiphilinum, & Lampridium anno 220 occiſus eſt, nulla re in Imperio memoria digna ab ipſo facta.

E vivis ablato Heliogabalo, M. Aurelius Severus Alexander ad Imperium evectus eſt, Princeps civilibus virtutibus, & bello conſpicuus: Mammeæ matris conſilio juris peritiſſimos, qui judicia redderent, delegit: id temporis à Paulo Juriſconſulto privilegium jam antea Emeritenſibus, ac ceteris Luſitanis indultum de jure Latio ob-



Digitized by Google

tinendo iterum promulgatum est ; ac ceteris Romani Imperii legibus adjunctum est, ut constat ex lege 8. ff. de Censibus. Christianos amore prosequutus est, Christum in Lario coluit, ipsique templum, ceu Numini, voluit ædificare ; ii tamen, qui sacra adeuntes consultum omnes Christianos inde futuros invenerunt, si id fieret, & Deorum templa fore deserenda, à proposito Cæsarem deterruerunt. In expeditione nova adversus Germanos Gallis imminentes à conspirantibus militibus interfectus est.

Alexandri Successor extitit Maximinus Gotho ex Patre natus, Mana Matre progenitus, electioni Senatus non annuit : statim Imperio crudelitatis monstrum apparuit, Christianos vexavit, Ecclesiarum Præsules maxime afflixit, nec tantum in Christi professores odium suum projecit, verum & in suos cives immaniter sæviit, non judicatos, non accusatos, non defensos interfecit, eorum bona eripuit, & solo hominum sanguine satiari impiissimus homo videbatur : adeo sibi omnium odium conciliavit, ut tyrannicum dominium, & potestatem ægre ferens Senatus ei obedire recusaverit, & Gordianum utrumque Patrem, & filium Augustos nominaverit. Gordiani in Africa cæsi sunt, quibus occisis, Senatus Maximinum, & Clodium Balbinum Imperatores elegit ; trucidatis etiam Maximino, & Balbino, solus Gordiani Gordianus nepos adhuc puer imperavit, moderante, ac tuente Misitheo. Philippi Arabis indiciis sublato Misitheo, & non multo post Gordiano, Philippus à Senatu Augustus nominatus est, cum prius eum deciperet, ac per litteras suaderet Gordianum morbo fuisse abreptum, seque militum votis, & suffragiis ad Imperium evectum.

*Lib. 6. Hist. cap. 27. In Communit. 1. adversus hæreses cap. 23. Lib. 7. cap. 13.*

Philippum Christianorum Imperatorum primum fuisse testati sunt Eusebius, Vincentius Lirinensis, Orosius, & alii quamplurimi : verum cum profani scriptores, qui res Romanas descripserunt, mutatæ religionis Philippum non arguant, imo id temporis Deorum templa, sacra, &

Digitized by Google

Gentilium cetera adhuc ſervabantur, nec à Philippo prohibebantur, ſicut poſtea à Conſtantino ad fidem converſo factum fuit, ex temporum conditione, quod non ſatis firmum foret ejus Imperium, & Senatus, Populuſque Romanus inconſtans eſſet Imperatoribus mutandis, dicendum eſt Chriſtianum fuiſſe Philippum, non palam tamen Chriſtianam Religionem profeſſum.

Decius Romani Imperii habenas geſſit poſt Philippi. Chriſtianis adeo infenſus, ut chriſtianum nomen penitus delere videretur, plurium fidelium lapſum luxit Eccleſia, ut ait S. Cyprianus in pluribus Epiſtolis: quam multi fideles tormentis territi idolis thura concremarunt; quamplurimi ne idolis immolare cogerentur, Ethnicis Magiſtratibus pecuniam, aut quodvis donum tribuebant, eoque pretio cum vitæ, tum externæ idololatriæ periculum fugiebant; libellos pro ſe, ſuiſque à Magiſtratibus petebant in ſecuritatem, ut iis teſtimoniis munitos ſatellitum furor non apprehenderet: quos Libellaticos SS. PP. appellarunt, & eorum crimen non ſecus, ac idololatriam graviſſimæ pœnitentiæ addixerunt.

Gallus Hoſtilianus vigeſimus ſeptimus Romanorum Imperator una cum Voluſiano ejus filio Hiſpaniarum Regnum ſuſcepit. Poſt Gallum Valerianus Licinius una cum Gallieno filio: Chriſtianis faverat Valerianus, poſtmodum in eos eam perſecutionem movit, ut quamplurimi Martyres cœlo naſcerentur. Id temporis Laurentius Hiſpanus, quem Sixtus II. ante Pontificatum Hiſpaniam veniens ſecum Romam adduxerat, & Archidiaconum ſuum conſecraverat, poſt multa virtutum inſignia, & tormentorum genera igni tandem examinatus, & Martyr probatus eſt. In Tarraconenſi Provincia iſtæc flagravit perſecutio, Fructuoſus Tarraconenſis Epiſcopus ea tempeſtate cum aliis pro Fide paſſus eſt: apud Legionenſem Gallæciæ Civitatem Emitherius, & Celidonius plurimis etiam afflicti ſunt tormentis, & pro Chriſto martyrio coronati ſunt.

Digitized by Google

Claudius vigesimus nonus Romanorum Imperator fuit, cui Aurelianus successit, qui in Christianos persecutionem movit, & fulmine tandem ictus est. Tacitus postea imperavit; in cujus locum suffectus est Florianus: post Florianum Probus, qui Gallis, ac Hispanis permisit, ut vineas colerent, vinumque conficerent. Hoc tempore à Saturnino fertur Hispanos adversus Romanos nova fuisse mollitos. Hæc de Imperatoribus Romanis, qui Lusitaniæ, & universæ Hispaniæ Imperium secundo, & tertio sæculo obtinuere, quorum tamen pauci rem Lusitanam amplam reddiderunt, aut si liberales nimis ditarunt, eorum munificentia in tenebris est abscondita, ac sepulta; ut rara sint, quæ detegantur.

## CAP. VII.
## *De Lusitaniæ Martyribus.*

### §. I.
### *De S. Quiteria.*

SEcundo sæculo inter Lusitanos memoriæ proditum est novem sorores uno partu editas ex Calcea uxore Lucii Catelii viri consularis, ac Bracaræ Reguli, Quiteriam scilicet, Wigelfortem, aut Liberatam, Basillissam, aut Basilam, Gemam, Marinam, Eufemiam, aut Hameliam, Ginebram, Victoriam, Marcianam, aut Margaritam, quæ omnes Deo martyrio consecratæ sunt. Breviarium Hispanicum Ecclesiæ Seguntinæ eas uno partu editas refert quidem: sed quam multas fabellas circa earum historiam exordiri mihi est certum, quæ ex Pseudo Juliano, Dextro, & aliis transcripsere recentiores; & nullus antea meminit. Bollandistæ ad diem 22 Maij de S. Quiteria agentes novem puellulas uno partu editas veluti à Lusitanis confictas rident; quod etiam fateor præter usitatum naturæ humanæ ordinem. Bivar, ut matrem novem simul parientem filias absque censuræ judicio exhibeat,

*In Commentar. ad Dextrū.*

Digitized by Google

Dacianum Aſſyrium allegat oratione contra Græcos, qui ait duas mulieres triginta ſimul infantes peperiſſe, & hoc modo incidit in Sylam cupiens vitare Caribdim : magis à fide ſit alienus, qui exemplo iſto ſe præbet credendum : Luſitanorum etiam hæc eſt traditio, quanvis non ante Dextri ſarcinatorem; verum qualis qualis illa ſit, dico cum Cypriano : *Non eſt de conſuetudine præſcribendum : conſuetudo enim ſine veritate vetuſtas erroris eſt.* Hiſtoriæ leges adimplens, veritatiſque amator, quod opinor, tantum dicam ; nec tanta eſt Seguntini Breviarii auctoritas, ut ad credendum commovear. *Ep. 71. ad Quintum.*

Secundo ſæculo Quiteria Virgo Luſitana extitit, & Bracarenſis, martyrium paſſa eſt prope montem Columbarium, ubi Patrem fugiens Gentilem, ſolitudine vitam tranſegit : Accolæ montis Columbarii, qui quatuor leucis diſtat à Colimbria, jure ſuo Virginem poſtulant, utpote quæ eorum ſolum conculcaret, ibique in Valle Aufragia, in qua palmam adeptam eſſe dicunt, in ejus honorem Sacellum conſpicitur. Qui in Interamnenſi provincia alium montem Columbarium habitant, & Vallem Aufragiam prope Bracaram, Quiteriam ibi martyrio coronatam, & ſepultam clamant : utriſque ſua jura, utriſque eſt laudanda de Martyre cura, amor, & deſiderium ; utriſque eadem montium, & vallium nomina rationes tribuunt, quibus lis ſub judice maneat. Verum Fr. Benedictus ab Aſcenſione Doctor Theologus Colimbrienſis Monachus Ordinis Benedictini Quiteriæ vitam, ac martyrium deſcribens in montem Columbarium Bracarenſem rationum pondere fertur. Per univerſam Luſitaniam Quiteriæ Bracarenſis cultus viget, ſacella, aræ, & templa in ejus honorem ſunt extructa, & ii, quos canum rabies, & furor veneno infecit, in templo prope *Alenqueram in Extrematura* ad ſanitatem invocare conſueſcunt. In Galliis quoque Quiteria celebratur, Gallicano Martyrologio veluti Gallicana colenda exponitur : quapropter vel aliam fuiſſe à Luſitana, vel Gallos potius Gallicanam confin-

Digitized by Google

xiſſe arbitrandum eſt ; Bollandiſtæ Gallis magis favere, quam Luſitanis videntur ; noſtrarum vero provinciarum traditio, & ejuſdem Quiteriæ apparitiones apud noſtros inventæ noſtram fuiſſe oſtendunt: de ipſa tandem ait Martyrologium Romanum : *In Hiſpania S. Quiteriæ Virginis, & Martyris.*

## §. I

## *De S. Wilgeforti, aut Liberata.*

EOdem ſæculo Liberata, aut alio nomine Wilgefortis poſt multos ad Chriſti fidem prædicatione converſos, quapropter Luſitanam Magiſtram, ac Doctricem eam vocant, martyrio in Cruce finiiſſe traditur : de illa agit Martyrologium Romanum à Sanctiſſimo Domino D. Benedicto XIV. recognitum, ac emendatum ad diem 20. Julii : *In Luſitania S. Wilgefortis Virginis, & Martyris, quæ pro Chriſtiana Fide, ac pudicitia in Cruce meruit obtinere triumphum.* Jacobus Grethſerus eam fuiſſe Luſitaniæ Regis filiam ſcribit, & inter Germanos maxima coli veneratione. Bollandiſtæ etiam fatentur ejus cultum per univerſam pene Europam haberi, & qua longe, lateque patet, templa, vota, & preces in ejus honorem extrui, & fieri ; & quo magis, ad quem populum jure pertineret, explorabant, ex ipſarum gentium contentione, quid certius foret, non reperiebant. Tota pene Europa cultu quidem proſequitur Liberatam ; quæ tamen Luſitana patria fuerat, & origine : Luſitanam Germani ipſi credunt, inter quos Grethſerus Suevia in Germania natus : Bollandiſtæ de Regis filia figmentum exiſtimant, quod id temporis nullius in Luſitania Rex extiterit : Regem fateor proprie nullum Luſitaniæ imperaſſe, quæ iis temporibus Romano Imperio mancipata erat ; reguli tamen erant Viri Conſulares Romanorum Imperatoribus ſubditi : nec novum eſt eruditis, quod Regis nomen aliquando pro quovis regnatore, & domino apponatur, ut de populo quoque cecinit Virgilius.

*Tom. 1 pag. 268. de Cruce.*

Digitized by Google

*Hinc populum late Regem, belloque ſuperbum.*

Bollandiſtæ etiam Luſitanam fuiſſe negant ex nomine Wilgefortis, quod duplicato VV. componitur, & Hiſpanis, Italis, ac Latinis hic ſcribendi modus erat incognitus; in uſu tamen apud Germanos: nec momentoſum adeo id eſt: vel Germani magno cultu Liberatam proſequentes patrio nomine Onteomeram, & Wilgefortem appellarunt, inde in ceteras gentes idemmet corrivaſſe nomen conjectandum eſt; & quæ inter Luſitanos Liberata tantum appellabatur, jam Wilgefortis, aut Ontecmera cœpit nominari. Seu quæ Wilgefortis non duplicato VV. à Luſitanis dicebatur; à Germanis poſtea patrium ſcribendi morem ſequentibus Wilgefortis dicta eſt; vel ab ipſis Hiſpanis ibi degentes Gothos, Suevoſque imitantibus, qui ex Germania oriundi duplicata litera ſcribere conſueverant; ut ex Gothicis quamplurimis nominibus palam exhibetur. Marianna ad Diocletiani tempora Seguntiæ paſſam credidit: ex cultu apud Seguntinos habito cauſa illuc translati corporis alius S. Liberatæ Novicomo ex Italia à Simone Seguntino Epiſcopo, cujus feſtum in Martyrologio Romano ponitur ad diem 18 Januarii, forte credidit Marianna Seguntiæ ejuſdem Virginis martyrium contigiſſe. *Æneados lib. 1. v. 25.* *Lib. 4. de Rebus Hiſpaniæ cap. 14.*

Morales de Liberata iſta ait Seguntina: *Numquam expreſſe dicitur hæc Sancta fuiſſe Hiſpana, nec ego video alium modum, quo hoc poſſit probari.* Sed cum Liberata Quiteriæ, & aliarum ſeptem ſorore Virginum confundit; quod minus caute factum eſt. Breviarium Seguntinum ſupra citatum eam Luſitanam tradit, Quiteriæ, & aliarum germanam: aſt non eſt ea ejus auctoritas, ut verum ſit: ejus Auctor fortaſſe Dextro confiſto, aliiſque fabellis, & Liberatæ nominis ſimilitudine deceptus Seguntinæ Eccleſiæ Protectricem fecit Vitginem Luſitanam, cum eſſet alia, quæ Novicomi paſſa eſt. Bollandiſtæ ipſi ad diem 20 Julii fatentur plures Liberatas in Sanctarum album eſſe adſcriptas. Igitur ne in Hiſtoriæ errores, quos Flavii *Lib. 10. cap. 18.*

Digitized by Google

Dextri, ac Juliani editores prodiderunt, ire videar; quod ante hujusmodi chronicorum in vulgus editionem de Wilgeforti tenuere, ac dixere aliqui Lusitani, proponam, & sequar. Lusitanam fateor Virginem, & Martyrem, & cum Martyrologio Lusitano anno 1591 typis Colimbriæ demandato ante chronicorum figmenta, hanc fero sententiam: *De S. Wilgeforte Virgine, & Martyre Lusitana, non scimus singillatim ubi sit nata, ubi Martyrio coronata, aut ubi existant ejus reliquiæ.* Quapropter sententia Gasparis Alvares Lozadæ opinantis Liberatam apud Castraleucam ad Egitaniam, hodie *Castello Branco* obiisse martyrium infirmo talo subsistit, præsertim cum Castraleuca ex Ptolomæo in Celticis in Transtagana provincia inter Olysiponem, & promontorium Sacrum extaret.

## §. III.
## *De S. Basila.*

MOrales jam citatus novem filias Catelii, & Calceæ agnovit iisdem nominibus, quibus capitis initio numeravi, quanvis uno partu editas in lucem non dicat; quarum septem præter Quiteriam, & Wilgefortem martyria non tantum apud nostros, sed etiam apud exteros celebrantur. Basilam Smyrnæ in Asia palmam martyrii fuisse adeptam ferunt ex nostris plurimi, & eam arbitrantur, de qua Martyrologium Romanum ad diem 29. Augusti: alii vero suam non adhibent fidem, quod puella tantum terræ spatium ab Europæ limitibus usque ad Asiam peregrinaretur, & viris quoque ardua, & difficilia itinera conculcaret; quapropter non Smyrneam, sed aliam alibi, ubi vero incertum, ad primam diem Novembris referunt, de qua in Martyrologio Romano altum est silentium. Nescio quid tam novum, quod puella ex Lusitania Asiam penetrarit; cum non una, & altera, sed plures patrio solo extorres quaqua longe vagarentur, & quo Domini earum sponsi spiritus ferebat, addu-

Digitized by Google

adducerentur, ut de Maria Ægyptiaca, Pelagia, aliisque passim legimus. Qui Smyrnam in Bætica martyrii Basilæ locum opinantur, nescio qua Geographia firmentur. Bivarius in commentariis suis ad Dextrum ad annum Christi 50 Smyrnam in Bætica putat, quam Ptolemæus in tabula Bæticæ Sex appellavit; ast sui opinamenti, aut conjectationis causam si ostenderet, nobis foret gratum: de vetustate maxime desideranda congratularemur.

## §. IV.

### *De S. Marina, Euphemia, & aliis.*

MArina, sive Gema Gallæciæ apud Aqui-Caldenses ad Limiam juxta Resendium in Epistola ad Bartholomæum Kebedium Martyr. occubuisse fertur; ipsaque existimatur, quæ decima octava die Julii in Martyrologio Romano commemoratur. De Euphemia Quiteriæ sorore, aut quæ possit existimari, nulla in Martyrologio Romano extat commemoratio, quanvis aliarum meminerit Euphemiarum, quarum nulla, de qua agimus, Virgo potest existimari. De Victoria quidam ex nostris Lusitanis pertractantes eam Cordubæ illustri passione coronam à Domino meruisse dicunt, eandemque asserunt, quæ in Martyrologio Romano decima septima die Novembris cum Aciscelo obiisse narratur. Facile tamen ex historia ipsa, quam sequuntur, dexteras porrigant, necesse est. Victoria istæc, quæ in Romano Martyrologio sæviſſime cruciata proponitur Aciscli germana erat: Aciscum vero Quiteriæ fratrem, Catelii filium nullus est in ipsa historia fundatus, qui fateatur. Victoria ista sub Diocletiano jussu Dionis Præsidis Cordubæ martyrii triumphum assequuta est: Victoriam Quiteriæ germanam, quæ secundo ineunte sæculo juxta ipsos Lusitanos nata est, usque ad Diocletiani persecutionem, quæ initio quarti sæculi fuit excitata, in humanis egisse quis credat? Igitur aliam fuisse Victoriam, & incertum, ubi Quiteriæ soror cruciatum



Digitized by Google

ſubiit; ſi vere fuerit Martyr, putandum eſt.

Marciana tandem Toleti pro Chriſti fide beſtiis objecta, atque à tauro diſcerpta martyrio coronata eſt. Anno 253. apud Viannam in Interamnenſi provincia Revocata cum Saturnino, ac Teophilo, de quibus Martyrologium Romanum ad diem 6. Februarii palmam meruere. Bolandiſtæ plura ferunt Martyrologia, in quibus non Revocata, ſed Revocatus cum ſociis legitur, & Flavium Dextrum confictum Hiſpanienſis Revocatæ auctorem adferunt; non Flavio conficto credimus, ſed noſtrarum provinciarum veterrimæ traditioni, quæ Viro Theologo non leve eſt argumentum, adhæremus.

## §. V.
## *De Donato, & Sociis.*

MArtyres quoque ſibi vendicant Luſitani Donatum, Secundinum, Romulum, & octaginta ſex ſocios. Biſulci, ſeu *Beſelga* apud Concordiam ſub Antonino Imperatore paſſos, quos Martyrologia Romanum, Uſuardi, Notkeri, & Galleſini numerarunt ad diem 17. Februarii. Illuſtriſſimus Rodericus da Cunha in Hiſtoria Olyſponenſi poſtquam horum Martyrum originem Luſitanam, & acta una cum elogiis recenſuiſſet, ſequitur: *Concordia civitas ex Ptolemæo jacet ubi nunc viſitur oppidum Thomar, quam urbem antiqui Nabantiam dixere ... non longe conſpicitur oppidulum, cui nomen Biſulco, ſeu Beſelga, in quo nati, & paſſi ſupradicti ſunt Martyres. In hujus rei memoriam adhuc miraculoſus perſeverat lapis ibidem, omnium Luſitanorum devotionem arripiens, quatenus apud illum relatos Martyres fama eſt agonem efficaciter compleviſſe. Hujus traditionis veritatem indigitant, & ſanguis è marmore defluens, & paſſim miracula apud illum patrata. Lapidis forma quatuor angulos complectitur, cujus pars ſolo affixa, pars ſurſum per ferme quinque dodrantes erigitur. Nec ſitum mutaſſe creditur, nam cum aliquando*

1. *p. cap.* 14. *fl.* 32.

Digitized by Google

*ad Abbatiſſarum ædes, quas in hujus oppidi poſſident territorio, lapis ille ſacer à latomis adveheretur, repente in antiquum locum reverſus eſt. Hinc deinceps in eximiam venerationem habitus, oppidanorum reverentiam exhauſit. Poſt hæc duo foſſores, cum prope lapidis ſuffixi locum pertranſiſſent, unus furore concitus, ligone ſacrum ferire lapidem properavit: Ecquid, dicens, nos lapidem adorabimus! O res mirabilis! Vix illum percuſſit, cum ecce marmor ex ictus foramine guttatim ſanguinem diſtillavit, & ruſticus febre correptus, animam protinus eructavit. Nec hiſce mirabilibus tantum virtus lapidis circunſcribitur; innumerabilia Deus Sanctorum Martyrum invocatione ægris beneficia incolis elargitur.* Hactenus Rodericus. Licet Luſitanorum traditioni veneratio apud Concordiam Italiæ, quam refert Philippus Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiæ, vigere, & obſtare videatur; non eſt novum, quod id pietatis officium apud plurimos populos uno, eodemque nomine inſignitos obſervetur. Audierant Concordienſes Italiæ paſſos Martyres Donatum, & ſocios apud Concordiam, ignorarunt agonis locum, crediderunt ſuum. Quid mirum, ſi ſuos exiſtimarunt; grates ferant Luſitani, quod Itali noſtris Martyribus ditati, feſtum illis devoto, illuſtri tamen errore proſequantur. Non me latet nullum ante Pſeudochronica de his Luſitanis Martyribus Beſulci paſſis ſcripſiſſe; verum non Dextro, ſed noſtrarum provinciarum traditioni miraculis comprobatæ credendum eſt.

## CAP. VIII.

### *De Hæreſibus.*

CAuſa Chronici Juliani cap. 3. ſupra citati Emeritæ, & Bracaræ ad annum 252 in cauſa Novati, & in iiſdem civitatibus eodem ſæculo in cauſa rebaptiſantium concilia adunata deſcribentis hujuſmodi errores id temporis per Luſitaniam ſpargi opus erat fallerentur plu-

Digitized by Google

rimi, qui Julianum auctographum; & non supposititi-um ducerent. Verum hæc concilia à Pseudo Juliano fuisse conficta, nec extitisse jam ostensum est, errores quoque jam dictos per nostram Hispaniam non irrepsisse facile est commonstrandum: prius tamen rebaptisantium causam quodammodo licet enarrare. Ex Cypriano in Epist. 73. ad Jubajanum jam à tempore Agrippini Cypriani Decessoris in Africana Ecclesia Episcopi in unum convenientes statuerant, ut hæretici ad Ecclesiam venientes baptisarentur, quam de rebaptisandis sententiam postea Cyprianus in tribus Conciliis Carthagine celebratis firmavit. Stricta illa consuetudo Africanæ Ecclesiæ Cypriani tempore cum nostra Hispana, ut nostri Episcopi Cyprianum doctissimum, & sanctitate insignem consulerent, ac consultum sequerentur, erat veluti aperta janua, qua error ille Hispanias ingrederetur, inficeretque. Sed eo errore non infecta est Lusitania, quo non tantum Africa, sed Orientales quoque Ecclesiæ fuerant maculatæ. Stephanus Papa Cypriano, Firmiliano, Africanis, & Orientalibus Episcopis minatus est; constat ex Ep. 74. Cypriani ad Pompejum, ex Magno P. Augustino lib. 5. de Baptismo cap. 25: ad Hispanos vero nullas dedit literas, ut nihil innovaretur, nisi quod traditum est, ut manus ab hæresi venientibus imponatur in pœnitentiam, quas etiam mitteret Sanctissimus Pontifex Ecclesiasticæ traditionis acerrimus vindex, si de errore per Hispanias grassante certus fieret. Lusitanam quoque Ecclesiam Africanis, & Orientalibus conjunctam simul allegaret Cyprianus, ut suam sententiam majori provinciarum traditione firmaret.

Sæculo etiam tertio putant alii, quod per Lusitaniam de Incarnatione servatoris nostri error inter populos seminaretur: quod Eutychiani Pontificis Romani legatur Epistola ad omnes Episcopos Provinciæ Bæticæ, quibus Lusitaniæ Antistites id temporis adjuncti erant; qua Eutychianus Hispanos Præsules instruit, quo modo subditos de Incarnationis Mysterio deberent informare. Certum est

Digitized by Google

in Hiſpaniam ſecundo ſæculo ex Baſilidis ſchola Marcum perveniſſe, qui Magiſtri ſui errorem de Chriſti carne ſpecie tenus mortali ſeminavit, in Luſitania tamen ſeminaſſe dubium eſt: aut in aliis Hiſpaniæ partibus hujuſmodi hæreſim radices firmaſſe quis aſſerat? De ipſa Eutychiani Epiſtola inter Criticos contentio eſt; ſpuriam, & confictam judicant, qui Anteri, & Sixti II. ſupra citatas ad ſuppoſititias ſolent demandare. Cardinalis de Aguirre ſcribit cauſa hæreſis Pauli Samoſateni in Concilio Antiocheno damnatæ Eutychianum ſuam exaraſſe Epiſtolam: verum quid Hiſpanis cum hæreſi Samoſateni, quæ in Oriente ortum duxerat, & adoleverat? Ea fere eſt Romanæ Sedis conſuetudo, ut ſua ferat diplomata, vel ad conſulta reſcribens; vel motu proprio damnans, quæ in provincia, ad quam ſcribit, errorum ſemina divulgantur; & populo ſanum, nec veneno infectum diſcernens pabulum, quo nutriatur.

## CAP. IX.

### *De Libellaticorum facinore per Luſitaniam.*

MArtialem Emeritenſem Epiſcopum de Libellatici crimine accuſatum, & à ſua ſede fuiſſe ejectum ſupra ſcripſi, nec eo facinore ſolum Antiſtitem illum notatum legi, verum & plurimos in perſecutionibus, quibus conſtantia deerat pro Chriſto tormenta ſubeundi, ex Eliberitano Concilio infra ad initium ſæculi quarti pro comperto habeo. Itaque duo genera Libellaticorum erant, eorum ſcilicet, qui Libellos à Magiſtratu Ethnico obtinebant, ut vitam, bonorumque fortunam ſervarent; aliorum etiam, qui conſtanter Fidem interius, exteriuſque retinētes vitā, ac facultates pretio redimebant, ab eoque libellum accipiebant, quo ſecuri ſatellitum audaciam evaderent, nec injuſte vexarentur. Alterum vero eorum, qui ut necem, bonorumque jacturam vitarent, ſcriptis ſchedulis coram Magiſtratu proteſtabantur ſe Re-

Digitized by Google

ligionem Chriſtianam abjurare, & ad Ethnicos tranſire, quanvis id ex animo non agerent, quapropter ſecuritatis libellos obtinebant.

Inter Libellaticos iſtos deterioris conditionis fuere Martialis, & Baſilides; eorum graviſſimum facinus inſectatur Cyprianus; necnon crimen iſtud adeo exprimit, ut graviſſima pœna feriret; & cum ii confeſſores adirent literas petitum, ut eorum interceſſione ab Epiſcopis à feveriori, diuturniorique pœnitentia abſolverentur, ad Martyres, & Confeſſores ſcripſit, ne ſine ullo diſcrimine, atque examine ſingulorum contra Euangelii legem Libellorum millia quotidie darentur. Multos id ultimi generis fuiſſe Libellaticos Plinius Junior teſtatur in Ep. 67. ad Trajanum: *Propoſitus eſt libellus ſine auctore multorum nomina continens, qui negarent eſſe Chriſtianos, aut fuiſſe; cum præeunte me appellarent Deos, & imagini tuæ (quam propter hoc juſſeram cum ſimulacris Numinum adferri) thure, & vino ſupplicarent, præterea maledicerent Chriſto.* Certe Libellaticorum id genus abominationi erat, licet publice idololatriam externam non agerent.

*Ep. 15. ad Presbyt. & Diacon. Romæ, & lib. de lapſis.*

Primum Libellaticorum genus ſine crimine fuiſſe ſcripſit S. Petrus Alexandrinus can. 12. de Pœnitentia: *Iis enim, qui pecuniam dederunt, ut ab omnis improbitatis moleſtia omni ex parte remoti eſſent, crimen intendi non poteſt. Damnum enim, & jacturam pecuniarum ſuſtinuerunt, ne ipſi animæ detrimento afficerentur, vel ipſam etiam perderent, quod alii propter turpe lucrum non fecerunt: quanvis Dominus dicat. Quid enim prodeſt homini, ſi univerſum mundum lucrabitur, animæ vero detrimentum patiatur? ... in illis enim apparuerunt, qui Deo ſervirent, exoſis, conculcatiſque pecuniis, & in eo compleverant, quod ſcriptum eſt. Pretium redemptionis, divitiæ propriæ.* Exemplum adducit Jaſonis, in Act. Apoſtolorum cap. 17, qui pro Paulo, & Sila cum à Judæis ad Magiſtratus traheretur, quod contra Cæſaris decreta faceret, Regem alium dicens eſſe Jeſum, data ſatisfactio-

Digitized by Google

ne dimiſſus eſt. Natales Alexander Libellaticorum hujuſcemodi genera licet non meminerit, ſed eos dicat, qui ne idolis ſacrificare cogerentur, munus dabant, pecuniamque numerabant Ethnicis Magiſtratibus, ut eo pretio & vitæ, & externæ idololatriæ periculum, & infamiam redimerent libellos inde obtinentes, quibus ſecuri evaderent, fatetur ipſe nullum quidem facinus illis tribui, qui palam Chriſtum Jeſum profeſſi pecuniam præbebant, ne ad aras cogerentur; hanc vitæ redemptionem licitam eſſe, cum aberat Fidei periculum, Religionis, Eccleſiæ, aut fratrum offendiculum. *Sæculi 3. Diſſert. 5.*

Digitized by Google

# HISTORIA ECCLESIÆ LUSITANÆ SÆCULI IV.

## CAP. I.

### *De Fidei conservatione.*

FElix Ecclesiæ sæculum, non tam Lusitanæ, verum & universæ: quanvis Diocletiani Galerii Maximiani, Maxentii, ac Licinii immanitate Christi fideles, quaqua longe diffundebatur Romanum Imperium, cruciarentur; eodem à Constantino cunctis Ecclesiis pax reddita est, & omnes tranquillæ floruere. Lege quoque lata, quæ est 1. cod. de Sacrosanctis Ecclesiis, licentiam omnibus dedit, ut quidquid optarent, relinquerent Sanctissimo, Catholico, venerabilique Concilio, id est, Ecclesiis. Templa magnopere condi cœperunt, Deo cultus publicus, non jam in cryptis, & obscuris locis exhiberi. Episcopi sua munia non in angulo, sed in suis territoriis sine metu, sine hostium incursione in oves suas exercebant. Lusitania ipsa per Præsules suos integerrimæ fidei viros disciplinam Ecclesiasticam, mores christianos, & Fidem Apostolicam intra se florentem demirata est, quæ omnia ex rerum eventu, quas in suis capitibus distributas referam, erunt palam.

CAP.

Digitized by Google

# CAP. II.

## *De Metropolitanis, & Episcopis.*

### §. I.

### *De Metropolitis.*

PEr Lusitaniam, & Gallæciæ provinciæ partem, quæ ævo nostro Portugaliæ sortita est nomenclaturam non tantum Bracaræ, Emeritæ, Eboræque floruere Episcopi, verum & in Gallæciæ provincia apud Portucale, Dumium, & Britoniam, in Lusitana apud Pacem, Olysiponem, Ossonobam, Collimbriam, Lamecum, Viseum, & Egitaniam Episcopales Sedes collocavit Maurus Rasis in suo chronico, & istarum Sedium divisionem ait à Magno Constantino fuisse factam. De Mauri veritate circa Episcopatus non est certum judicium, cum plurimæ ex iis Sedibus, quales fuerant Dumiensis, Britoniensis, Visensisque multo post Constantini tempora inceperint: & quanquam alii eandem provinciarum, & Metropoleon divisionem inculcent; aut Mauro nimis confidentes, aut circunstantiis describentes dubiis, falsisve, eam dubiam quoque, incertam, & parum credendam reddunt. Joannes Vasæus in Hispaniæ chronico ad annum 338 cum Joanne Gerundensi Episcopo inquit Constantinum Hispaniam venientem, ut barbaras gentes, quæ Gallæciam, Bæticam, atque oram maritimam occupaverant, expelleret, Concilium Eliberi jussisse celebrari à decem, & novem Episcopis, in quo Hispania in quinque provincias divisa est, & singulis provinciis assignati fuerant Metropolitæ, Bracarensis, Tarraconensis Carthaginensis, Emeritensis, Hispalensis.

Enim vero in Eliberitano Concilio canone 58 Metropolitarum Hispaniensium meminerunt Patres, ut qui inter ceteros Episcopos haberent primas, excellerent, & ab iis



Digitized by Google

formatæ, ſeu communicatoriæ literæ probarentur : *Maxime in eo loco, in quo primæ Cathedræ conſtitutus eſt Epiſcopus* : primarum Epiſcopos Cathedrarum veteres Canones intellexerunt, & nuncuparunt, quos à ſæculo quarto dicimus Metropolitas : antiquus laudatur Canon, vulgo Apoſtolorum 33. *Epiſcopos uniuſcujuſque gentis oportet noſſe eum, qui in eis eſt primus, & exiſtimare ut caput ; neque ſine illius voluntate quidquam agere inſolitum.* Verum Conſtantinum tunc adfuiſſe ipſius Concilii tempus in cauſa eſt cur abſque temeritatis judicio pernegem. Licet Ambroſius Morales, Vaſæus, & alii ſub Magno Conſtantino hoc Concilium convocatum dicant ; alii non inferioris ſubſellii Baronius, Petavius, Labeus, Natales Alexander, & D. Ferdinandus de Mendonça adductis monumentis, & rationibus, quæ nunc adferre non eſt opus, affirmant ineunte ſæculo quarto Eliberi Epiſcopos unde viginti conveniſſe, nondum Eccleſiarum pace reddita ; imo cum nec ipſe Conſtantinus Romano Imperio potiretur, ut infra dicam : quomodo igitur in eo Concilio Conſtantinus Hiſpaniarum Eccleſias divideret ſuis Metropolitis, ſi nondum Imperii clavum gerebat ? Garcias Loayſa in notis ad Concilium Lucenſe ſub Theodomiro Rege ait diviſionem provinciarum Hiſpaniæ non per Conſtantinum huc venientem, ſed hoc modo fulſſe factam : Conſtantinus anno quarto Imperii ſui ſex Archiepiſcopos, ut dividerent Hiſpanias in ſex partes, ſeu provincias juſſit, ita quod unuſquiſque haberet terminos ſuos : verum Archiepiſcopi nomen uſque ad id temporis inauditum, & Euſebii, aliorumque veterum Conſtantini geſta ſcribentium ſilentium ſuſpectum illud reddunt. Quid Euſebio, aliiſve de Conſtantini rebus Auctoribus dignius erat, quod referrent ?

*Morales lib. 10. Hiſt. Hiſp. cap. 31. Vaſæus in Chron. Baron. tom. 2. ad ſæcul. 4. Petav. tom. 2. Ration. temp. Labeus in Collect. tom. 1. Natal. Alexand. Diſſert. 21. ſæcul. 3. Mendoça lib. 1. de Confirm. Concil. Elib.*

Quæ erant Metropoles Civiles Bracara Auguſta, & Emerita, eædem in Eccleſia honoris principatum obtinuere ; & ceteri Provinciæ Epiſcopi cum Bracarenſi, & Emeritenſi Præſulibus ; cum ſuo veluti capite, ac Præſide con-

Digitized by Google

ferebant, & consultabant. Metropolitæ tamen nomen aptissimum designando urbis Episcopo, qui esset totius Provinciæ caput, iis non accessit, nec ante Nicænam, & Antiochenam Synodos invenitur; quodlibet enim ambiendi honoris signum veteres Patres respuebant. In Anacleti Epistola ad Italiæ Episcopos, quam Gratianus transcripsit, Metropolitæ nomen legitur, quæ tamen ab omnibus eruditis Anacleto abjudicatur, & post sæculum septimum cum aliis Decretalibus ante Siricium conficta jam creditur. D. Ferdinandus de Mendonça ad can. 58. Eliberitani Concilii ait eo tempore nondum per Hispanias fuisse Metropolitas, quod nullo ab iis servato ordine subscriberent; Felix Accitanus primo loco, Sabinus Hispalensi secundo loco; Melantius Toletanus septimo, Liberius Emeritensis decimo quinto, post Vincentium Ossonobensem subsignarunt; & Metropolitas juxta suarum Ecclesiarum primatum ante Episcopos subscripturos contendit. Ea sane non erat adhuc consuetudo, quod non semel Metropolitæ post Episcopos prius ordinatos subscripserint, & nullam persæpe in Conciliis antiquis, quæ videntibus fient clariora, Episcopi rationem habebant sui vel loci, vel honoris, sed ordinationis solius in subscribendo: quapropter compulsus est Magnus Gregorius præcipere ut suo deinceps gradu, & ordine tum sederent, tum subscriberent. In Concilio quoque Bracarensi sub Theodomiro Rege anno 563. can. 6. decretum est, ut servato Metropolitarum primatu, ceteri Episcopi secundum ordinationis suæ tempus sederent: ex quo palam fit antea inter Metropolitas, & Episcopos Sedis, & gradus in subscribendo ordinem non observari.

*Dist. 99. cap. 1.*

*Lib. 9. Ep. 108.*

## §. II.

## *De Episcopis Bracarensibus.*

SÆculo quarto ineunte Sinagrius, vel Sunagius Bracarensem rexit Ecclesiam: Dexter in chronico refert eum Eliberitano Concilio interfuisse, ac subsignasse:

Digitized by Google

quanvis aliis placeat Sinagrium Agabrensem fuisse Episcopum, & sic pleriſque in Eliberitanæ Synodi codicibus reperiri. Tamajus Episcopum Agabrensem, qui Eliberitanis subscripsit actis, fuisse conatur Victorem illius Sedis Agabræ primum Antistitem; PseudoDextro, aut ipsi Dextro, si forte ex ejus historia, quam D. Hieronymus meminit in Catalogo Scriptorum Ecclesiasticorum, id fuit transcriptum, nunc credo: nec male Sinagrius ille Bracarensis existimabitur. Neminem latet Eliberitanum Concilium ex Hispaniarum fere omnibus Episcopis tunc extantibus fuisse adunatum: primarum Sedium Antistites convenerunt, Cordubensis, Cæsarauguſtanus, Emeritensis, Toletanus, Hispalensis, & alii: creditu ne est Bracarensem Gallæciæ provinciæ Primum abfuisse? Ex scribentium igitur negligentiæ tribuendum est, quod pro Bracarensi Agabrensem in multis codicibus ponerent; Rodericus da Cunha in Historia Bracarensis Ecclesiæ ait huic Sinagrio succesſisse Leontium, Leontio Apollonium, Apollonio Domitianum, Domitiano Idacium, Idacio Lampadium, si Pseudochronicis ab ipso citatis vera sit fides.

*Tom. 2. Martyrolog. die 13. Maji.*

Vasæus in chronico scribit Domitianum Bracarensem Episcopum Apollonii succeſſorem cum Osio Cordubensi, Anniano Castulonensi, Costo Cæsarauguſtano, & Florentio Emeritensi Hispanis omnibus Sardicensi Concilio interfuisse. In hac Synodo, inquit, extitit, & subscripsit Domitianus civitatis Auguſtæ: quænam ibi civitas Auguſta, nisi Bracara, quæ peculiari quadam prærogativa ita est appellata? Emerita Auguſta, & Cæsarauguſta equidem non erat; cum utriuſque civitatis Episcopi suis nominibus subſignarent: Bracaræ igitur fuerat Domitianus: in eandem Vasæi abirem sententiam, si in Concilii Sardicensis subscriptionibus apud quamplurimos codices, & exactiſſimos, non invenerim Domitianum Episcopum Asturicæ, quæ etiam Auguſta appellabatur: unde si in quibusdam codicibus legitur Domitianus Auguſtæ per alios Asturicæ conscribendus sit.

Digitized by Google

## §. III.
## *De Episcopis Emeritensibus.*

EMeritensem Ecclesiam moderatus est Liberius Religionis, ac Ecclesiasticæ disciplinæ zelo insignis, & fervidus, cujus doctrina non tantum in Eliberitano Concilio, verum & in Arelatensi anno 314 audita est, cum Cæciliani, & schismatis Donatistarum causa Magni Constantini jussu discussa est: utrique Concilio adfuit, & subscripsit. Liberio successit Florentius, qui adhuc Diaconus cum eo ad Arelatensem Synodum accesserat. Florentius Sardicensi Synodo interfuit, ac subscripsit anno 347. in causa D. Athanasii. Florentio in Emeritensi Sede successorem fuisse Idacium, seu Ursacium invenio. Idacius Instantium, Salvianumque Episcopos Prisciliani hæresi infectos, Priscilianumque ipsum, & ejus socios, ex Severo Sulpitio, sine modo, & ultra quam oportuit, lacessivit, insecutus est, ac exasperavit: in Synodo Cæsaraugustana anno Christi circiter 380. adversus Priscilianum, ac ejus sectatores sententiam dixit; à Gratiano Imperatore decretum obtinuit, quo ab Ecclesiis, & Hispaniarum urbibus hæretici illi pellerentur. Priscilianum tandem ad Maximum, qui in Occidente Imperium usurpaverat, detulit, & eo accusatore cum Ithacio Ossonobensi Episcopo, Imperator Maximus Priscilianum, & socios ab Evodio Præfecto auditos, & convictos capite pecti jussit. Quapropter Theognostus Episcopus Idacium palam damnavit, & Episcoporum pars sanior ejus communionem fugit, quod in causa sanguinis actor esset, ac præter Ecclesiasticam consuetudinē, legemque lenitatis Christianæ, quæ præsertim in Episcopis debet ellucere, hæreticorum necem procuraverit: alii vero in Concilio Trevirensi anno 386, teste eodem Severo Sulpitio timentes Maximum, qui Idacio, & Ithacio favebat, ad communionem eos susceperunt. Theodosius Imperator, victo, & occiso Ma-

*Lib. 2. Histor. Sacra.*

*Dialogo 3. de virtutib. & miraculis S. artini*

ximo, Synodum Mediolanensem convocavit, ut schisma inter Episcopos Idacii, & Ithacii causa sedaret, in eaque Idacius à Sede sua fuit ejectus, & exilio multatus, nec diu postea vixit. De Ursacio, sive Idacio scripsit S. Isidorus in Catalogo Scriptorum Ecclesiasticorum; & Sulpitius Severus; D. Hieronymus in Catalogo Scriptorum pro Idacio legit Hylatium in Priscciliano.

Hoc Idacii adversus Priscilianum singulari facto Hæretici abutuntur, tum contra S. Inquisitionis Tribunal, quod pertinaces Hæreticos sæcularibus Magistratibus solet tradere ultima pœna puniendos, tum contra Reges, qui ipsos supplicio quoque capitis plectunt. Sine jure tamen, & fundamento obstrepunt. Idacius à S. Martino Turonensi, & ceteris Episcopis merito abjectus est, quod nullo christianæ rei bono, sed imprudenter, & concepto odio ad Maximum Priscilianum detulerit: nullum enim Reipublicæ christianæ bonum fuerat, nam, Sulpitio Severo teste; Priscciliano occiso, non solum non repressa est hæresis, quæ illo Auctore proruperat; sed confirmata latius propagata est. Ex publico Ecclesiæ bono, & solius Religionis zelo, ac amore Sacri Inquisitores juxta decreta Lucii 3. anno 1181, Innocentii III. in Concilio Lateranensi Magno, & Alexandri IV. anno 1258 relapsos, & contumaces in hæresi Magistratibus, & Principibus sæcularibus tradunt, cum Principes ex Apostolo non sine causa gladium portent, Dei enim Ministri sunt, vindices in iram iis, qui male agunt. Theodosius ipse, quo imperante apud Mediolanum Idacius fuit depositus, in hæreticos justissimas leges protulit, quæ in cod. de Hæreticis legi possunt cum ceteris, quas Constantinus, Constans, Constantius, Gratianus, & Valentinianus ediderunt.

*Ad Romanos* 3.

Digitized by Google

## §. IV.
## *De Episcopis Eborensi, & Olysiponensi.*

IN Eborensi Ecclesia hoc sæculo solus invenitur Quintianus, qui Concilio Eliberitano adfuit, & subscripsit. Anno 357, Liberio Pontifice Romano, ait Hilarius in lib. de Synodis, *Ariana blasphemia apud Sirmium per Osium, & Potamium fuit conscripta*: de Episcopali Potamii Sede non parva lis est. Morales, & alii quamplurimi Olysiponensem Episcopum Potamium existimant, quibus veterem, communemque traditionem amplectentibus adjungar etiam oportet, quin ob eam causam Olysiponensi Ecclesiæ detraham; cum aliæ non minus insignes aliquando in suis Episcopis nævos quosdam paterentur. Potamius, qui olim catholicæ fidei strenuus vindex fuerat, Cæsaris gratiæ aucupandæ causa illam formulam prodidit, Arianis se adjunxit. In cujus prævaricationis præmium fundo fiscali, quem concupierat, donatus est. Neque bonis tanta impietate partis frui ei licuit, dum enim fundi recipiendi causa properabat, divina percussus ultione, ulcere linguam corrodente, nec dum conspecto prædio, diem extremum obiit. *Lib. 10. cap. 37.*

## §. V.
## *De Episcopis Ossonobensibus.*

OSsonobensis Ecclesiæ in Algarbio duo tantum Episcopi hoc sæculo reperiuntur, Vincentius, qui Eliberitanæ Synodo interfuit, & octavo loco subscripsit, ac Ithacius, qui cum Idacio Emeritensi Priscilianum, & socios abegit in Cæsaraugustano Concilio, & coram Imperatoribus Gratiano, & Maximo Tyranno. In Cæsaraugustana Synodo à Patribus Ithacio fuit demãdatum, ut de decreto adversus Priscilianistas reliquos Hispaniarũ Antistites certiores faceret. De ipso agit D. Hieronymus in Catalo-

Digitized by Google

go Scriptorum Ecclesiasticorum, Severus Sulpitius jam citatus. D. Isidorus in Catalogo Virorum Illustrium ait: *Ithacius Hispaniarum Episcopus cognomento, & eloquio clarus scripsit quendam librum sub Apologetici specie, in quo detestanda Priscciliani dogmata, & maleficiorum ejus artes, libidinumque ejus probra demonstrat.* Ithacius eadem de causa, qua Idacius jam dictus, a Sede sua fuit depositus, & in exilio vitam finivit: librum quoque scripsisse traditur adversus Varimadum, seu Marivadum Diaconum Arianum; quod Bellarmino placuit, quanvis Chiffetius, aliique eruditi id opus Idacio abjudicent, & Vigilio Tapsensi tribuant, qui in Byzacena Africæ provincia sub Justiniano floruit.

*Catalogo de Scriptoribus Ecclesiast.*

## CAP. III.

### *Romani Pontificis Primatus per Lusitaniam.*

### §. I.

### *De Melchiadis Papæ Epistola.*

QUi Hispanicas res literis suis tradiderunt, inter quos Vasæus in suo Chronico, & Marianna, Melchiadis Romani Pontificis, Epistolam referunt ad omnes Hispaniarum Episcopos, præsertim ad Maximum, Leontium, quem Bracarensem putarunt alii, & Benedictum, de qua Gratianus. Hæc equidem Romani Pontificis primatum, & auctoritatem per Lusitaniam, & universam Hispaniam demonstrat, in ea Episcoporum judicium ad Romanam Sedem esse deferendum legitur; & Melchiades ab Episcopis Hispanis consultus de Sacramento Confirmationis, an majus esset Baptismo, & de jejunio Dominica die, & Feria quinta servando, rescribit quænam fuerit inter utrumque Sacramentum differentia, quænam ab iis conferatur gratia, & quisnam sit utriusque Minister; jejunium quoque Dominicæ diei, & Feriæ quintæ neminem celebrare debere, ut inter jejunium Chri-

*Lib 5. de rebus Hispaniæ cap. 15.*

*3. P. Decreti de Consecrat. Dist. 5. de Sacr. Confirm. cap. 2.*

Digitized by Google

Christianorum, & Gentilium veraciter credentium, atque infidelium, & hæreticorum vera, & non falsa discretio habeatur. Egregium esset istud monumentum, si eruditorum omnium consensu Melchiadi jam non esset abjudicatum. Apud Labeum, ut supposita, & spuria hæc abjicitur Epistola, quod data esset Kalendis Martii anno 314, Volusiano, & Rufino Consulibus, tribus jam elapsis mensibus ab obitu Melchiadis, qui decima die Decembris anno 313 ab humanis discesserat. Verum ex illius notatione, & consulatu nullum est fundamentum, quod ab Impostore quodam conficta proferatur. Volusianus, & Rufinus consulatum egerunt, non in anno Christi 314, sed 311, quo Melchiades Romanam Sedem regebat, in annum decimum quartum supra tercentesimum incidit consulatus Rufi Volusiani, & Anniani juxta exactiores consulum fastos. *Tom. 1 Conciliorum.*

Igitur suppositam esse testantur loca, quæ in ea leguntur, & maxima ex parte fuere desumpta ex posteriori scriptore, ex Eusebio scilicet Lugdunensi, sive alio Galliano Præsule in Homilia de Pentecoste, quam Eusebii Emisseni, falso tamen, esse arbitrantur. Suppositam quoque incusant quædam sententiæ Pontificis Romani Melchiadis minus dignæ: jejunium feriæ quintæ pariter, ac Dominicæ diei à nemine celebrandum indicit Epistolæ Auctor. Quis secum ferat Melchiadem Romanæ Ecclesiæ ignorasse consuetudinem, quâ etiam in feriis quintis plurimi jejunium observabant, quin fidelium, & hæreticorum nota afficerentur? An Hispanis veluti quid infidelium prohiberet, quod Romanis permittebatur? Feria quinta, & quotidie per totum annum quosdam Clericos, & Monachos, solis Dominicis exceptis, jejunasse inter Romanos testis est Mag. P. Augustinus: *Videant ergo Romani quid agant ... apud quos omnibus istis sex diebus præter pauciſſimos Clericos, aut Monachos quotus quisque inveniſitur, qui frequentet quotidiana jejunia?* Itaque ad Romani Pontificis auctoritatem demonstrandam, quam Lu- *Ep. 86. ad Consulanū.*



Digitized by Google

cum existimaverit Hispaniensium Ecclesiarum fuisse consuetudinem primis sæculis, etiam in morte absolutionem sacramentalem pœnitentibus denegare, quod infra accuratius pertractandum erit, cum de Concilio Eliberitano.

*De rebus Egitanienjibus. P. 1. tit. 3. cap. 2.*

## CAP. IV.

### *De Conciliis.*

#### §. I.

#### *De Concilio Eliberitano.*

AMbrosius Morales cum anno 324 Eliberitanum Concilium convocatum assereret, primum ante illud in sæculo quarto universos Hispaniarum Præsules convenire ait, ut Melchiadem de excellentia Confirmationis præ Baptismo, & de jejunio Dominica die, & feria quinta servando consulerent: sed cum inter suppositicias hujusmodi literæ jam sint omnium eruditorum suffragiis numeratæ, id quoque Hispanorum Concilium falsum sit oportet. Itaque nullum Concilium in Lusitaniæ provincia eo tempore adunatum reperitur; sed cum Lusitaniæ Antistites Emeritensis, Salaciensis, Eborensis, ac Ossonobensis, nec non Bracarensis ultra Durium in Gallæcia cum aliis Bæticæ in Eliberim juxta Bætim fluvium, ubi nunc est *Granada*, accederent disciplinam Ecclesiasticam, ac mores reparaturi, firmaturique, quodammodo Lusitaniæ quoque est, imo & universarum Hispaniarum Synodus fuit generalis Eliberitana. Lusitaniæ Episcopi Liberius Emeritensis, Quintianus Eborensis, Vincentius Ossonobensis, Januarius Salaciensis, ac Synagius Bracarensis cum Felice Accitano, qui ceteris antiquior præfuit, Sabino Hispalensi, Pardo Montesæ, Cantone Verjensi, Valerio Cæsaraugustano, Melanto Toletano, Successo Eliocrotensi, Patricio Malagensi, Osio Cordubensi, Camerino Tuccensi, Secundino Castulonensi, Flavio Eliberitano, Decen-

Digitized by Google

tio Legionenſi, Eutichiano Baſtenſi ſuarum ſedium traditionum depoſitum ſervantes illuc anno circiter 305 convenerunt, tempore, quo Diocletianus Imperium jam abdicaverat, & Conſtantius Chlorus Magni Conſtantini Pater poſt Romani Imperii diviſionem cum Galleiio factam Hiſpanias, & Gallias clementia, & popularitate regebat, Chriſtianiſque favebat : quid traditum docuerunt, quid innovatum, & emmendatione dignum correxerunt ; inde redeuntes unum, & octoginta novos Concilii Canones ſervari curarunt ; una, eademque erat Luſitaniæ, & ceterarum Hiſpanienſium provinciarum diſciplina.

Ex iis Epiſcoporum ſuſcriptionibus cõpertum eſt falſam eſte Morini ſententiam, Eliberitanum ſcilicet Concilium coactum fuiſſe ante Decii perſecutionem, & annum Chriſti 252. Id temporis non Liberius, ſed Martialis Emeritenſem regebat Eccleſiam, qui Imperatore Decio, Libellatici crimen ſubiit, & à Sede ſua ſuit ejectus, ut jam antèa ad ſæculum tertium ſcripſi : & incredibile eſt Oſium Cordubenſem, qui anno Chriſti 357 Sirmienſi Concilio interfuit, ante annum 252, quo Deciana mota eſt perſecutio, fuiſſe Epiſcopum. Nec minus impugnantur codices Toletanæ Eccleſiæ, in quibus Synodus iſta habita dicitur era 362, anno videlicet Chriſti 324; cum Valerius Cæſarauguſtanus, Daciano Hiſpaniarum Præſide in Chriſtianos ſæviente, fidei confeſſionem ediderit, & Hiſpanis fere omnibus conſentientibus, anno 310 ultimum diem clauſerit : nec iis codicibus quoad temporum notas plurima fides eſt adhibenda, quod non ex rerum geſtarum memoria ſcriptæ ſint, ſed Gothorum Exſcriptorum arbitratu additæ, & inſcite adjectæ. De Concilii loco infirmum eſt Vaſæi, & Joannis Gerundenſis Epiſcopi judicium, qui apud Eliberim ad radices montis Pyrenæi adunatum deſcripſerunt : mihi argumentum eſt Granatenſis porta, vicinusque ei urbi mons, quibus vulgo Elviræ nomen faciunt ; & ad Pyrenæi montis radices non Eliberes, ſed Colibre ſita eſt. *In Hiſpaniæ Paralipomen. lib. 1. cap. 6.*

Digitized by Google

## CANONES ELIBERITANI.

1 *PLacuit ut quicumque post Fidem Baptismi salutaris adulta ætate ad templum idoli idololatraturus accesserit, & fecerit quod est crimen capitale, nec in fine eum ad communionem suscipere.*

2 *Flamines, qui post fidem lauacri, & regenerationis sacrificaverint, eo quod geminaverint scelera, accedente homicidio, vel triplicaverint facinus, cohærente mæchia placuit eos nec in fine accipere communionem.*

3 *Flamines, qui non immolaverunt, sed munus tantum dederunt, eo quod se à funestis abstinuerunt sacrificiis, placuit in fine eis præstare communionem, acta tamen legitima pœnitentia. Item ipsi si post pœnitentiam fuerint mæchati, placuit ulterius eis non esse dandam communionem, ne lusisse de Dominica communione videantur.*

4 *Flamines si fuerint Catechumeni, & se à sacrificiis abstinuerunt, post triennii tempora placuit ad Baptismum admitti debere.*

5 *Si fœmina furore zeli accensa flagellis verberaverit ancillam suam, ita ut intra tertium diem animam cum cruciatu effundat: eo quod incertum sit, voluntate, an casu occiderit: si voluntate, post septem annos; si casu per quinque annorum tempora acta legitima pœnitentia ad communionem placuit admitti: quod si infra tempora constituta fuerit infirmata, accipiat communionem.*

6 *Siquis maleficio interficiat alterum, eo quod sine idololatria perficere scelus non potuit, nec in fine impertiendam illi esse communionem.*

7 *Siquis forte fidelis post lapsum mæchiæ post tempora constituta, acta pœnitentia, denuo fuerit fornicatus, placuit eum nec in fine habere communionem.*

8 *Fœminæ, quæ, nulla præcedente causa, reliquerunt viros suos, & alteris se copulaverunt, nec in fine accipiant communionem.*

Digitized by Google

9 *Fidelis fœmina, quæ adulterum maritum reliquerit fidelem, & alterum duxerit, non prius accipiat communionem, quam is, quem reliquit, de ſæculo exierit, niſi neceſſitas infirmitatis dare compulerit.*

10 *Si ea, quam Catechumenus reliquit, duxerit maritum, poteſt ad fontem lavacri admitti: hoc & circa fœminas Catechumenas erit obſervandum: quod ſi fuerit fidelis, quæ ducitur ab eo, qui uxorem inculpatam reliquit, & cum cluerit illum ab uxore, quam ſine cauſa reliquit; placuit hujuſmodi in fine dari communionem.*

11 *Intra quinquennii tempora, catechumena ſi graviter fuerit infirmata, dandum ei Baptiſmum placuit non denegari.*

12 *Mater, vel parentes, vel quælibet fidelis, ſi lenocinium exercuerit, eo quod alienum vendiderit corpus, vel potius ſuum, placuit eam, nec in fine accipere communionem.*

13 *Virgines, quæ ſe Deo dedicaverint; ſi pactum perdiderint virginitatis, atque eidem libidini ſervierint, non intelligentes quid admiſerint, placuit nec in fine dandam eſſe communionem. Quod ſi ſemetipſas pœnituerit, quod infirmitate corporis lapſæ fuerint, & toto tempore vitæ ſuæ hujuſmodi fœminæ egerint pœnitentiam, & abſtinuerint ſe à coitu, eo quod lapſæ potius videantur, placuit eas in fine communionem accipere.*

14 *Virgines, quæ virginitatem ſuam non cuſtodierint, ſi eoſdem, qui eas violaverint, duxerint, & tenuerint maritos, eo quod ſolas nuptias violaverint, poſt annum ſine pœnitentia reconciliari debebunt. Vel ſi alios cognoverint viros, eo quod mœchatæ ſint, placuit per quinquennium acta legitimæ pœnitentia, admitti eas ad communionem.*

15 *Propter copiam puellarum, gentilibus minime in matrimonium dandæ ſunt virgines chriſtianæ, ne ætas in flore tumens in adulterio reſolvatur animæ.*

16 *Hæreticis, qui errant ab Eccleſia Catholica, nec ipſis catholicas dandas eſſe puellas, ſed neque Judæis, neque hæreticis dari placuit, eo quod nulla poſſit eſſe ſocie-*

Digitized by Google

tas fidelis cum infideli. Si contra interdictum fecerint parentes, abstinere per quinquennium placet.

17 Siqui forte Sacerdotibus idolorum filias suas junxerint, placuit nec in fine eis dandam esse communionem.

18 Episcopi, Presbyteri, Diacones, si in ministerio positi, detecti fuerint, quod sint mœchati; placuit & propter scandalum, & propter nefandum crimen, nec in fine eos communionem accipere debere.

19 Episcopi, Presbyteri, & Diaconi de locis suis negotiandi causa non discedant, nec circum euntes provincias, quæstuosas nundinas sectentur. Sane ad victum sibi conquirendum, aut filium, aut libertum, aut mercenarium, aut quemlibet mittant; etsi voluerint negotiari, intra provinciam negotientur.

20 Siquis Clericorum detectus fuerit usuras accipere placuit degradari, & abstinere. Siquis etiam laicus accepisse probatur usuras, & promiserit correctus se jam cessaturum, nec ulterius exacturum, placet ei veniam tribui. Si vero in ea iniquitate duraverit, ab Ecclesia sciat se esse projiciendum.

21 Siquis in civitate positus per tres Dominicas Ecclesiam non accesserit, pauco tempore abstineat, ut correptus esse videatur.

22 Siquis de Catholica Ecclesia ad hæresim transitum fecerit, rursusque ad Ecclesiam recurrerit, placuit, huic pœnitentiam non esse denegandam, eo quod cognoverit peccatum suum. Qui etiam decem annis agat pœnitentiam, cui post decem annos præstari communio debet. Si vero infantes fuerint transducti, quod non suo vitio peccaverint, incunctanter recipi debent.

23 Jejunia, seu abstinentias per singulos menses placuit celebrari, exceptis diebus duorum mensium Julii, & Augusti ob eorumdem infirmitatem.

24 Omnes, qui peregre fuerint baptisati, eo quod eorum minime sit cognita vita, placuit ad Clerum non esse promovendos in alienis provinciis.

25 Om-

Digitized by Google

25 *Omni qui attulerit literas confessorias, sublato nomine Confessoris, eo quod sub hac nominis gloria partim concutiant simplices, communicatoriæ ei dandæ sunt literæ.*

26 *Errorem placuit corrigi, ut omni Sabbati die jejuniorum superpositionem celebremus.*

27 *Episcopus, vel quilibet Clericus alius, aut sororem, aut filiam virginem dicatam Deo, tantum secum habeat: extraneam vero nequaquam secum habeat.*

28 *Episcopum placuit ab eo, qui non communicat, munera accipere non debere.*

29 *Energumenum, qui ab erratico spiritu exagitatur; hujus nomen neque ad altare cum oblatione esse recitandum, neque permittendum, ut sua manu in Ecclesia ministret.*

30 *Subdiaconum eum ordinari non debere, qui in adolescentia sua fuerit mœchatus, eo quod postmodum per subreptionem ad altiorem gradum non sit promovendus: si autem aliqui sunt in præteritum ordinati, moveantur.*

31 *Adolescentes, qui post fidem lavacri salutaris fuerint mœchati, cum duxerint uxores, acta legitima pœnitentia, placuit ad communionem eos admitti debere.*

32 *Siquis gravi lapsu in ruinam mortis inciderit placuit agere pœnitentiam non debere sine Episcopi consultu, sed potius apud Episcopum agat, cogente tamen infirmitate, non est Presbyterorum, aut Diaconorum, communionem talibus præstare debere, nisi eis jusserit Episcopus.*

33 *Placuit in totum prohibere Episcopis, Presbyteris, Diaconibus, ac Subdiaconibus positis in ministerio abstinere se à conjugibus suis, & non generare filios: quod quicumque fecerit, ab honore Clericatus exterminetur.*

34 *Cereos per diem placuit in cæmiterio non incendi: inquietandi enim Sanctorum spiritus non sunt. Qui hæc non observaverint, arceantur ab Ecclesiæ communione.*

35 *Placuit prohiberi ne fœminæ in cæmiterio pervigilent, eo quad sæpe sub obtentu orationis, scelera latenter committant.*



Digitized by Google

36 *Placuit picturas in Ecclesia esse non debere; ne quod colitur, aut adoratur, in parietibus depingatur.*

37 *Eos, qui à spiritibus immundis vexantur, si in fine mortis fuerint constituti, baptisari placet. Si vero fideles fuerint, dandam eis esse communionem. Prohibendum etiam ne lucernas publice accendant. Si facere contra interdictum voluerint, abstineant à communione.*

38 *Peregre navigantes, aut si Ecclesia in proximo non fuerit; posse fidelem (qui lavacrum suum integrum habet, nec sit bigamus) baptisare in necessitate infirmitatis positum catechumenum, ita ut si supervixerit, ad Episcopum eum perducat, ut per manus impositionem perfici possit.*

39 *Gentiles si in infirmitate desideraverint sibi manus imponi; si fuerit eorum ex aliqua parte honesta vita, placuit eis manum imponi, & fieri Christianos.*

40 *Placuit prohiberi, ut cum rationes suas accipiunt possessores, quidquid ad idolum datum fuerit, acceptum non inferant: si vero post interdictum fecerint, per quinquennii spatia temporis à communione esse arcendos.*

41 *Admonere placuit fideles, ut quantum possunt, prohibeant ne idola in domibus suis habeant. Si vero vim metuunt servorum, vel se ipsos puros conservent, si non fecerint, ab Ecclesia alieni habeantur.*

42 *Eos, qui ad primam credulitatis fidem accedunt, si bonæ fuerint conversationis, intra biennium temporis placuit ad baptismi gratiam admitti bebere: nisi infirmitate compellente coegerit ratio, vel socio subvenire periclitanti, vel gratiam postulanti.*

43 *Pravam institutionem emendari placuit juxta auctoritatem Scripturarum, ut cuncti diem Pentecostes celebremus, non quadragesimam, sed quinquagesimam. Quod qui non fecerit, quasi novam hæresim induxisse notetur.*

44 *Meretrix, quæ aliquando fuerit, & postea habuerit maritum, si post modum ad credulitatem venerit, incunctanter placuit esse recipiendam.*

45 *Qui aliquando fuerit Catechumenus per infinita*

Digitized by Google

*tempora, & nunquam ad Ecclesiam accesserit, si eum de Clero quisquam agnoverit voluisse esse Christianum, aut testes aliqui extiterint fideles, placuit baptismum ei non negari, eo quod in vetere homine deliquisse videatur.*

46 *Siquis fidelis Apostata per infinita tempora ad Ecclesiam non accesserit, si tamen aliquando fuerit reversus, nec fuerit idololatra post decem annos placuit eum communionem accipere.*

47 *Siquis fidelis habens uxorem, non semel, sed sæpe fuerit mæchatus, in fine mortis est conveniendus. Quod si se promiserit cessaturum, detur ei communio. Si resuscitatus rursus fuerit mæchatus, placuit ulterius non edere eum de communione pacis.*

48 *Emendari placuit, ut hi, qui baptisantur (ut fieri solebat) nummos in concham non mittant, ne Sacerdos, quod gratis accepit, pretio distrahere videatur. Neque pedes eorum lavandi sunt à Sacerdotibus, vel Clericis.*

49 *Admoneri placuit possessores, ut non patiantur fructus suos, quos à Deo percipiunt cum gratiarum actione, à Judæis benedici, ne nostram irritam, & infirmam faciant benedictionem. Siquis post interdictionem facere usurpaverit, penitus ab Ecclesia abjiciatur.*

50 *Si aliquis Clericus, sive fidelis fuerit, qui cum Judæis cibum sumpserit, placuit eum à communione abstinere, ut debeat emmendari.*

51 *Ex omni hæresi, qui ad nos fidelis venerit, minime est ad Clerum promovendus; vel siqui sunt in præteritum ordinati, sine dubio deponentur.*

52 *Siqui inventi fuerint libellos famosos in Ecclesia ponere, anathematisentur.*

53 *Placuit cunctis, ut ab eo Episcopo quis recipiat communionem, à quo abstentus in crimine aliquo fuerit. Quod si aliquis Episcopus præsumpserit eum admittere, illo adhuc minime sciente, vel consentiente, à quo fuerat communione privatus, sciat se hujusmodi causas inter fratres esse cum statu sui periculo præstiturum.*

Digitized by Google

ſitaniæ fideles ſemper venerabundi proſequuti ſunt, confictas Decretales Epiſtolas adducere non eſt opus, cum aliæ ſint authenticæ.

## §. II.

## *De Siricii Epiſtola.*

CEleberrimæ extant Siricii literæ Eccleſiaſticæ diſciplinæ reſtauratrices, quæ licet Himerio Tarraconenſi Damaſum adhuc viventem conſulenti ſcriptæ ſint, ad Luſitanos etiam Epiſcopos miſſæ ſunt, ut ipſe Siricius in fine conſcripſit: *Explicavimus, ut arbitror frater chariſſime, univerſa, quæ digeſta ſunt in querelam, nunc fraternitatis tuæ animum ad ſervandos Canones, & tenenda Decretalia conſtituta magis, ac magis invitamus, ut hæc, quæ ad tua conſulta reſcripſimus in omnium Epiſcoporum noſtrorum perferri facias notionem, & non ſolum eorum, qui in Tua ſunt Diœceſi conſtituti, ſed etiam ad univerſos Carthaginenſes, ac Bæticos, Luſitanos, atque Gallicos.* Digniſſimum ſane id reſcriptum Metropolitas ſæculo quarto per Hiſpanias oſtendit. Hanc Siricii Epiſtolam univerſa Hiſpania deoſculata eſt Citerior, & Ulterior; diſciplinam in quindecim capitibus contentam reverenter ſuſcepit. Arianos ad Eccleſiam venientes rebaptiſari vetuit Siricius; abuſum ſolemniter baptiſandi in Nativitate Domini, in Epiphania, in feſtivitatibus Apoſtolorum, & Martyrum per Hiſpanias introductum abſtulit, & niſi neceſſitas, aut periculum quodvis impelleret, ſolis in Paſchæ, ac Pentecoſtes ſolemnitatibus, de more Romanæ, & aliarum Eccleſiarum fieri juſſit. Apoſtatas ab Eccleſia ſeparari præcepit, quos ſi pœniteret, ad mortem uſque agerent pœnitentiam, & in fine vitæ reconciliationis gratiam aſſequerentur. Matrimonium, quod puella alteri deſponſata cum alio contraxit, anathematiſavit, & fieri omnibus modis prohibuit.

Qui poſt pœnitentiæ publicæ actionem ad militiam, vel nova conjugia, aut illicitos redibant concubitus, à

Digitized by Google

mensa Domini suspendit, & solius orationis intra Ecclesiam jussit esse participes: positi tamen in ultima ægritudinis necessitate Viatico munirentur. Legem continentiæ Sacrorum Ministrorum, Presbyterorum scilicet, & Diaconorum firmavit: *Quarum Sanctionum Sacerdotes omnes, atque Levitæ insolubili lege constringimur, ut à die ordinationis nostræ sobrietati, & pudicitiæ corda nostra mancipemus.* Subdiaconos tacet, quod tunc in Lusitania, & universa Hispania continentiæ voto non adstringerentur. Presbyteratu, ac Diaconatu initiari vetuit, qui vita, & piis moribus non fuerint, qui plurimis connubiis copulati fuerant, aut qui in inferioribus gradibus diu non probarentur. Clericos qui secundam conjugem, aut viduam nuptiis susceperit ab ordine removit, & inter Laicos præcepit communicare. Tertii Canonis Nicæni observantiam edixit; Episcopo, Presbytero, Diacono, vel alicui omnino, qui in Clero est, non licere subintroductam habere mulierem, nisi forte, aut Matrem, aut sororem, aut amitam, aut etiam eas idoneas personas, quæ suspicionem removerent. Monachos moribus, vita, & fide graves, & commendandos Clericorum officiis aggregari voluit, & optavit.

Ad Episcopatus culmen saltu, & statim, in singulis ordinis dignitatibus tempore præfixo non custodito, ascendere prohibuit. Illud quoque ob oculos habuit, ut sicut pœnitentiam agere cuiquam non concedebatur Clericorum, ita & post pœnitudinem, ac reconciliationem nulli unquam laico liceret honorem Clericatus adipisci: quicumque pœnitens, quicumque bigamus, quicumque viduæ maritus ad sacram militiam indebite, & incompetenter irrepserit, voluit, ut in magno computaret beneficio, si adempta sibi omni spe promotionis, in hoc, quo invenitur, ordine perpetua stabilitate permaneret. Hæc erat disciplina per Lusitaniam Siricii Romani Pontificis auctoritate firmata: quâ etiam satis convincitur Historiæ Lusitanæ Academicus Emmanuel Pereira da Silva Leal;

Digitized by Google

cum existimaverit Hispaniensium Ecclesiarum fuisse consuetudinem primis sæculis, etiam in morte absolutionem sacramentalem pœnitentibus denegare, quod infra accuratius pertractandum erit, cum de Concilio Eliberitano.

*De rebus Egitanienſibus. P. 1. tit. 3. cap. 2.*

## CAP. IV.

## *De Conciliis.*

### §. I.

### *De Concilio Eliberitano.*

AMbrosius Morales cum anno 324 Eliberitanum Concilium convocatum assereret, primum ante illud in sæculo quarto universos Hispaniarum Præsules convenire ait, ut Melchiadem de excellentia Confirmationis præ Baptismo, & de jejunio Dominica die, & feria quinta servando consulerent: sed cum inter supposititias hujusmodi literæ jam sint omninm eruditorum suffragiis numeratæ, id quoque Hispanorum Concilium falsum sit oportet. Itaque nullum Concilium in Lusitaniæ provincia eo tempore adunatum reperitur; sed cum Lusitaniæ Antistites Emeritensis, Salaciensis, Eborensis, ac Ossonobensis, nec non Bracarensis ultra Durium in Gallæcia cum aliis Bæticæ in Eliberim juxta Bætim fluvium, ubi nunc est *Granada*, accederent disciplinam Ecclesiasticam, ac mores reparaturi, firmaturique, quodammodo Lusitaniæ quoque est, imo & universarum Hispaniarum Synodus fuit generalis Eliberitana. Lusitaniæ Episcopi Liberius Emeritensis, Quintianus Eborensis, Vincentius Ossonobensis, Januarius Salaciensis, ac Synagius Bracarensis cum Felice Accitano, qui ceteris antiquior præfuit, Sabino Hispalensi, Pardo Montesæ, Cantone Verjensi, Valerio Cæsaraugustano, Melanto Toletano, Successo Eliocrotensi, Patricio Malagensi, Osio Cordubensi, Camerino Tuccensi, Secundino Castulonensi, Flavio Eliberitano, Decen-

Digitized by Google

tio Legionenſi, Eutichiano Baſtenſi ſuarum ſedium traditionum depoſitum ſervantes illuc anno circiter 305 convenerunt, tempore, quo Diocletianus Imperium jam abdicaverat, & Conſtantius Chlorus Magni Conſtantini Pater poſt Romani Imperii diviſionem cum Galleio factam Hiſpanias, & Gallias clementia, & popularitate regebat, Chriſtianiſque favebat : quid traditum docuerunt, quid innovatum, & emmendatione dignum correxerunt ; inde redeuntes unum, & octoginta novos Concilii Canones ſervari curarunt ; una, eademque erat Luſitaniæ, & ceterarum Hiſpanienſium provinciarum diſciplina.

Ex iis Epiſcoporum ſuſcriptionibus cõpertum eſt falſam eſte Morini ſententiam, Eliberitanum ſcilicet Concilium coactum fuiſſe ante Decii perſecutionem, & annum Chriſti 252. Id temporis non Liberius, ſed Martialis Emeritenſem regebat Eccleſiam, qui Imperatore Decio, Libellatici crimen ſubiit, & à Sede ſua ſuit ejectus, ut jam antèa ad ſæculum tertium ſcripſi : & incredibile eſt Oſium Cordubenſem, qui anno Chriſti 357 Sirmienſi Concilio interfuit, ante annum 252, quo Deciana mota eſt perſecutio, fuiſſe Epiſcopum. Nec minus impugnantur codices Toletanæ Eccleſiæ, in quibus Synodus iſta habita dicitur era 362, anno videlicet Chriſti 324; cum Valerius Cæſarauguſtanus, Daciano Hiſpaniarum Præſide in Chriſtianos ſæviente, fidei confeſſionem ediderit, & Hiſpanis fere omnibus conſentientibus, anno 310 ultimum diem clauſerit : nec iis codicibus quoad temporum notas plurima fides eſt adhibenda, quod non ex rerum geſtarum memoria ſcriptæ ſint, ſed Gothorum Exſcriptorum arbitratu additæ, & inſcite adjectæ. De Concilii loco infirmum eſt Vaſæi, & Joannis Gerundenſis Epiſcopi judicium, qui apud Eliberim ad radices montis Pyrenæi adunatum deſcripſerunt : mihi argumentum eſt Granatenſis porta, vicinusque ei urbi mons, quibus vulgo Elviræ nomen faciunt ; & ad Pyrenæi montis radices non Eliberes, ſed Colibre ſita eſt. *In Hiſpaniæ Paralipomen. lib. 1. cap. 6.*

Digitized by Google

# CANONES ELIBERITANI.

1 *PLacuit ut quicumque post Fidem Baptismi salutaris adulta ætate ad templum idoli idololatraturus accesserit, & fecerit quod est crimen capitale, nec in fine eum ad communionem suscipere.*

2 *Flamines, qui post fidem lauacri, & regenerationis sacrificaverint, eo quod geminaverint scelera, accedente homicidio, vel triplicaverint facinus, cohærente mæchia placuit eos nec in fine accipere communionem.*

3 *Flamines, qui non immolaverunt, sed munus tantum dederunt, eo quod se à funestis abstinuerunt sacrificiis, placuit in fine eis præstare communionem, acta tamen legitima pœnitentia. Item ipsi si post pœnitentiam fuerint mæchati, placuit ulterius eis non esse dandam communionem, ne lusisse de Dominica communione videantur.*

4 *Flamines si fuerint Catechumeni, & se à sacrificiis abstinuerunt, post triennii tempora placuit ad Baptismum admitti debere.*

5 *Si fœmina furore zeli accensa flagellis verberaverit ancillam suam, ita ut intra tertium diem animam cum cruciatu effundat: eo quod incertum sit, voluntate, an casu occiderit: si voluntate, post septem annos; si casu per quinque annorum tempora acta legitima pœnitentia ad communionem placuit admitti: quod si infra tempora constituta fuerit infirmata, accipiat communionem.*

6 *Siquis maleficio interficiat alterum, eo quod sine idololatria perficere scelus non potuit, nec in fine impertiendam illi esse communionem.*

7 *Siquis forte fidelis post lapsum mæchiæ post tempora constituta, acta pœnitentia, denuo fuerit fornicatus, placuit eum nec in fine habere communionem.*

8 *Fœminæ, quæ, nulla præcedente causa, reliquerunt viros suos, & alteris se copulaverunt, nec in fine accipiant communionem.*

Digitized by Google

9 *Fidelis fœmina, quæ adulterum maritum reliquerit fidelem, & alterum duxerit, non prius accipiat communionem, quam is, quem reliquit, de sæculo exierit, nisi necessitas infirmitatis dare compulerit.*

10 *Si ea, quam Catechumenus reliquit, duxerit maritum, potest ad fontem lavacri admitti: hoc & circa fœminas Catechumenas erit observandum: quod si fuerit fidelis, quæ ducitur ab eo, qui uxorem inculpatam reliquit, & cum cluerit illum ab uxore, quam sine causa reliquit; placuit hujusmodi in fine dari communionem.*

11 *Intra quinquennii tempora, catechumena si graviter fuerit infirmata, dandum ei Baptismum placuit non denegari.*

12 *Mater, vel parentes, vel quælibet fidelis, si lenocinium exercuerit, eo quod alienum vendiderit corpus, vel potius suum, placuit eam, nec in fine accipere communionem.*

13 *Virgines, quæ se Deo dedicaverint; si pactum perdiderint virginitatis, atque eidem libidini servierint, non intelligentes quid admiserint, placuit nec in fine dandam esse communionem. Quod si semetipsas pœnituerit, quod infirmitate corporis lapsæ fuerint, & toto tempore vitæ suæ hujusmodi fœminæ egerint pœnitentiam, & abstinuerint se à coitu, eo quod lapsæ potius videantur, placuit eas in fine communionem accipere.*

14 *Virgines, quæ virginitatem suam non custodierint, si eosdem, qui eas violaverint, duxerint, & tenuerint maritos, eo quod solas nuptias violaverint, post annum sine pœnitentia reconciliari debebunt. Vel si alios cognoverint viros, eo quod mœchatæ sint, placuit per quinquennium acta legitimæ pœnitentiæ, admitti eas ad communionem.*

15 *Propter copiam puellarum, gentilibus minime in matrimonium dandæ sunt virgines christianæ, ne ætas in flore tumens in adulterio resolvatur animæ.*

16 *Hæreticis, qui errant ab Ecclesia Catholica, nec ipsis catholicas dandas esse puellas, sed neque Judæis, neque hæreticis dari placuit, eo quod nulla possit esse socie-*

Digitized by Google

tas fidelis cum infideli. Si contra interdictum fecerint parentes, abstinere per quinquennium placet.

17 Siqui forte Sacerdotibus idolorum filias suas junxerint, placuit nec in fine eis dandam esse communionem.

18 Episcopi, Presbyteri, Diacones, si in ministerio positi, detecti fuerint, quod sint mæchati; placuit & propter scandalum, & propter nefandum crimen, nec in fine eos communionem accipere debere.

19 Episcopi, Presbyteri, & Diaconi de locis suis negotiandi causa non discedant, nec circum euntes provincias, quæstuosas nundinas sectentur. Sane ad victum sibi conquirendum, aut filium, aut libertum, aut mercenarium, aut quemlibet mittant; etsi voluerint negotiari, intra provinciam negotientur.

20 Siquis Clericorum detectus fuerit usuras accipere placuit degradari, & abstinere. Siquis etiam laicus accepisse probatur usuras, & promiserit correctus se jam cessaturum, nec ulterius exacturum, placet ei veniam tribui. Si vero in ea iniquitate duraverit, ab Ecclesia sciat se esse projiciendum.

21 Siquis in civitate positus per tres Dominicas Ecclesiam non accesserit, pauco tempore abstineat, ut correptus esse videatur.

22 Siquis de Catholica Ecclesia ad hæresim transitum fecerit, rursusque ad Ecclesiam recurrerit, placuit, huic pœnitentiam non esse denegandam, eo quod cognoverit peccatum suum. Qui etiam decem annis agat pœnitentiam, cui post decem annos præstari communio debet. Si vero infantes fuerint transducti, quod non suo vitio peccaverint, incunctanter recipi debent.

23 Jejunia, seu abstinentias per singulos menses placuit celebrari, exceptis diebus duorum mensium Julii, & Augusti ob eorumdem infirmitatem.

24 Omnes, qui peregre fuerint baptisati, eo quod eorum minime sit cognita vita, placuit ad Clerum non esse promovendos in alienis provinciis.

25 Om-

Digitized by Google

25 *Omni qui attulerit literas confessorias, sublato nomine Confessoris, eo quod sub hac nominis gloria partim concutiant simplices, communicatoriæ ei dandæ sunt literæ.*

26 *Errorem placuit corrigi, ut omni Sabbati die jejuniorum superpositionem celebremus.*

27 *Episcopus, vel quilibet Clericus alius, aut sororem, aut filiam virginem dicatam Deo, tantum secum habeat: extraneam vero nequaquam secum habeat.*

28 *Episcopum placuit ab eo, qui non communicat, munera accipere non debere.*

29 *Energumenum, qui ab erratico spiritu exagitatur; hujus nomen neque ad altare cum oblatione esse recitandum, neque permittendum, ut sua manu in Ecclesia ministret.*

30 *Subdiaconum eum ordinari non debere, qui in adolescentia sua fuerit mœchatus, eo quod postmodum per subreptionem ad altiorem gradum non sit promovendus: si autem aliqui sunt in præteritum ordinati, moveantur.*

31 *Adolescentes, qui post fidem lavacri salutaris fuerint mœchati, cum duxerint uxores, acta legitima pœnitentia, placuit ad communionem eos admitti debere.*

32 *Siquis gravi lapsu in ruinam mortis inciderit placuit agere pœnitentiam non debere sine Episcopi consultu, sed potius apud Episcopum agat, cogente tamen infirmitate, non est Presbyterorum, aut Diaconorum, communionem talibus præstare debere, nisi eis jusserit Episcopus.*

33 *Placuit in totum prohibere Episcopis, Presbyteris, Diaconibus, ac Subdiaconibus positis in ministerio abstinere se à conjugibus suis, & non generare filios: quod quicumque fecerit, ab honore Clericatus exterminetur.*

34 *Cereos per diem placuit in cæmiterio non incendi: inquietandi enim Sanctorum spiritus non sunt. Qui hæc non observaverint, arceantur ab Ecclesiæ communione.*

35 *Placuit prohiberi ne fœminæ in cæmiterio pervigilent, eo quad sæpe sub obtentu orationis, scelera latenter committant.*



Digitized by Google

36 *Placuit picturas in Ecclesia esse non debere ; ne quod colitur, aut adoratur, in parietibus depingatur.*

37 *Eos, qui à spiritibus immundis vexantur, si in fine mortis fuerint constituti, baptisari placet. Si vero fideles fuerint, dandam eis esse communionem. Prohibendum etiam ne lucernas publice accendant. Si facere contra interdictum voluerint, abstineant à communione.*

38 *Peregre navigantes, aut si Ecclesia in proximo non fuerit ; posse fidelem ( qui lavacrum suum integrum habet, nec sit bigamus ) baptisare in necessitate infirmitatis positum catechumenum, ita ut si supervixerit, ad Episcopum eum perducat, ut per manus impositionem perfici possit.*

39 *Gentiles si in infirmitate desideraverint sibi manus imponi ; si fuerit eorum ex aliqua parte honesta vita, placuit eis manum imponi, & fieri Christianos.*

40 *Placuit prohiberi, ut cum rationes suas accipiunt possessores, quidquid ad idolum datum fuerit, acceptum non inferant : si vero post interdictum fecerint, per quinquennii spatia temporis à communione esse arcendos.*

41 *Admonere placuit fideles, ut quantum possunt, prohibeant ne idola in domibus suis habeant. Si vero vim meruunt servorum, vel se ipsos puros conservent, si non fecerint, ab Ecclesia alieni habeantur.*

42 *Eos, qui ad primam credulitatis fidem accedunt, si bonæ fuerint conversationis, intra biennium temporis placuit ad baptismi gratiam admitti bebere : nisi infirmitate compellente coegerit ratio, vel socio subvenire periclitanti, vel gratiam postulanti.*

43 *Pravam institutionem emendari placuit juxta auctoritatem Scripturarum, ut cuncti diem Pentecostes celebremus, non quadragesimam, sed quinquagesimam. Quod qui non fecerit, quasi novam hæresim induxisse notetur.*

44 *Meretrix, quæ aliquando fuerit, & postea habuerit maritum, si post modum ad credulitatem venerit, incunctanter placuit esse recipiendam.*

45 *Qui aliquando fuerit Catechumenus per infinita*

Digitized by Google

*tempora, & nunquam ad Ecclesiam accesserit, si eum de Clero quisquam agnoverit voluisse esse Christianum, aut testes aliqui extiterint fideles, placuit baptismum ei non negari, eo quod in vetere homine deliquisse videatur.*

46 *Siquis fidelis Apostata per infinita tempora ad Ecclesiam non accesserit, si tamen aliquando fuerit reversus, nec fuerit idololatra post decem annos placuit eum communionem accipere.*

47 *Siquis fidelis habens uxorem, non semel, sed sæpe fuerit mœchatus, in fine mortis est conveniendus. Quod si se promiserit cessaturum, detur ei communio. Si resuscitatus rursus fuerit mœchatus, placuit ulterius non edere eum de communione pacis.*

48 *Emendari placuit, ut hi, qui baptisantur (ut fieri solebat) nummos in concham non mittant, ne Sacerdos, quod gratis accepit, pretio distrahere videatur. Neque pedes eorum lavandi sunt à Sacerdotibus, vel Clericis.*

49 *Admoneri placuit possessores, ut non patiantur fructus suos, quos à Deo percipiunt cum gratiarum actione, à Judæis benedici, ne nostram irritam, & infirmam faciant benedictionem. Siquis post interdictionem facere usurpaverit, penitus ab Ecclesia abjiciatur.*

50 *Si aliquis Clericus, sive fidelis fuerit, qui cum Judæis cibum sumpserit, placuit eum à communione abstinere, ut debeat emmendari.*

51 *Ex omni hæresi, qui ad nos fidelis venerit, minime est ad Clerum promovendus; vel siqui sunt in præteritum ordinati, sine dubio deponentur.*

52 *Siqui inventi fuerint libellos famosos in Ecclesia ponere, anathematisentur.*

53 *Placuit cunctis, ut ab eo Episcopo quis recipiat communionem, à quo abstentus in crimine aliquo fuerit. Quod si aliquis Episcopus præsumpserit eum admittere, illo adhuc minime sciente, vel consentiente, à quo fuerat communione privatus, sciat se hujusmodi causas inter fratres esse cum status sui periculo præstiturum.*

Digitized by Google

54 *Siqui parentes fidem fregerint ſponſaliorum, triennii tempore abſtineant ſe à communione: ſi tamen iidem ſponſus, vel ſponſa in illo gravi crimine fuerint deprehenſi, excuſati erunt parentes. Si vero in eodem fuerint vitio, & polluerint ſe conſentiendo, ſuperior ſententia ſervetur.*

55 *Sacerdotes, qui tantum ſacrificantium coronam portant, nec ſacrificant, nec de ſuis ſumptibus aliquid idolis præſtant, placuit poſt bienniuum accipere communionem.*

56 *Magiſtratum, anno quo agit duumviratum, prohibere placet, ut ſe ab Eccleſia cohibeat.*

57 *Matronæ, vel earum mariti, veſtimenta ſua ad ornandam ſæculariter pompam non dent: etſi fecerint triennii tempore abſtineant.*

58 *Placuit ubicumque, & maxime in eo loco, in quo primæ Cathedræ conſtitutus eſt Epiſcopus, ut interrogentur hi, qui communicatorias literas tradunt, an omnia recte habeant, & ſuo teſtimonio comprobent.*

59 *Prohibendum nequis Chriſtianus, aut Gentilis, ad idolum Capitolii ſacrificandi cauſa aſcendat, & videat: quod ſi fecerit, pari crimine teneatur. Si fuerit fidelis, poſt decem annos, acta pœnitentia, recipiatur.*

60 *Siquis idola fregerit, & ibidem fuerit occiſus; quia in Euangelio non eſt ſcriptum, neque invenitur ab Apoſtolis unquam factum; placuit in numerum eum non recipi Martyrum.*

61 *Siquis poſt obitum uxoris ſuæ, ſororem ejus duxerit, & ipſa ſit fidelis, quinquennio à communione placuit abſtinere, niſi forte velocius dari pacem neceſſitas coegerit infirmitatis.*

62 *Si Augur, aut pantomimi credere voluerint, placuit ut prius artibus ſuis renuntient, & tunc demum ſuſcipiantur, ita ut ulterius non revertantur: quod ſi facere contra interdictum tentaverint, projiciantur ab Eccleſia.*

63 *Siqua mulier per adulterium, abſente marito, conceperit, idque poſt facinus occiderit, placuit ei neque in fine dandam eſſe communionem: eo quod geminaverit ſcelus.*

Digitized by Google

64 *Siqua mulier usque in finem mortis suæ cum alieno fuerit viro mæchata, placuit, in fine dandam ei esse communionem. Si vero eum reliquerit, post decem annos recipi ad communionem, acta legitima pœnitentia.*

65 *Si alicujus Clerici uxor fuerit mæchata, & sciat eam maritus suus mæchari, & eam non statim projecerit, nec in fine accipiat communionem: ne ab his, qui exemplum bonæ conversationis esse debent, videantur magisteria scelerum procedere.*

66 *Siquis privignam suam duxerit uxorem, eo quod sit incestus, placuit nec in fine dandam esse communionem.*

67 *Prohibendum ne qua fidelis, vel qua catechumena, aut comicos, aut viros scenicos habeat: quæcumque hoc fecerit, à commnnione arceatur.*

68 *Catechumena si per adulterium conceperit, & conceptum necaverit, placuit eam in fine baptisari.*

69 *Siqui forte habens uxorem semel fuerit lapsus, placuit eum quinquennio agere debere pœnitentiam, & sic reconciliari, nisi necessitas infirmitatis coegerit ante tempus dare communionem. Hoc & circa fœminas observandum.*

70 *Si, conscio marito fuerit mæchata uxor, placuit nec in fine dandam esse communionem. Si vero eam reliquerit, post decem annos accipiat communionem, si eam, cum scierit adulteram, aliquo tempore in domo sua retinuit.*

71 *Stupratoribus puerorum, nec in fine dandam esse communionem.*

72 *Siqua vidua fuerit mæchata, & eundem postea habuerit maritum, post quinquennium tempus, acta legitima pœnitentia, placuit eam communione reconciliari. Si alium duxerit, relicto illo, nec in fine dandam ei esse communionem. Vel si fuerit ille fidelis, quem acceperit, communionem non accipiat, nisi post decem annos, acta legitima pœnitentia, nisi infirmitas coegerit velocius dare communionem.*

Digitized by Google

73 *Delator siquis extiterit fidelis, & per delationem ejus aliquis fuerit proscriptus, vel interfectus, placuit eum nec in fine accipere communionem. Si levior causa fuerit, intra quinquennium accipere poterit communionem. Si catechumenus fuerit, post quinquennii tempora admittatur ab Baptismum.*

74 *Falsus testis, prout crimen est, abstinebit: si tamen non fuerit mortis, quod objecit: etsi probaverit, quod diu tacuerit, biennii tempore abstinebit: si autem non probaverit in conventu Clericorum, placuit per quinquennium abstinere.*

75 *Siquis autem Episcopum, Presbyterum, vel Diaconum falsis criminibus appetierit, & probare non potuerit; nec in fine dandam esse communionem.*

76 *Siquis Diaconum se permiserit ordinari, & postea fuerit in crimine detectus mortis, quod aliquando commiserit; si sponte fuerit confessus, placuit eum, acta legitima pœnitentia, post triennium accipere communionem: quod si alius detexerit, post quinquennium, acta pœnitentia, accipere communionem laicam debere.*

77 *Siquis Diaconus regens plebem sine Episcopo, vel Presbytero aliquos baptisaverit, Episcopus eos per benedictionem perficere debebit: quod si ante de sæculo recesserit, sub fide, qua quis crediderit, poterit esse justus.*

78 *Siquis fidelis habens uxorem cum Judæa, vel gentili fuerit mœchatus, à communione arceatur: quod si alius eum detexerit, post quinquennium, acta legitima pœnitentia, poterit Dominicæ sociari communioni.*

79 *Siquis fidelis alea, id est, tabula luserit, placuit eum abstinere: etsi emmendatus cessaverit, post annum poterit communione reconciliari.*

80 *Prohibendum est, ut liberti, quorum patroni in sæculo fuerint, ad Clerum non provehantur.*

81 *Ne fœminæ suo potius, quam maritorum nominibus, laicis scribere audeant, qui fideles sunt, vel literas alicujus pacificas ad suum solum nomen scriptas accipiant.*

Digitized by Google

*Obſcuriores Canones explicantur.*

HUjuſmodi ſunt Canones veri, ac genuini, quos Epiſcopi noſtri Luſitaniæ cum ceteris Hiſpanis in Concilio Eliberitano ediderunt: quos ſedulo, & accurato examine ex antiquis codicibus in lucem prodidit Clariſſimus Hiſpanus D. Ferdinandus de Mendonça in ſuo opere de confirmando Concilio Eliberitano Clementi VIII. nuncupato. Quapropter alii præter citatos, quos Gratianus in ſua concordia diſcordantium canonum (ita apud veteres dicebatur, & inſcribebatur Gratiani opus, quod hodie Decretum appellamus) ſub nomine Eliberitani Concilii allegat, aliis Synodis adjudicentur neceſſe eſt. Non aliam ob cauſam ipſos ſingulatim deſcripſi, quod de reliquis Conciliis tam graphice non agam, niſi ut palam fiat, quam vera, ſancta, & juſta fuerit noſtrorum majorum diſciplina, adverſus eos, qui hæreſeos, & errorum ipſos arguere non erubuerunt. Baronius ad annum 57. de iis Patribus hoc profert judicium: *Sapere hæc hæreſim Novatianam, qui Cypriani, & aliorum ea de re ſcripta legerint, facile cognoſcent*: addit tamen; *ceterum quod ſciamus ejus conventus Epiſcopos fuiſſe catholicos, de Novatiani hæreſi nulla ſuſpicio eſſe debet*: & ad annum 305 ait: *Paulo liberius de Eliberitano Concilio me alias loquutum eſſe memini.* Bellarminus ſcribit: *In aliis decretis videtur erraſſe, præſertim cum in plurimis caſibus, ne in articulo quidem mortis velit abſolvi pœnitentem.* En præcipuam calumniarum cauſam, quod in obitu communionem quandoque denegent Patres: ſenſum igitur ante aliorum Canonum intelligentiam aperire oportet. *De Imaginib. Sanctor. lib. 2. cap. 9.*

Perperam Novatiani erroris incuſantur Eliberitani Patres, cum aliam communionem, præter abſolutionem ſacramentalem, intelligerent, cum in pluribus canonibus in mortis articulo eam dari prohibuerunt. Communionis nomine non ſola abſolutio ſacramentalis, ſed Euchariſtiæ

Digitized by Google

ſacræ participatio, aut orationum, atque oblationum Eccleſiæ, ſocietatiſque fidelium apud veteres contenta eſt. Apertiſſime commonſtrat Synodus Arauſicana celebrata anno 441. can. 3. *Qui recedunt de corpore, pœnitentia accepta, placuit ſine reconciliatoria manus impoſitione communicare.... quod ſi ſupervixerit, ſtent in ordine pœnitentium, ut oſtenſis neceſſariis Pœnitentiæ fructibus, legitimam cõmunionem cum reconciliatoria manus impoſitione recipiant.* Hanc reconciliatoriam manus impoſitionem, per quam pœnitentes juxta veterem diſciplinam fidelium ſocietatis, orationum, & oblationum fiebant participes, & Euchariſtiam ſacram graviorum peccatorum reis in exitu vetuerunt Hiſpani Patres; pœnitentiam vero, ſeu confeſſionem ſacramentalem contritis, ac vere pœnitentibus concedebant: id reſpexiſſe videtur Innocentius I. in Epiſt. ad Exuperium Toloſanum Epiſcopum. *De his obſervatis prior durior, poſterior interveniente miſericordia inclinatior eſt, nam conſuetudo prior tenuit, ut concederetur eis pœnitentia, ſed communio negaretur.* Nicænum Concilium Can. 13. ait: *De his, qui ad exitum veniunt etiam nunc lex antiqua, regulariſque ſervabitur, ita ut ſiquis egreditur è corpore ultimo, & maxime neceſſario viatico minime privetur.* An Eliberitani Patres, inter quos fuit Oſius poſtea Nicæni Concilii Præſes, contra regularem, & antiquam legem in fine abſolutionem ſacramentalem, quæ eſt ultimum, ac neceſſarium poſt Baptiſmum lapſis viaticum, decernerent denegandam?

3 Eſto Canonum verba illa *Nec in fine accipiat communionem* ad abſolutionem ſacramentalem omnino referantur, nunquam Novatiani labe aſperguntur Patres. Novatus, ejuſque ſectatores Eccleſiæ poteſtatem remittendorum, retinendorumque capitalium ſcelerum à Deo conceſſam negabant, Chriſti ſponſæ decus, & auctoritatem evertebant, clavium peteſtatem minuebant: quapropter à fide, & unitate deflexerunt, & ut hæretici fuere damnati: aſt Patres Eliberi ſedentes Eccleſiam poteſtate remittendi capi-

Digitized by Google

capitalia crimina gaudentem fatebantur, nec ignorabant; ex rigore tamen, ac severitate disciplinæ, ne reconciliationis facilitas, aut lapsus foret libido, aut relapsus occasio, absolutionem non esse dandam existimarent. De quibusdam Episcopis Africanis testatur suo tempore Cyprianus ad Antonianum, qui ex rigore tantum disciplinæ, non defectu potestatis Ecclesiæ in totum pœnitentiæ locum contra adulteria clauserunt; nec tamen hæretici judicati fuerant, nec ab Episcoporum suorum Collegio recesserant.

## CANON III. *Item Flamines &c.*

NAtales Alexander canonem huncce de libellaticis intelligit, qui munus Magistratibus dabant securitatis libellum consequuturi, ne idolis sacrificare cogerentur. Verum munus hoc loco eruditi alii viri, inter quos Vallemontius, ludos, & spectacula significat, quæ Flamines agere ex officio tenebantur, & in quibus ipsis mos erat immolare: veniam igitur iis in fine dandam esse stabilitum fuit, qui cum Flamines essent, non sacrificaverant, licet ludos, & spectacula illa præstiterint. Itaque scitu est Christianos olim ex duplici causa Gentilium Sacerdotia obiisse, aut ambitione, aut necessitate: ambitione cum religione contempta, gloriæ avidi Sacerdotium sibi tribui petebant, quo facilius ludorum editione, & scenæ apparatu ignaræ turbæ applausum adipiscerentur: de his Cyrillus Episcopus Tarraconensis Ep. 24. cap. 4. ait: *Neque de Curialibus aliquem ad Ecclesiasticum ordinem venire posse, qui post Baptismum, vel coronati fuerint, vel Sacerdotium, quod dicitur sustinuerint, & editiones publicas celebraverint.* Necessitate, quia cum ex Diocletiani, & Maximiani Imperatorum lege, quæ est 8. in cod. Justinianeo tit. de Muneribus Patrimoniorum, Sacerdotium corporale munus non esset, sed patrimonii, Christiani etiam curiales, aut ampliſſimæ substantiæ agere cogebantur: nisi aut Sacerdotum filii essent, aut illud jam



Digitized by Google

antea subirent : nemo nisi sponte Sacerdotium iterabat juxta Hermogenianum leg. 17. ff. de Muneribus, & Honoribus : nec Ecclesia illud Christianis evellere poterat, cum persecutionibus vexaretur. Qui hujusmodi præfecturas, & flaminia gerebant magnis expensis fatigabantur, ad eorum sollicitudinem templa, templorumque solemnia spectabant, Agnothetæ erant, sive Alytarchæ, quod spectacula suis sumptibus procurarent, & præessent ludis, qui in Deorum honorem peragerentur : quapropter hujusmodi spectacula Sacerdotiorum editiones dicebantur. Igitur spectaculum sine idolo, nec ludus sine sacrificio edebatur, Cypriano teste, *Quod spectaculum sine idolo, qui ludus sine sacrificio* ? Christiani, qui flaminium susceperant, ludos, spectacula, & scenas edebant, ubi obvia homicidia, & impudicitiæ erant, ubi Diis factæ immolationes, nefarii ritus, superstitio damnanda, deterrima, & impia. Quibus animadversis jam notum fit Eliberitanos Patres damnasse Flamines Christianos, qui etsi non sacrificaverint, munus tamen dederant, ludos scilicet populo ediderant, & quod se à funestis sacrificiis abstinuerint, id est homicidiis, quæ plerumque ibi contingebant, eisque in fine præstitisse cõmunionem peracta pœnitentia. De Flaminum cura, & officio christianæ quidem religioni maxime alieno legat, qui velit, Jacobum Gothofredum ad Paratitlon de Paganis, & Sacrificiis Vol. 6. Cod. Theodosiani.

*Lib. de Spectaculis.*

## CANON IX. *Fidelis fœmina &c.*

EL Liberitanos Patres matrimonii solutioni quoad vinculum per adulterium faviſse demonstrarunt plurimi, non solo ex Can. siqua mulier, quem Gratianus Dist. 21. quæst. 1. male Eliberitanæ Synodo adscribit, cum sit Vermerienſis pluribus sæculis posterioris, sed ex auctographo 9. *Fidelis fœmina, quæ adulterum maritum reliquerit fidelem, & alterum ducit, prohibeatur ne du-*

Digitized by Google

*cat, ſi autem duxerit non prius accipiat communionem, quanvis, quem reliquit, de ſæculo exierit, niſi neceſſitas infirmitatis compulerit.* Me neſcire fateor ubinam Canonis ſignum, & veſtigium de matrimonio per adulterium ſolvendo, cum ſecundas nuptias ne contraherent, prohibuiſſent Patres, nec ita ducentibus communionem concederent. Et licet ſolvendum matrimonium adulterii cauſa judicarent, nec acerbe incuſabuntur, cum propter verba Matthæi cap. 19. *Dico autem vobis, quicumque dimiſerit uxorem ſuam, niſi ob fornicationem, & aliam duxerit mæchatur, & qui dimiſſam duxerit mæchatur*, inter veteres Patres dubium foret; & in quæſtione id temporis obſcuriſſima, & nondum diſceptata loquerentur: eam ſententiam de diſſolutione tenuit Hilarius, Baſilius, & Magnus P. Auguſtinus ait: *In divinis ſententiis ita obſcurum eſt utrum iſte cui quidem ſine dubio adulteram licet dimittere, adulter tamen habeatur, ſi alteram duxerit; ut quantum exiſtimo, venialiter ibi quiſque fallatur.* *Cap. 4. in Matth.* *Ep. Canonic. ad Amphiloch.*

Poſterioribus etiam temporibus in Concilio Tridentino de Matrimonio, referente Cardinali Pallavicino, Canon paratus fuerat cum anathemate in eum, qui diceret matrimonia coſummata ob adulterium diſſolvi. Sed Oratores Veneti die undecima Auguſti, ſolemniter expoſuerunt conventui veterem Rempublicam ſemper conjunctiſſimam fuiſſe Apoſtolicæ Sedi, & Conciliis Œcumenicis ejus auctoritate celebratis, pioque ſemper ſtudio complexam, ac veneratam Decreta, ſanctioneſque inde profecta, utpote divinam gloriam, animarum ſalutem, pacemque Chriſtianorum promoventia. Verum ab eo, quod ſeptimo Canone parabatur, niſi moderatione aliqua reformaretur, inferri poſſe non modicam offenſionem Orientis Eccleſiæ, præſertim Venetorum inſulis, Cretæ, Cypro, Corcyræ, Zacyntho, Cephaleniæ, & alis multis, non ſolum cum publicæ quietis, ſed cum Eccleſiæ Catholicæ detrimento. Satis conſtare in more poſitum apud Græcos, ut uxorem adulteram deſerant, & aliam ducant, *Lib. de Fide, & operib. cap. 19. Hiſtor. Concilii Trident. lib. 22. cap. 4.*

Digitized by Google

veterrimam majorum consuetudinem, ut dicunt, sequuti; nec idcirco illos damnatos, aut anathemate perculsos fuisse ab ulla Synodo Œcumenica, etiamsi Romanæ, & Catholicæ Ecclesiæ hujusmodi mos liquido innotuisset. Quapropter rogati Patres ab Oratoribus, ut pro ipsorum prudentissimo arbitratu vellent in eo gratificari serenissimæ Reipublicæ, quæ semper sacrosanctæ Sedi Apostolicæ obsequuta plene fuerat, & erat obsequuta, elaborarunt Canonem 7. sicut nunc est: *Siquis dixerit Ecclesiam errare, cum docuit, & docet juxta Euangelicam, & Apostolicam doctrinam propter adulterium alterius conjugum, Matrimonii vinculum non posse dissolvi, & utrumque, vel etiam innocentem, qui causam adulterio non dedit, non posse, altero conjuge vivente, aliud matrimonium contrahere; mœcharique, qui dimissa adultera, aliam duxerit; & eam, quæ, dimisso adultero, alii nupserit, anathema sit.* En Tridentini tempore sententiam de matrimonio solvendo per adulterium nondum hæresis damnatam, neque contrariam, ut Fidei dogma stabilitam: cur igitur acerbius arguentur Eliberitani Patres, si forte (quod non sequor) per adulterium conjugii vinculum destrui existimaverint.

## CANON XIII. *Virgines &c.*

HOc sæculo Virgines non esse velandas, nisi essent ætatis quadraginta annorum, quos Sacerdos ipse, sive Episcopus comprobaret, usus erat Hispaniarum, quem Concilium Cæsaraugustanum can. 8. observari præcepit. De Virginibus hisce sacris, de quibus Eliberitani Patres, in Hispaniis orta est lis, an id temporis privatis ædibus degerent, an intra Monasteriorum claustra continerentur. In Oriente jam quarto sæculo Virginum Monasteria fuisse extructa ait Athanasius in vita S. Antonii Abbatis; cujus soror in ejus statim vestigia ingressa, cum puellis aliis ejus exemplo se abdidit in Monasterium, cujus præposita ipsa fuit. Nazianzenus quoque testatur Vir-

Digitized by Google

ginum Cœnobia à Basilio Magno fuisse fundata. *Quis igitur magis quam Basilius, aut virginitatem in pretio habuit, aut carni leges imposuit? Cujus sunt Virginum Cœnobia?* Hieronymi testimonio palam fit nullas adhuc Ecclesias fuisse Monialibus tunc Oratoria, sed gregatim processisse ad majorem Ecclesiam, quo sacris mysteriis interessent. Verum Sanctimoniales Hispanæ quarti sæculi ex earum erant genere, quæ domesticos inter parietes virginitatem profitebantur. Quæ res illustrius propalari vix posset, quam proferendo verba Canonis 6. Concilii Toletani 1. anno 400, de quo suo sæculo: *Neque puella Dei, aut familiaritatem habeat cum Confessore, aut cum quolibet laico sibi sanguinis alieni: aut convivium sola adeat, nisi ubi sit seniorum frequentia, aut honestorum, aut viduarum, honestarumque; ubi honeste Confessor quilibet cum plurimorum testimonio convivio interesse poterit. Cum Lectoribus autem in ipsorum domibus non admittendas penitus, nec videndas, nisi forte consanguinea soror sit, vel uterina.* *Ad Demetriad. de Virg. serv.*

## CANON XXIII. *Jejunia &c.*

IN hunc Canonem, & 26. notandum est antiquissimam esse in nostris provinciis jejuniorum legem: in Sabbatis jejuniorum superpositionem indixerunt Eliberitani Patres, veluti ad sextæ feriæ jejunium aliud superponerent, ac extenderent. Romanæ Ecclesiæ morem observabant Hispanienses: de qua ait Ambrosius apud Mag. P. Augustinum *Quando hic sum, non jejuno Sabbato: quando Romæ sum jejuno Sabbato.* Non tantum in Sabbatis abstinentiam, verum & per singulos menses celebrari decreverunt, Julio, & Augusto exceptis, in quibus propter nimios Hispaniarum calores observare facile nequirent; nec sitim possent ferre; jejunium enim potu quoque olim violabatur: nam de S. Fructuoso Episcopo Tarraconensi fertur, qui ad martyrium ductus oblatum recusavit potum, quod jejunii dies esset, & nondum hora nona: *Ep. 80. ad Casulanum.*

Digitized by Google

& Rufinus ait : *Discipulus Silvani invenit aquam, & volebat bibere : cui Abbas Silvanus : Zacharia, jejunium est hodie.* In aliquibus etiam Ecclesiis decretum fuit, ut in Augusto fideles non jejunarent, vel propter prædictam causam, vel aliam, de qua Turonense Concilium 2. Can. 17. *De jejuniis vero antiqua à Monachis instituta serventur, ut de Pascha, inque quinquagesimam, exceptis rogationibus, omni die fratribus prandium præparetur : post quinquagesimam (sic Pentecostes appellabant) tota hebdomada ex asse jejunent. Postea usque ad Kalendas Augusti, ter in septimana jejunent, secunda, quarta, & sexta die, exceptis his, qui aliqua infirmitate constricti sunt. In Augusto, quia quotidie Missæ Sanctorum sunt, prandium habeant.*

*Lib. 2. de Vitis Patrum cap. 31.*

## CANON XXIX. *Energumenum &c.*

ENergumeni ex hoc Canone, nulla exceptione, an sua culpa possideri meruerint, aut non, neque in Ecclesia sua manu ministrabant, nec eorum nomina ad altaria cum oblationibus recitabantur. Non solum oblationes hostiæ fidelium ad altare admittebantur, sed eorum nomina dicebantur, qui obtulerant : & ista erant Dipthyca solemnia, quæ inter Missarum solemnitates legebantur, aut ex ambone, aut alio eminentiori loco : & soli offerebant, qui communionis Sacræ forent participes, quales non erant Energumeni, quibus Diaconi simul cum Catechumenis ante Sacrorum oblationem dicebat : *Ite Catechumeni in pace, ite Energumeni.* Nec solius Hispaniæ hæc erat disciplina, ut Energumeni ab Ecclesiasticis ministeriis abstinerent, sed aliarum quoque provinciarum. Concilium Carthaginense 4. Can. 91. Energumenis tantum concessit, ut Ecclesiarum pavimenta verrerent. Gelasius Papa in Ep. ad Episcopos per Lucaniam constitutos Clero indignos Energumenos judicavit ; & Capitularia Caroli Magni libro septimo cap. 51. præscribunt, ut dæmoniacis, aliisque passionibus irretitis non liceat ministeria Sacra tractare.

Digitized by Google

CANON XXXIII. *Placuit in totum. &c.*

IN Eccleſiis Luſitanis, & reliquis Hiſpanienſibus quarto ſæculo fuiſſe Subdiaconos ex prædicto can. & 30, necnon ex can. 4. Concilii Toletani I. anno 400. Præſide Patruino Emeritenſi Antiſtite, compertum eſt omnibus. An hoc ſæculo quarto continentiæ lege tenerentur? mihi omnino eſt certum id temporis variam fuiſſe Hiſpaniarum diſciplinam. Ab Eliberitanis Patribus hoc can. 33 Subdiaconis perinde, ac Epiſcopis, Presbyteris, & Diaconis ab uxoribus continentiæ lex præſcripta eſt. Aſt anno circiter 386 Siricius Papa, Luſitanis, Tarraconenſibus, Carthaginenſibus, ac ceteris Hiſpaniarum Epiſcopis ſcribens Sacerdotes omnes, ac Diaconos, Subdiaconis prætermiſſis, ab ordinationis die ſobrietate, ac pudicitia conſtrinxit. Subdiaconos quoque prætermiſit Concilium Toletanum I. can. 1. cum Diaconos caſtos, & ſobrios, continenteſque in ordine conſtituerit; & Subdiaconis tantum prohibuit can. 4. ne defuncta uxore, aliam ducerent, quod ſi non obſervaſſent, ab officio, in quo fuerant ordinati, removerentur, & inter oſtiarios, & lectores haberentnr, ita ut Euangelium, & Apoſtolum non legerent. Licet Epiſcopis, Presbyteris, ac Diaconis ex Eliberitano Concilio in miniſterio ab uxoribus abſtinere lex eſſet, ad prædictos ordines adſumi non prohibebantur, qui inter vivos uxoribus adhuc ligati erant, modo illæ caſtitatem voverent, ſi in ſæculo permanerent, vel ad Monaſteria tranſirent religioſam vitam acturæ, & poſt obitum virorum ſuorum ad ſecundas nuptias evolare non poterant: idque decrevit Patruinus Emeritentis Epiſcopus in Concilio Toletano I. de quo infra. Hujuſmodi uxores dicebantur Epiſcopæ, Presbyteræ, ac Diaconiſſæ, quanvis aliæ etiam eſſent Presbyteræ, ac Diaconiſſæ, quæ olim abſque ulla vera, & ſacramentali ordinatione Eccleſiaſticis miniſteriis addicebantur, de quibus Concilium Laodicenum can. 11. & D. Epiphanius ad hæreſim 79. quæ eſt Collyridianorum.

Digitized by Google

## CANON XXXIV. *Cereos per diem &c.*

DE hujus Canonis ſenſu non eadem eſt Auctorum ſententia; nec facile exprimunt, quid ſit mortuos inquietare. Suetonius in vita Neronis, & Plinius teſtantur Gentilibus fuiſſe morem magico ritu animas evocare: de Nerone ait Suetonius, cum Matris à ſe occiſæ ſpecie excitaretur, furiarum flagellis, ac ardentibus facibus, illius manes educere, ac exorare, prius ſacrum gerentibus Magis, conatum eſſe: putabant ii defunctorum animas circa ſepulcra, & corporum ſuorum reliquias aberrare, & verborum quadam virtute educendas facile, ac reducendas. Hanc evocandi animas profeſſionem, quam Necromantiam vocant, Hiſpani etiam ſequebantur, quapropter dicunt alii Eliberitanos Patres cereos in cæmiteriis accendi vetuiſſe, ne ſpiritus ritu gentilico per Hiſpanias obſervato inquietarentur, vocarentur, ac educerentur. Loayſa ad hunc Canonem reſpondet per diem in cæmiteriis lucernas accenſas fuiſſe prohibitas, ne fideles cura immodica cereorum ardentium in oratione turbarentur: ſanctorum enim nuncupatio fidelibus olim tribuebatur: Paulus in Ep. 1. ad Corinthios cap. 1. ait: *Paulus Apoſtolus JESUS Chriſti per voluntatem Dei, & Timotheus frater, Eccleſiæ Dei, quæ eſt Corinthi cum omnibus Sanctis, qui ſunt in univerſa Achaia.* Probabilis quidem eſt Loaiſæ reſponſio; alia tamen placet magis, quam in Salmantica Academia tradidit Martinus Lopes de Ontiveros Juris Pontificii Clariſſimus Profeſſor.

*Lib. 3. cap. 2.*

Eliberitani Patres, ait Juris Conſultus, in cæmiteriis lucernas, ac cereos interdiu accendere prohibuerunt, ne luce Ethnici Martyrum tumulos agnoſcerent, indeque eorum reliquias auferrent crematuri, irreverenter diſperſuri, ac oblivione obruturi; eoque modo è ſepulcris Sanctorum corpora ne inquietarentur. Hanc Gentilium crudelitatem in Martyrum corpora deſcripſit Tertulianus: *Nec mortuis parcunt chriſtianis, quin illos de requie ſepulturæ, de*

*In Apologet. cap. 37.*

*de asylo quodam mortis?, jam alios, nec avellunt, distrahunt*: de suo etiam tempore loquitur Lactantius, qui hoc sæculo floruit: *Nemo hujus tantæ belluæ inmanitatem potest promerito describere, quæ uno loco recubans, tamen per totum orbem dentibus ferreis sævit, & non tantum artus hominum dissipat; sed & ossa ipsa comminuit, & in cineres furit, nequis extet sepulturæ locus ... Quænam illa feritas; quæ insania est lucem vivis, terram mortuis denegasse?* Ob oculos id habuisse Patres nostros existimo; & non luminaria in Ecclesiis, aut templis damnasse; ut male putarunt alii; nec olim defunctorum corpora, quanvis Martyrum, intra templa, sed cæmiteriis ab Ecclesia dissitus sepeliebantur: testis est Pontius Diaconus, qui martyrio, & sepulturæ S. Cypriani adfuit, corpus ipsius cæmeterio fuisse illatum; quæ loca tumbas, seu catacumbas appellabant, ubi fideles persecutorum furore territi congregabantur sacra peracturi: ea perlustrare solitum sibi fuisse narrat Hieronymus in Ezechielem cap. 4. *Solebam diebus Dominicis sepulcra Apostolorum, & Martyrum circumire, crebroque cryptas ingredi, quæ in terrarum profundo defossæ, ex utraque parte ingredientium per parietes habent corpora sepultorum.* Igitur in iis locis si per diem lucernæ accenderentur, videntibus gentilibus esset aditus.

*Lib. 5. Institut. Divinar. cap. 11.*

## CANON XXXVI. *Placuit picturas, &c.*

13 EN errorem maximum Eliberitanis Patribus objectum de non pingendis in Ecclesia imaginibus: quos tamen vetus Ecclesiæ disciplina non incusat, sed excusat. Theologis viris scitum est apud Petavium, Antonium Pagi, Thomasinum, & Natalem Alexandrum, Imaginum cultum ad dogma pertinere, earum vero usum disciplinæ rem esse. Unde Eliberitani Patres Sanctorum imagines cultu prosequendas fatentur, cum ibi dicant: *Ne quod colitur, aut adoratur*; earum vero usum ad disciplinam spectantem prohibuere in iis primis Ecclesiæ sæculis propter Ethnicos,

*Lib. 15 Theolog. dogmat. de Incarnat. cap. 13. Ad annum 54. Lib. 12. de Incarnat. cap. 12. Dissert. 21. sæculi 3.*



Digitized by Google

ne Chriſtianos idola potius mutaſſe, quam deſeruiſſe exiſtimarent: in iiſdem ſæculis infrequentem, & nullum fere eſſe imaginem, ac ſtatuarum ſacrarum uſum inter Chriſtianos oſtenditur ex diſputationibus veterum Patrum adverſus gentiles, in quibus iiſdem argumentis eorum idola infringunt, quæ in ſacras imagines illi retorquerent: Judæi quoque, qui tempore, quo frequentiores jam erant in templis Sanctorum imagines, Chriſtianis earum uſum, ac cultum exprobrarunt, ut conſtat ex Actione 5. ſeptimæ Synodi, primis ſæculis objeciſſent, ſi Chriſtiani earum uſum frequenter proſequerentur: ſed ex Patribus, qui cum Judæis de Religione certamina inierunt, Juſtino, Tertuliano, & aliis nullum apparet veſtigium Judæos fidelibus imagines venerantibus oppoſuiſſe quidquam. Tandem Eliberitani Patres fidem circa imagines conſtantem ſervarunt, diſciplinam tantum pro tempore decreverunt; noſtris vero temporibus, uſu jam conſtituto, honoraria, & religioſa ipſarum veneratio res eſt fidei.

## CANON XLIII. *Pravam inſtitutionem, &c.*

VEluti hæreſeos crimine irretitos, & hujus delicti pœna puniendos cenſuerunt Eliberitani Patres eos, qui Pentecoſtes diem, non quinquageſimam, ſed quadrageſimam celebrabant. Abuſus iſte aliquibus Hiſpaniarum populis irrepſerat adverſus ſcripturas, inquiunt Patres in citato canone, ex quibus quinquageſimus dies in umbra noſtri Pentecoſtes commendatur, ait Mag. P. Auguſtinus: *Poſteaquam Paſcha, occiſo agno, celebraverunt, dies quinquaginta numerantur uſque ad diem, quo lex data eſt in Monte Sina famulo Dei Moyſi, digito Dei ſcripta: in libris autem Euangelii apertiſſime declaratur, digitum Dei ſignificare Spiritum Sanctum .... occiditur ovis, celebratur Paſcha, & interpoſitis quinquaginta diebus datur lex ad timorem ſcripta digito Dei. Occiditur Chriſtus, qui tanquam ovis ad immolandum ductus eſt, ſicut Iſaias teſta-*

*Ep. 55. ad Januar. cap. 16.*

Digitized by Google

*tur, celebratur verum Paſcha, & interpoſitis quinquaginta diebus datur ad charitatem Spiritus Sanctus, qui eſt digitus Dei.* Licet quæſtionem iſtam ad diſciplinam tantum ſpectare tradant Auctores, diſciplinæ iſtius tranſgreſſores quaſi hæreſeos nota inurere Patres judicarunt propter Hiſpanienſium quorundam pertinaciam, qui concilii jubentis decreto non parentes ſectam ab Eccleſia diviſam amplecterentur. Neminem eruditum latet quæſtionem de tempore legitimo celebrandi Paſchæ meræ fuiſſe diſciplinæ; Quartodecimani tamen, qui Paſcha Luna 14 ſimul cum Judæis celebrabant, inter Hæreticos numerati ſunt ab Epiphanio, Theodoreto, & M. P. Auguſtino. *Epiphan Hæreſi 50. Theodoret. lib. 3. Hæreticar. fabular. cap. 4. Aug. lib. de Hæreſib. cap. 29.*

CANON XLVIII. *Emendari placuit .... Neque pedes eorum lavandi ſunt, &c.*

IN hoc Canone non ſolam ſimoniam, verum & catechumenorum baptiſandorum pedes à Sacerdotibus, vel Clericis lavari prohibuerunt Patres. Romanam Eccleſiam ceterarum Matrem, & Magiſtram ſequuti ſunt, quæ ex S. Ambroſio ritum hunc lavandi pedes non tenuit; quanvis aliquæ Africæ Eccleſiæ obſervaſſent, fortaſſe quod baptizandorum corpora, ait Mag. P. Auguſtinus, per obſervationem quadrageſimæ ſorditata cum offenſione ſenſus ad fontem tractarentur, niſi aliqua die lavarentur: & ne ad ipſum ſacramentum baptiſmi videretur pertinere, multi hoc in conſuetudinem recipere noluerunt: nonnulli etiam de conſuetudine auferre non dubitaverunt: aliqui autem ut hoc ſacratiore tempore commendarent, & à baptiſmi Sacramento diſtinguerent, vel diem tertium octavarum ... vel etiam ipſum octavum, ut hoc facerent, elegerunt. Martene obſervavit hanc conſuetudinem viguiſſe in Galliarum Eccleſiis ex antiquis Miſſalibus, quæ Joſephus Thomaſius in codice Sacramentorum; & Mabillonius in Muſeo Italico ediderunt: mirum igitur non eſt Eliberitanos Patres Sacerdotibus, & Clericis baptizandorum pedum lotionem inhibuiſſe, aliis vero non denegaſſe. *Lib. 3. de Sacram. cap. 1. Ep. 54. ad Januar.* *Lib. 1. cap. 1. art. 15. de Antiq. Eccleſ. ritib.*

Digitized by Google

CANON LV. *Sacerdotes, qui tantum sacrificantium &c.*

GEntilium Sacerdotibus conuersis ad fidem, qui sacrificantium coronas portarent, à communione per biennium semoverunt Patres, & veterem disciplinam, remque observatu catholicis dignam decreverunt: nec ex hoc Canone civilium vestium usus censentur prohibiti, quos Apostolici viri in Persicis, Indicis, Anglis, aliisque hujusmodi regionibus incedentes adhibent, ut animarum saluti consulant, omnia hoc modo facti omnibus. Coronæ illæ non civiles ornatus, aut honesti muneris, sed impietatis gentilium signa erant; quorum idola iisdem coronis ornabantur, teste Tertulliano: *Pherecydes Saturnum ante omnes refert coronatum, Diodorus Jovem post devictos Titanas hoc munere à ceteris honoratum; porro siquæ alii idolis faciunt ad dæmones pertinent, quanto magis, quod ipsa sibi idola fecerunt, cum viverent*, & alibi idem Tertullianus ait: *Siquis autem dixerit hoc idolothytum est non contigeris, multo magis cum habitu, & ritu, & apparatu idolothytorum contaminatur: ita & corona idolothytorum efficitur: hoc enim ritu, & habitu, & apparatu idolis immolatur Auctoribus suis.* Prudens fuit istud Tertulliani consilium de Gentilium Sacerdotum coronis, licet minus prudens de illa laurea, quam Christiani milites veluti donativum ab Imperatoribus Ethnicis in exercitu accipiebant: quare merito à Romano Clero durioribus verbis fuit exceptus: hanc lauream non improbarunt Eliberitani Antistites, sed aliam, quæ sine christianæ fidei dispendio, ac opprobrio portari non poterat.

*Cap. 7. de Corona militis.*

*Cap. 10.*

CANON LVI. *Magistratum &c.*

NOn defuerunt, qui Eliberitanos Patres nimiæ severitatis incusarent, quod Can. 56. Magistratibus anno, quo Duumviratum agerent, Ecclesiarum ingressum

Digitized by Google

inhibuerint : perperam quidem ; cum ſuorum temporum conſuetudinem ſequerentur. Ex Origine Chriſtiani id temporis Magiſtratus recuſabant, non tam quod publica vitæ munia refugerent, ſed quod diviniori, & magis neceſſariæ Eccleſiæ miniſterio ad hominum ſalutem ſeſe ſervarent ; & cum religione, quam profitebantur, Duumviratum conjungi non ſinebant. Duumviri, teſte Cicerone, in Coloniis Magiſtratus erant, qui Romæ Prætores appellari volebant, iis anteibant lictores non cum bacillis, ſed ut Romæ Prætoribus cum duobus faſcibus : purpura, & prætexta utebantur, de homicidio quæſtionibus præerant, ludorum, ac publicorum ſpectaculorum curam habebant, Imperatoribus de ipſorum decretis obſervandis juramentum præſtabant. De his, ait Tertullianus, vix credibile fieri poſſe, ut in ſolo honoris nomine incederent, neque ſacrificarent, neque ſacrificiis auctoritatem ſuam accommodarent, non hoſtias locarent, non curas templorum delegarent, non ſpectacula ederent de ſuo, aut de publico, aut edendis præeſſent : de Canonis igitur pœna meriti erant, utpotequi aliquando non ſine cauſa de manſuetudine chriſtiana, & puritate eſſent ſuſpecti. Hoc ævo, quo Imperatores, ac Reges Catholicæ Eccleſiæ famulantur, rituſque gentilium penitus ablegati ſunt, nullum Magiſtratibus Chriſtianæ fidei periculum eſt, nec digni ſunt, qui ab Eccleſiarum ingreſſu arceantur.

*Lib. ult. contra Celſum n. 75.*

*Orat. 2. de Lege Agraria*

*Lib. de Idolatr. cap. 17.*

## CANON LX. *Siquis idola fregerit &c.*

AQuibuſdam incuſati ſunt Patres Eliberitani, quod inter Martyres eos non reciperent, qui gentilium idola fregerant, & ibidem fuerant occiſi. Canon iſte plurimo quidem indiget examine, & plurima, quæ Theologis circa Martyria ingerunt difficultatem, ſe uno involvit; quæ ſi attentius inſpiciantur, nullius erroris Patres poſtulabuntur. Omnia ea, qua ſolet, maxima ſapientia, ac eruditione pertractat Sanctiſſimus Dominus D. Benedictus

Digitized by Google

XIV. tom 3. lib. 3. cap. 16, & 17. de Servorum Dei Beatificatione. Cardinalis de Lauræa agens de altarium, idolorum, & templorum demolitione inquit nihil esse, quod magis tyrannos provocet ad vindictam, quam si aris, & idolis eorum bellum inferatur, & sic agentes sine causa male agere, & suæ neci causam dare, nec non infidelium peccatis; & de Martyribus, qui ex speciali impulsu templa, & idola gentium aliquando destruxerunt, ait eos non imitatione, sed admiratione dignos esse, cum similia Apostoli non patraverint, nec alii, qui post eos Christi fidem propagarunt. Eliberitanum Canonem ob oculos habuisse videtur Purpuratus Pater. Apostolos quidem legimus non fregisse, sed oratione tantum, ac virtute precis ad Deum idola eruisse. S. Joannes Euangelista in Pathmo, ubi exul degebat, Apollinis eruit statuam, in Ephesoque Dianæ templum: Matthæus quoque in Ethiopia idem feciisse legitur. Cardinalis Baronius in notis ad Martyrologium Romanum ad diem 9. Aprilis Canonem hunc exponit de Christiano, qui sponte citra christianam mansuetudinem, ex nullo legis præscripto, sed furore quodam percitus, abjectaque prudentia insilierit in idolum. Tempore, quo Ethnici Imperatores universam Hispaniam moderabantur, imprudenter quidem se gererent, qui in idola, & eorum templa irruerent absque Dei speciali afflatu; cum in causa essent, ut Gentiles in Christianos inveherentur, fidem persequerentur, & suorum Deorum jura vindicantes à limitibus suis aut relegarent, aut occiderent.

*In lib. Sentent. P. 2. tom. 3. Disput. 20. art. 13.*

## CANON LXI, & LXVI.

IN his Canonibus Eliberitani Patres sub communionis privatione matrimonia contrahi in primo affinitatis gradu, aut lineæ rectæ, aut transversæ prohibuerunt: ea tamen contracta dissolvi, nec jusserunt, nec declararunt. Utrumque sane juri naturali nec repugnat, nec ab eo dirimitur. Innocentius III. cap. fin. de divortiis ad Livonien-

Digitized by Google

ſem Epiſcopum fidelibus nuper converſis conceſſit, ut matrimoniis contractis cum relictis fratrum uterentur; ſi tamen fratribus decedentibus ſine prole, ut ſemen defuncti juxta legem Moſaicam ſuſcitarent, cum talibus contraxerunt. Concilium Aurelianenſe 3. can. 10. ſtatuit, ut non ſolvantur matrimonia ante Baptiſmum contracta cum relicta patris, filia uxoris, relicta fratris, ſorore uxoris. Abſque ſanguinis reſpectu, teſte Joanne Bohemo de Moribus gentium cap. 8. patre mortuo, apud alias gentes filius novercam, frater fratris uxorem in uxorem acceperunt. Id noſtrum ſit judicium. Affinitas in primo gradu, vel tranſverſæ, vel rectæ lineæ tempore Eliberitanorum Patrum, & adhuc poſtea matrimonium impediebat, non dirimebat; nam Concilia Agathenſe can. 61. & Epaonenſe can. 30. hujuſmodi conjugia prohibuerunt, ſed mox addiderunt, ut ſi ante prohibitionem contracta fuerant, non diſſolverentur. Leviticum cap. 18. ſororem uxoris in pellicatum accipere maximum malum indixit, & Joannes apud Matthæum cap. 14. Herodi exprobravit, quod uxorem fratris ſui haberet: Leviticum idem 20 morte multari juſſit, qui cum Noverca ſua dormierit: verum hæc omnia, vivente adhuc marito, & de concubitu extra matrimonium habito intelligenda ſunt. Jacob cum duabus ſororibus Lia, & Rachele contraxit, & Deuteronomii 25. Matrimonium mulieris cum fratre ſui mariti defuncti, non tam licitum, quam præceptum fuit, ſi ex eo prolem non genuiſſet; id certe non facerent, ſi naturali juri eſſet contrarium. Inauditum crimen inter gentes dixit Apoſtolus ad Corinth. cap. 5. ut uxorem Patris ſui adhuc viventis aliquis haberet, & non patris mortui, cum apud quamplurimas gentes obſervantia iſtæc eſſet in more.

## CANON LXXVII. *Siquis Diaconus.*

IN hoc Canone plurima notatu ſunt digna, quæ per Hiſpanias obſervabantur, nec ceteris Eccleſiis iſtarum provinciarum Eccleſiæ diſſentiebant. Diaconi plebem re-

Digitized by Google

gebant, & regendæ Eccleſiæ ipſis commendabantur; Tituli Diaconorum Romæ præclariſſima, & antiquiſſima hujus diſciplinæ ſunt monumenta: hujuſmodi tituli, ſive Eccleſiæ idcirco Diaconiæ appellabantur, quod pauperibus neceſſaria vitæ ſubſidia ibi miniſtrarentur ad exemplum Diaconorum, quos Apoſtoli inſtituerunt, ut fidelium etiam menſis ſervirent. Sacram Euchariſtiam miniſtrabant Diaconi, ſi à præſente Presbytero ex neceſſitate juberentur juxta Canones 37, 38, & 39 Concilii Carthaginenſis 4; eodem modo baptiſabant, Catechumenos inſtruebant, omnibuſque Dei verbum prædicabant: fortaſſe hinc Diaconorum quorumdam in quibuſdam Eccleſiis, præſertim in Romana, inſurrexit audacia, ut ſupra Presbyteros vellent aſſurgere: quorum ſuperbiam, & conatus fregerunt Patres in Conciliis Laodiceno, Nicæno, Ancyrano, & Carthaginenſi 4. ſtatuentes ut ii Presbyteris obedirent, reverentiam præſtarent, ne Presbyteris Euchariſtiam miniſtrarent, & Presbytero præſente, ne ſederent, niſi ab ipſo eſſent invitati. Apud aliquos non inferioris ſubſellii Auctores difficultate non caret, an Diaconi plebem regentes confeſſiones audirent, ſacramentalemque abſolutionem darent. Dubium parturivit Epiſtola 13. S. Cypriani ad Presbyteros, & Diaconos Carthaginenſis Eccleſiæ de lapſis ita ſcribentis: *Si incommodo aliquo, & infirmitatis periculo occupati fuerint, non expectata præſentia noſtra, apud Presbyterum quemcumque præſentem, vel ſi Presbyter repertus non fuerit, & urgere exitus cœperit, apud Diaconum quoque Exomologeſim facere delicti ſui poſſent; ut manu iis in pœnitentiam impoſita, veniant ad Dominum cum pace, quam dari Martyres literis ad nos factis deſideraverant.*

Igitur Exomologeſis illa, quam lapſi apud Diaconum agere poterant, non erat ſacramentalis confeſſio, ſed ultimus ſolemnis pœnitentiæ ritus, quo lapſi pœnitentes coram Presbyteris, Diaconis, & populo ſiſtebantur, humi jacebant, peccata deteſtabantur ſua, omnium precibus

ſe

Digitized by Google

se commendantes, & à legibus publicæ pœnitentiæ sic absolvebantur; quæ absolutio sacramentalis non erat, aut fori interni judicium, sed exterioris dumtaxat, quapropter nil mirum, quod Diaconis aliquando concederetur. Neminem fugit Sacerdotes primi, vel secundi ordinis inferioribus posse demandare, quæ jurisdictionis sunt; quamvis quæ sunt ordinis, ut sacrum peragere, & sacramentaliter absolvere, nequeant committere. Sicut Diaconis licet de Episcoporum mandato excommunicare, ita & excommunicatos reconciliare: pœnitentes igitur publici Sacramentorum communione privati, & precum, quæ solemni ritu in Ecclesia dicebantur, à Diaconis restitui, & absolvi poterant, cum nihil ordinis, sed jurisdictionis tantum actum commissum exercerent.

Quos Diaconus sine Episcopo, vel Presbytero baptisabat, Episcopus per benedictionem perficere debebat, id est, Sacramentum confirmationis præstare, quod à S. Ambrosio *Perfectio* appellatur, & à S. Cypriano *Consummatio* dicitur: quia homo baptisatus fit perfecte, ac plene Christianus per additionem gratiæ roborantis, ac firmantis, quæ propria est Sacramenti Confirmationis. Ista in veteri Ecclesia continenter cum Baptismo conferebatur; quapropter Eliberitanum Concilium, & Patres eam iisdem in locis commemorant, in quibus agunt de Baptismo. Perfectionem hancce, seu Confirmationem non esse necessariam necessitate medii ad salutem, ut loquuntur Theologi, ostenderunt ipsi Eliberitani Patres cum dixerint à Diaconis baptisatos, & ab Episcopo nondum confirmatos ex hac vita decedentes posse justos esse sub fide, qua in Baptismo crediderant. Hactenus de universarum Hispaniarum disciplina, quam decem & novem Episcopi apud Eliberim adunati, triginta sex Presbyteris residentibus, & adstantibus Diaconis ediderunt: ad aliud Concilium eodem sæculo celebratum jam venio.

*Lib. 3. de Sacram. cap. 2.*

*Ep. 73. ad Jubajan.*



Digitized by Google

## §. II.
## *De Concilio Lusitano.*

SÆculo quarto jam vergente, fortasse tempore, quo Idacius, & Ithacius Lusitaniæ Episcopi Priscillianum exagitabant; Lusitani Episcopi in unum convenere, & circa disciplinam statuta sua protulere: hujus Concilii acta ad nos usque non pervenerunt; verū ex Concilio Toletano 1. an. 400. Can. 1. illud extitisse fit certum: *Placuit ut Diacones*, inquit Canon, *si vel integri, vel casti sint, & continentis vitæ, etiamsi uxores habeant, in ministerio constituantur: ita tamen ut siqui etiam ante interdictum, quod per Lusitanos Episcopos constitutum est, incontinenter cum uxoribus vixerint, Presbyteri honore non cumulentur: siquis vero ex Presbyteris ante interdictum filios susceperit, de Presbyterio ad Episcopum non admittatur.* En clarissimum Lusitanorum Præsulum statutum, quod ab ipsis simul adunatis prolatum fuisse non absre est judicandum, licet de tempore, & loco, quo convenerint, nullum sit vestigium certum, aut indicium. Idacius quidem in chronico ait Priscillianum in hæresim Gnosticorum declinantem, postquam aliquot Episcoporum Conciliis in Hispanis fuerat auditus, Italiam, & Romam petiisse; inter hæc vero Concilia valde credibile est censeri illud Lusitanorum Episcoporum.

# CAP. V.

## *De Imperatoribus Romanis Lusitaniæ imperantibus.*

DIocletianus obscuro genere natus, quem Eutropius refert à plerisque scribæ filium fuisse creditum, Victor vero servum Anulini Senatoris, ab ipsoque manumissum, anno Christi 284 Imperator sublectus est, & sæculo quoque quarto ineunte Imperio floruit. Anno

Digitized by Google

286 Herculium Maximianum veteri amicitia ſibi conjunctum & cujus fidem, & induſtriam in re militari perſpexerat, in Imperii partem vocavit : id temporis Hiſpaniæ per comites regebantur, ut conſtat ex leg. 14. data à Diocletiano ad Severum Hiſpaniarum comitem cod. de Fide inſtrumentorum. Anno 291 duos Cæſares crearunt Conſtantium Chlorum, & Galerium Maximianum : anno 304 uterque Imperator Diocletianus, & Valerius Maximianus, qui Herculius etiam cognominabatur, depoſita purpura, ſummam Imperii Conſtantio, & Galerio tradiderunt. Diocletianus anno 18, vel 19 ſui Imperii, Chriſti vero 302, aut 303 cum Maximiano in Chriſtianos perſecutionem movit, quam poſtea Galerius Maximianus, & Valerius Maximianus ſæviſſimis edictis propagavere. Lactantius, ſive alius ſit, lib. de Mortibus Perſecutorum ad Donatum apud Balluſium de iſta perſecutione ſic loquitur cap. 16. *Vexabatur ergo univerſa terra, & præter Gallias, ab Oriente uſque ad Occaſum tres acerbiſſimæ beſtiæ ſæviebant.* *Lib. 2. Miſcellaneor.*

*Non, mihi ſi linguæ centum, ſint oraque centum,*
*Ferrea vox, omnes ſcelerum comprendere formas,*
*Omnia pœnarum percurrere nomina poſſem,*

Quæ judices per provincias juſtis, atque innocentibus intulerunt : Paulus Oroſius inquit *hanc perſecutionem omnibus fere anteactis fuiſſe diuturniorem, atque immaniorem, & per decem annos incendiis Eccleſiarum, proſcriptionibus innocentum, cædibus Martyrum, miſerabiliter actam eſſe.* *Lib. 7. cap. 25.* Maxima laus debetur Hiſpaniæ, quæ Daciano Præſide plurimum ſanguinis pro Fide, & Chriſti nomine effuderit; & inter ceteras ipſius provincias emicuit Luſitania, quæ tot filios in ſanguinis dolore cœlo parturivit; quorum nomina licet in vitæ libro aureis literis deſcripta ſint, infra in patriæ honorem, & gloriam conſcribam. Poſtquam Galerius, & Conſtantius Chlorus Imperii molem inter ſe diviſerunt Galerius Orientem ſortitus, Conſtantius Italiam, Africam, Hiſpaniam, & Galliam, ſecun-

Digitized by Google

do scilicet anno persecutionis à Diocletiano excitatæ; Constantii humanitate, & clementia Hispania, & Gallia floruere. Eusebius de Constantio ait: *Multa clementia erga homines, erga Deum vero religione maxima utebatur: neque in consortis rabie regnum suum piorum sanguine maculaverat, neque orationum domos, & conventicula nostrorum imitatus Maximiani vesaniam hostili vastatione destruxerat, quin potius cultores Dei veneratione habuit, & honori.*

*Lib. 8. Histor. Eccles. cap. 16.*

Mortuo Constantio Chloro Eboraci in Britania, Constantinus anno 306 imperio potitus est, eodem circiter anno eadem imperialis dignitas Severo Augusto, Maximino, Maxentio Herculio, & Licinio fuit concessa; quatuor Cæsares simul Romanum imperium veneratum est. Constantinus tandem, devictis hostibus, solus totius imperii summam habuit: de uviversa Hispania, & Bracara Augusta præclare meritũ fuisse constat ex nummismatibus antiquis, quorum copiam hominum manibus tritam, cum ipsius imagine, & inscriptione se vidisse testatur Vasæus; & adhuc unum vidi in Monasterii S. Crucis Chartophilacio. Constantini in Hispaniam adventus, quem Vasæus cum aliis forte Mauri Rasis scriptis enixi propugnant, non est cur tam facile credatur: Eusebii silentium in vita Constantini, Socratis, & Sozomeni, necnon Orosii Hispani, qui etiam Constantini gesta meminit, licet negans argumentum, Vasæi, & aliorum opinamentum evertit: res memoratu dignas taciturnitate non prætermitterent, quales in ea profectione enarrant isti, videlicet Metropolitanarum sedium divisiones, & Eliberitanæ Synodi convocationem ab ipso Constantino factas, quas alibi ut confictas exsuflavi. Rasis Arabs, ut notavit Lusitanarum antiquitatum exactissimus explorator Resendius, non admodum fide dignus est: omnium antiquitatum, ac rerum Romanarum ignarus fabulas sæpe veris narrationibus immiscet; Maurorum quidem imperium attingens temporum ordinem, ac veritatem servat: cujus etiam figmenta late exposuit Gregorius

Digitized by Google

Majans Siſcar in Epiſtola ad Michaelem Caſiri. Nec ullus ante Raſim anno 976 Hiſpanienſium Eccleſiarum à Conſtantino factam diviſionem conſcripſit.

Romani imperii majeſtatem Roma Byſantium in Thracia tranſtulit, & à ſuo nomine Conſtantinopolim voluit appellari, imperii quoque ſedem, Romæ æmulam, ac novam Romam. Cum Sabariæ, non in Hiſpania, ut male putarunt aliqui Salaciæ nomine decepti, & confundentes, ſed in Pannonia juxta Ptolemæum, & Plinium, (quæ Sabaria erat D. Claudii Colonia) commoraretur Conſtantinus bello Sarmatico illigatus; ad eum acceſſerunt Luſitanorum Legati de incondita, incertaque edictorum, & conſtitutionum turba, ac nominatim, quod conſtitutiones Principum in judiciis ſæpe ſine die, & conſule jactarentur, allegarentur, legerenturque: Legati ab ipſis fuerunt miſſi Luſitanis, qui de rebus ad ſalutem ſuæ provinciæ in concilium coierant pro more tum recepto provinciarum. Rei illi remediũ adtulit Conſtantinus Chriſti anno 322. & Era 360. celeberrimam ſcilicet legem, quæ eſt prima in codice Theodoſiano de Conſtitutionibus Principum, & quarta in Codice Juſtinianeo de diverſis reſcriptis, ut poſt hac Principum conſtitutiones ſine conſule, & die deprehenſæ auctoritate carerent. Hæc lex nec ſemper in provinciarum Romani imperii obſervantia fuit; aliquando poſtea Imperialia acta conſule, & die carebant, aliquando notabantur. Sic ſcribit Mag. P. Auguſtinus lib. unico ad Donatiſtas poſt collationem: *Quia etiam illic invidioſiſſime proclamaverant, quod Imperatoris litteras ſine die, & Conſule recitavimus: & tamen etiam ipſi alias ejuſdem Imperatoris litteras in cauſa Felicis ordinatoris Cæciliani, quas mirabili cæcitate contra ſe ipſos protulerunt, ſine die, & Conſule recitarunt*: & in Breviculo collationis diei tertii cum Donatiſtis dixerat: *cum Donatiſtæ invidioſe dicerent Epiſcopale Concilium cum Conſule fuiſſe recitatum, & Imperatoris litteras Conſulem non habere ... cognitor inter locutus eſt evidentiſſimis legibus definitum imperialia*

*Lib. 2. cap. 5. Lib. 3. cap. 15.*

Digitized by Google

*conſtituta, etiamſi Conſule non legerentur indubium non revocari.* Romano Imperio tam Africani, quam Luſitani ſubditi erant.

Anno 325,& ſui imperii 20 nondum adimpleto,Nicææ in Bithinia trecentorum decem, & octo Patrum concilium ex toto orbe convocavit, ut Arii impietas hæretica damnaretur, ut Paſchæ celebrandi tempus, circaquod quædam diſſentiebant Eccleſiæ, ſtabiliretur, & Meletii Lycopolis in Ægypto Epiſcopi ſchiſma foret extinctum. Cum Vito, & Vincentio Presbyteris Silveſtri Papæ nomine præfuit Oſius Cordubenſis nomine, & famæ celebritate inſignis, qui cum aliis multis Hiſpanis interfuit, quorum nomina, & ſedes in ſerie ſubſcriptorum deſiderantur. Maxima fuit Conſtantini erga Epiſcopos, & Eccleſiæ Patres reverentia: cum Donatiſtæ Cæciliani cauſam ad eum detuliſſent, ait M. P. Auguſtinus, non eſt auſus de cauſa Epiſcopi judicare, eam diſcutiendam, atque finiendam Epiſcopis delegavit: quod factum eſt in Urbe Roma, præſidente Melchiade Epiſcopo illius Eccleſiæ cum multis collegis ſuis: Concilium Nicænum ingreſſus, nonniſi annuentibus Epiſcopis ſedit. Arianorum libellos adverſus Catholicos Antiſtites ipſi porrectos comburi juſſit, & iſta protulit ad Patres: *Deus vos conſtituit Sacerdotes, & poteſtatem dedit de nobis judicandi; & ideo nos à vobis recte judicamur: vos autem non poteſtis ab hominibus judicari: propter quod Dei ſolius inter inter vos expectate judicium... vos etenim nobis à Deo dati eſtis Dii, & conveniens non eſt ut homo judicet Deos, ſed ille ſolus, de quo ſcriptum eſt: Deus ſtetit in ſynagoga Deorum, in medio autem Deos dijudicat.* Erga Eccleſiam,& Religionem Chriſtianam leges ſanctiſſimas tulit Conſtantinus, Eccleſiis legata relinqui, donationes fieri, ac hæreditates permiſit, idolorum templa claudi, & everti juſſit, & Gentilium ſacra ſub gladii pœna, & bonorum proſcriptione prohibuit: hæreticos Donatiſtas, & Arianos pœnalibus legibus ſubjecit; Judæos quoque coercuit Chriſtiano nomini infenſos;

*Euſeb. lib. 3. cap. 7. Ep. 105. ad Donat iſt.*

Digitized by Google

Præſides, aut Præfectos Prætorio non deſignavit per provincias, niſi Chriſtianos; ſi tamen Ethnici, ne ſacrificarent, decrevit. Eccleſias non tam exornari, ac ædificari permiſit, verum & ipſe ædificavit; alias quidem piiſſimas geſſit, quæ in codicibus & Theodoſiano, & Juſtinianeo paſſim leguntur.

Tres filios tandem, licet diverſis temporibus, Conſtantinum, Conſtantium, & Conſtantem Imperatores creavit, & imperii ſui reliquit hæredes: juxta Euſebium ad ſuburbana Nicomediæ digreſſus, convocatis Epiſcopis, ſic ad eos verba fecit: *Hoc erat tempus, quod jam dudum ſperabam, cum incredibili cupiditate arderem, votiſque omnibus deſiderarem ſalutem in Deo conſequi; jam tempus eſt ut ſignum illud, quod immortalitatem confert, nos quoque percipiamus, tempus eſt ut ſalutaris ſignaculi participes fiamus. Equidem olim ſtatueram id agere in flumine Jordane, in quo Servator ipſe ad exemplum noſtrum, lavacrum ſuſcepiſſe memoratur. Sed Deus, qui optime nouit ea, quæ nobis utilia ſunt, hoc in loco vobis id ipſum exhibere dignatur.* Hinc decernuntur falſa, quæ de Conſtantini baptiſmo à S. Silveſtro collato ipſius Pontificis acta Pſeudepigrapha, & fabulis plena meminerunt. Nec cum Baronio Eminentiſſimo liceat hic Euſebii, veluti Ariani viri, & Arianæ impietatis fautoris maximi fidei derogare, cum de re Arianorum nullatenus cauſam concernente agat. Gelaſius Romanus Pontifex in Romana Synodo, cui ſeptuaginta interfuerunt Epiſcopi Hiſtoriam Euſebii Pamphili apocrypham dixit, non ſuppoſitam ſcilicet, & ſpuriam, ſed à Catholicis quodammodo vitandam; licet propter rerum notitiam ſingularem, quæ ad inſtructionem pertinent, uſquequaque declaret non eſſe renuendos ipſius Euſebii libros. Aſt quid cum Arianorum cauſa Conſtantini baptiſma ab Euſebio aſſertum? Quid Arianæ impietati commodum, favor, aut inſigne, ut hanc Euſebii ſententiam quaſi venenum fugiamus? De Euſebio ſcripſit Pelagius II. *Quid in Hiſtoriographis inveniri Euſebio honorabilius poteſt?*

*Lib. 4. de vita Conſtantini cap. 61, & 62.*

Digitized by Google

Verum præter Eusebium id ait Theodoretus : *Anno alio, & paucis mensibus elapsis cum esset Nicomediæ morbo correptus, & quam sit incerta hominum vita non ignorans sacri Baptismatis donum suscepit ; ad hoc enim usque tempus distulerat, quod in Jordane fluvio id consequi cuperet.* In Domini crucem piissimus Constantini affectus, ut vexillum instar crucis, quod Labarum vocarunt, præferri vellet exercitui ; erga Ecclesiam, & Christianam Religionem in Conciliis, & extra hæc firmandam sedulus ardor, ac maxima reverentia, in Sacrorum Mysteriorum festivitatibus præsentia, vigiliarum Sacrarum observantia, preces, & cetera pietatis opera, quibus, teste Eusebio, religiosus Imperator tradebatur, nec thesauris suis parcens, nec labori ; eum usque ad vitæ finem non fuisse gentilem commonstrant, sed jam antea ad fidem conversum animo, quantumvis Baptismi ablutione non esset Christianus ; nondum solemni ritu per manuum impositionem Catechumenis erat adscriptus ; inter eos enim numeratus est juxta ipsum Eusebium postquam morbus eum invasit, & non multo antea, quam Baptisma susciperet. Socrates ait Constantinum Magnum vixisse annos sexaginta quinque, ac triginta, & unum regnasse, mortemque obiisse Feliciano, Tatiano Consulibus undecimo Kalendas Junii ; Socratis vestigia sectatur Sosomenus. Eusebius quanvis triginta, & duos Imperii, & majestatis annos supputet, à Socrate, & Sosomeno non longe distat : illi triginta, & unum Imperio completos annos numerant, menses, & dies, qui annum non adimpleverant, tacent : Eusebius vero annos duos, & triginta incompletos, paucis & diebus interjectis meminisse fatendum ex ipso est : *Anni duo paucis, & diebus interjectis, ac triginta majestatis, omnino vitæ plus minus sexaginta quatuor.* Constantinus licet Athanasio, & aliis Episcopis quandoque fuerit infensior, deceptus scilicet ab Arianis Nicænam Fidem, cujus ille erat vindex, extrinsecus venerantibus, Athanasii Sanctitati veritatis zelo detrahentibus, Ecclesiasti-

*Lib. 1. Hist. Eccles. cap. 30. juxta Sirmondi editionem.*

*Lib 4. cap. 57.*

*Lib. 4. cap. 61, & 62. Hist. Eccles. cap. 25.*

*Lib. 3. cap. 31. De vita Constant. lib. 4*

Digitized by Google

ſinſticæ diſciplinæ vindices, & cuſtodes ſeſe ſimulantibus, ob idque in Arianum dogma declinare videretur Hieronymo in chronico, nulla tamen labe in Fide aſperſus eſt; utpotequi ab Eccleſia Græca in Monologiis colitur, & Athanaſius conqueritur Conſtantium paternæ fidei, ac pietati non adhæſiſſe. Univerſum orbem Romanum unus Auguſtus tenuit, & defendit: in adminiſtrandis, & gerendis bellis victorioſiſſimus fuit; in tyrannis opprimendis per omnia proſperatus eſt: grandævus ægritudine, & ſenectute filios imperantes reliquit. *Ad diem 21 Maii. Ep. ad Solitar.*

Poſt Magnum Conſtantinum Romanum imperium inter ipſos à Patre diviſum tenuere Conſtantinus, Conſtantius, & Conſtans. Conſtantino erant Galliæ, Hiſpaniæ, & quidquid trans Alpes excurrerat, Conſtantio Oriens obvenerat, Conſtanti Roma, Italia, Africa, Sicilia, Inſulæ reliquæ, Illiricum, Thracia, Macedonia, & Græcia. Ceteris tamen fratribus in imperio ſuperſtes fuit Conſtantius. Conſtantinus adverſus Conſtantem fratrem decertaturus, prope Aquilejam fuit occiſus, & in flumine, quod *Alſa* vocant, ejus corpus obrutum eſt. Conſtans, decem elapſis annis, à Magnentio conquiſitus, & à Gaiſone illius duce in caſtro *Helena* nuncupato non longe à Pyreneis incaute trucidatur. Verum ante necem cum Avia Helena in Hiſpaniam veniſſe, indeque jam redeuntem caſtrum illud prope Pyrenæos, ubi vitam finiit, ab Aviæ nomine Helenam appellaſſe ferunt. Quo fundamento, aut monumento, neſcio, Joannes Gerundenſis Epiſcopus nixus eſt, ut Helenæ cum nepote Conſtante Hiſpanicam profectionem affirmaret, ſecumque alios poſt ſe duceret idem opinamentum pugnaturos. Conſtantis adventum non pernegabo, cum Helenæ caſtrum, quod Paulus Oroſius Hiſpaniæ fuiſſe proximum teſtatur, perveniſſet, indeque Hiſpaniam facile perluſtraret. Aſt Helenam illuc etiam acceſiſſe Hiſtoria Eccleſiaſtica ab Euſebio conſcripta falſum evincit. Helena, Euſebio teſte, obiit, in humanis agente Filio Conſtantino, & licet ejus obitus nullis Conſulibus notetur, ut an- *Lib. 7. cap. 29.* *Lib. 3. de vita Conſtāt.*



Digitized by Google

nus certus deſignetur; anno tercenteſimo vigeſimo ſexto omnes fere adſcribunt cum Baronio Eminentiſſimo, quo Conſtans nec profectionem ſuſceperat, nec dum à Patre Conſtantino diviſi imperii partem acceperat. *Tom. 3. ad an. Chriſt. 326.*

Conſtantius eorum, á quibus regebatur, inductu, Ariana impietate infectus Arianorum fautorem egit, Catholicos Epiſcopos perſecutus eſt, Athanaſium Nicenæ Fidei cuſtodem variis modis afflixit: Liberium Romanum Pontificem, ut Athanaſium rejiceret, per Euſebium Eunuchum Romam miſſum adiit, & minis tentavit; quas Apoſtolica libertate ſprevit Conſtantiſſimus Pontifex, de teſtimoniis Dei in conſpectu regum loqui non confuſus: & teſte ipſo Athanaſio, tanta id temporis erat Liberii conſtantia, ut coram Conſtantio apud Mediolanum ſiſtens ad ipſum liberrime adloqueretur: *Deſine perſequi Chriſtianos, ne tenta per me hæreticam impietatem in Eccleſiam introducere. Ad omnia potius ſuſtinenda parati ſumus, quam nos Chriſtiani eo deveniamus, ut Ariani appellemur*: quem Conſtantius nihil moveri aſpiciens relegari ad Bæream Thraciæ juſſit, Felice in Pontificatum ſubſtituto; Aſt Liberius, qui ex Theodoreto juxta Sirmondi editionem, Imperatori exilium minanti reſponderat: *Potiores ſunt Eccleſiæ leges, quam Romana habitatio*: poſt exactum in exilio biennium inflexus, miniſque mortis ad ſubſcriptionem inductus eſt; ad Orientales Epiſtolam ſcripſit: *Ego Athanaſium non defendi, ſed quia ſuſceperat illum bonæ memoriæ Julius Epiſcopus deceſſor meus; verebar ne forte in aliquo prævaricator judicarer. Aſt ubi cognovi, quando placuit Deo, juſte vos illum condemnaſſe, mox conſenſum commodavi ſententiis veſtris, id eſt de condemnatione ipſius per Fratrem noſtrum Fortunatianum dedi perferendas ad Imperatorem Conſtantium. Itaque amoto Athanaſio à communione omnium noſtrum, cujus nec Epiſtolia à me ſuſcipiendæ ſunt, dico me pacem cum omnibus vobis, & cum univerſis Epiſcopis Orientalibus pacem, & unanimitatem habere*: hac de cauſa ab Imperatore Romam redeundi poteſtas Liberio data eſt. *Ep. ad Solitar.* *Lib. 2. Hiſt. Eccleſ. cap. 23.*

Digitized by Google

Sub Conſtantio, & Conſtante anno 347 Conſulibus Rufino, & Euſebio, & Julio Romano Pontifice Sardicam ex toto terrarū orbe Epiſcopi cōvenere propter calumnias Euſebianorum in S. Athanaſium, Marcelum Ancyranum, & Aſclepam Gaſenſem, propter lata in ipſos ab Euſebianis judicia, & querimonias adverſus eorum abſolutionem, ac reſtitutionem à Julio Pontifice Romano factam. Ex Hiſpania illuc confluxere Oſius cordubenſis, quem Athanaſius Synodorum Principem vocat, Annianus Caſtulonenſis, Coſtus Cæſarauguſtanus, Domitianus Aſturienſis, Florentinus Luſitanus Emeritenſis, Pretextatus Barcinonenſis, qui longinquam profectionem ſuſceperunt, ut Eccleſiarum, & Antiſtitum pacem revocarent. Hæc Synodus licet vera Œcumenica, veluti Nicænæ appendix, & complementū exiſtimata eſt, quapropter illius Canones ab Innocentio I. Ep. ad Concil. Toletanum, Zozimo ſcribente ad Epiſcopos Africanos, & Leone ad Theodoſium Imperatorem adverſus latrocinium Epheſinum Nicenorum nomine fuere laudati. *Ep. ad ſolitar.*

Adeo Conſtantius Arianis favebat, ut ſub ejus imperio Ariani plurimas Synodos celebrarent Nicænam fidem labefacturi, Sirmienſem, Arelatenſem, Mediolanenſem, Biterrenſem; Sirmienſem, in qua novam formulam confecerunt, Ariminenſem, Conſtantinopolitanam, & Antiochenam. A Conſtantio convocati quadringenti Occidentis Epiſcopi Ariminum Italiæ confluxerunt, qui tamen ab Urſacio, & Valente decepti formulæ ab ipſis oblatæ, in qua ſubſtantiæ, & conſubſtantialis Omouſion voces in Nicæna Synodo confecratæ ſupprimebantur, ſubſcripſerunt, facile credentes Valenti, qui eam conſcripſerat, & profitebatur ſe Arianum non eſſe, & penitus ab eorum blaſphemiis abhorrere. *Putabant*, ait Hieronymus *nullum venenum inſertum, cum verba pietatem ſonarent, de Uſiæ vero nomine abjiciendo veriſimilis ratio præbebatur, quia in ſcripturis aiebant, non invenitur, & multos ſimpliciores novitate ſua ſcandaliſat; placuit auferri: non erat cura Epiſcopis de vocabulo, cum ſenſus eſſet intuto.* Sed diu *Dial. adverſ. Luciferan.*

Digitized by Google

Arianorum scelera non latuere : cœperunt postea Valens, & Ursacius, cæterique nequitiæ eorum socii palmas suas jactitare dicentes se Filium creaturam non negasse, sed similem cæteris creaturis, Nicænæ Fidei damnationem conclamarunt ; ingemuit totus orbis, & se Arianum miratus est ; id est Ariminenses Patres, propalato Arianorum dolo, ac fraude, consubstantialitatis, & substantiæ nomine silentio prætermisso, veluti Nicænæ Fidei violatores videbantur, quapropter se deceptos mirabantur, & quam adeo detestabantur.

Licet noti non sint quinam Lusitaniæ Episcopi Ariminensi Synodo interfuerint, subscripserint ve, cum Conciliorum Collectores subscribentium Episcoporum nomina non referant : conjectandum est Ariminum Concilii causa aliquem accessisse ; nam ex Severo Sulpitio : Imperator Constantius per Illiricum, Italiam, Africam, Gallias, ac per Hispanias, quarum nomine Lusitania quoque continebatur, Antistites per Magistros officiales advocari jussit : & maxime cum ad anteriorem Sardicensem, & alias Synodos eodem sæculo celebratas Lusitani Præsules convenirent. Hæc omnia Constantium habuere Auctorem, nec tantum his in Arianorum favorem studuit ; verum & aliis in reipublicæ bonum. Socrates eum sub vitæ finem ab Euzojo Ariano Episcopo baptisatum tradit. De ipso scribit Nanzianzenus in laudem Athanasii : *Tria esse, aiunt, ob quæ tanquam imperio suo indigna pœnitentia ductus fuerit, primum quod propinquis suis necem intulisset, alterum quod Julianum Apostatam Imperatorem nominasset, postremum, quod novis fidei dogmatibus studuisset, simulque cum his vocibus è vita discessisset* : & Theodoretus ait *Constantius gemens, dolensque, quod à paterna Fide decessisset, excessit è vita.*

*Lib. 2.*

*Lib. 2. Hist. cap. 47.*

*Lib. 3. Hist. Eccles. cap. 2.*

Constantio in Romano Imperio, ac Hispaniarum Regno successit Julianus, quem ipse Constantius sub mortem testamento successorem instituit. Julianus liberalibus artibus, summo ingenio, atque eruditione instructus.

Digitized by Google

optimis exæquandus esset, si ad malum, quod Gregorius Nanzianzenus de eo ominabatur: *quale malum Romanorum terra nutrit* non perveniret: ad summam enim impietatem Julianus delapsus est, ut Christianam Religionem palam desereret, Ethnicamque ita renovaret, ut veteribus superstitionibus novas adjungeret; causa mutatæ in Juliano Religionis assignatur Ethnicis Præceptoribus, quibus post auditos Christianos totum se tradidit, ac etiam juxta Mag. P. Augustinum ejus egregiam indolem decepit amore dominandi sacrilega, & detestanda curiositas, cujus variis deditus oraculis erat. Christianam fidem eo imprudenter negavit, ut Sacrificiis quibusdam, atque invocationibus, & victimarum sanguine Baptismum Christianorum eluserit, atque ex eo tempore haruspicina, & victimis, & ceteris gentilium ritibus tum privatim, tum publice usum. De ipso scripsit Mag. Parens Augustinus *An ipse non est Ecclesiam persecutus, qui Christianos liberales literas docere, ac discere vetuit? Sub quo Valentinianus major; qui post eum tertius Imperator fuit, Fidei Christianæ Confessor extitit, militiaque privatus est. Ut omittam quæ apud Antiochiam facere cœperat, nisi unius fidelissimi, & constantissimi juvenis, qui multis, ut torquerentur, apprehensis, per totum diem primus est tortus, inter ungulas, cruciatusque psalentis libertatem, atque hilaritatem miratus horruisset, & in ceteris deformius erubescere timuisset.*

*Lib. 5. de Civit. Dei cap. 21.*

*Lib. 18. de Civ. Dei cap. 52.*

Magis ad Gentilium ritus Christianos alliciebat, quam impellebat; templa Constantini, & Constantii magnifica liberalitate extructa sacrilegus invasit, polluit, ac diripuit. Templi Jerosolymitani reparandi facultatem præbuit Judæis, sed è fundamentis igne erumpente, ab opere deterriti abstinuerunt. Persico bello suscepto, à quo tamen ignoratur, interfectus occubuit, Theodoretus narrat, quod tunc ferebatur, nimirum illum, vulnere accepto implesse manum sanguine, & hoc in aera projecto dixisse: *Vicisti Galilæe* hoc nomine Christum compellare

*Lib. 3. Hist. Eccles. cap. 20.*

Digitized by Google

solitum : ad id videntur allusisse Antiocheni, quando ejus morte cognita, quem odio maximo prosequebantur, publicis conviviis, ac ludis in gaudia profusi uno ore omnes exclamarunt, ut idem refert Theodoretus : *Vivit Deus, & Christus ejus*, additque Antiochiæ multas capsas in palatio refertas hominum capitibus, multosque puteos cadaveribus humanis repletos esse inventos.

*Lib. 4. Hist. Eccles. cap. 1.*

Interfecto Juliano, ait Theodoretus, Prætores, ducesque convenerunt, ut deliberarent de Imperatore deligendo, quibus deliberantibus exercitus una voce Jovianum, qui nec militum dux, nec Tribunus erat, Imperatorem postulavit ; Duces exercitus consensum Divinum quoddam esse suffragium interpetrati fortissimum virum in medium produxere, in editioremque locum ascendere jusserunt, tunc omnibus illum Augutum appellantibus; hic solita libertate neque Magistratus, neque milites, ut à se averterentur, veritus dixit : *Non possum cum sim Christianus ejusmodi hominibus imperare, neque regere Juliani exercitum, qui tam pestiferæ doctrinæ præceptis imbutus est ; quo audito, milites conclamarunt : ne dubita Imperator, neque nostrum Imperium, ut improbum refuge ; nam & Christianis hominibus imperabis, & disciplina veræ pietatis educatos habebis ; siquidem provectiores ætate sunt à Constantino eruditi, adolescentiores à Constantio. Tempus Imperii Juliani, ut perexiguum ita non satis fuit ad perniciem erroris in animis aliquorum altius infigendam.*

*Lib. 6. Hist. Eccles. cap. 3.*

Confirmatus Jovianus, ait Sozomenus, cum experimento didicisset ira Dei ob Decessoris sui impietatem invectas esse calamitates Imperio Romano, continuo scripsit Rectoribus Provinciarum, ut in Ecclesias convenirent, & Divinum numen studiose colerent, solaque Christianorum Fides, & Religio Romanorum Imperio esset veneranda ; Ecclesiis præterea, & Clericis, viduis item, ac virginibus immunitates restituit, & quidquid antea ad utilitatem, atque honorem Religionis

Digitized by Google

noſtræ à Conſtantino, ejuſque filiis donatum, ſancitumque, & poſtea Juliani temporibus ademptum fuerat. Cum Athanaſio communicavit, ad eum ſcripſit, petiitque, ut Catholicæ fidei regula conſcriberetur; quam Athanaſius, convocatis Epiſcopis, exaravit. & Synodicam Epiſtolam miſit ad Imperatorem, in qua univerſarum totius orbis Eccleſiarum, Hiſpaniæ, Britaniæ, Galliæ, totius Italiæ, Dalmatiæ, Daciæ, Miſiæ, Macedoniæ, Græciæque, & Africæ univerſæ, necnon Sardiniæ, Cypri, Cretæ, Pamphyliæ, Liciæ, Iſauriæ, Ægypti, Libiæ; Ponti, Capadociæ, necnon Orientis, paucis exceptis, in eandem Catholicam fidem conſenſum unanimem commonſtravit, ut refert Theodoretus. Hinc apparet Arianam hæreſim Hiſpanienſes noſtras Eccleſias, & Præſules id temporis non maculaſſe. Brevi Imperatoris piiſſimi beneficentia gaviſa eſt Eccleſia, nam menſe Imperii octavo ad locum Dadaſtan in finibus Galatiæ repentina morte interiit. *Lib. 4. Hiſt. Eccleſ. cap. 2.*

Joviano ſucceſſit Valentinianus, Valentem fratrem ſuum Imperii conſortem habuit; cui Orientem permittens, ſibi Occidentem retinuit, & ſic bifariam ſciſſum eſt Imperium in Orientale, & Occidentale. Valentiniamus Nicænæ fidei fuit profeſſor, & cuſtos eximius; aſt Valens non tantum ipſius fidei deſertor, ſed Catholicis omnibus infenſiſſimus. Id temporis Era 385. Gothi Iſtrum tranſgreſſi adverſus ſemetipſos in Athanarico, & Fridigerno diviſi alternis cædibus ſe vexarunt, Athanaricus Fridigernum vicit, Fridigernus poſtea Valentis ope Athanaricum. Tunc Gothi à Gudilla Epiſcopo ſive Ulphila Chriſtianam legem didicerunt, & qui gentilibus ſacrificiis utebantur, idoliſque vovebant, jam ſuſcepta fide, Eccleſias conſtruebant, Euangeliique diſpenſatores habebant, ſpeciales literas, quas cum Euangelio Gudilla docuerat, ſervarunt, quæ in vetuſtis Hiſpanorum, & Gallorum codicibus adhuc extant, & literæ dicuntur Toletanæ. Sed cum pacem cum Valente feciſſent, Eudoxius Conſtantinopolitanus Epiſcopus Arianus Imperatori ſuggeſſit, ut

Digitized by Google

ei Gothi communicarent, quia communio unius dogmatis firmaret pacem : quod conſilium Valenti placuit, à Gothorumque ducibus exegit, ut in dogmatibus quoque concordes forent. Illi vero paternam deſerere doctrinam recuſarunt : aſt vaferrimus Eudoxius Gudillam, cujus apud Gothos magna, & irrefragabilis erat auctoritas, verbis, pecuniis flectens, effecit, ut Barbari Imperatoris communionem amplecterentur : Arianos Sacerdotes miſit iis prædicaturos. Hæc ex Theodoreto. Id etiam fuit exordium Ariani dogmatis, quod inter Gothos in Hiſpaniis diu fuit obſervatum.

*Lib. 4. Hiſt. Eccleſ. cap. 33.*

Valentinianus Urſicini ſchiſma adverſus Damaſum extinxit, ipſum Urſicinum, & qui ejus partibus adhærebant, urbe ejecit, Damaſumque reſtituit. A cauſis Eccleſiaſticis præſertim Fidei abſtinuit ; & Epiſcopis ipſum hortantibus, ut ſibi de fide rite conſtituenda in unum conveniendi præberet facultatem reſpondit juxta Sozomenum: *Mihi quidem in laicorum ordine conſtituto, fas non eſt hujuſmodi negotia ſcrutari. Sacerdotes vero, quibus id curæ eſt, ſeorſum ubicumque voluerint, conveniant.* Legem miſit ad Damaſum Papam, qua Clericis, & Monachis interdixit, ne viduarum domicilia ingrederentur, & nequid aut donatione, aut teſtamento à piis mulieribus ſuſciperent, & quod eæ adverſus legem reliquiſſent, ac donaſſent, Fiſco addixit; quam legem laudat S. Hieronymus, ſed in Eccleſiaſticorum avaram cupiditatem, quæ illam meruerat, juſte invehitur : alias leges uterque Imperator tulerunt, quarum aliæ Religioni Chriſtianæ parum commodæ fuerant, aliæ utiles, & piæ.

*Lib. 7. cap. 7.*

*Ep. ad Nepotian.*

Gratianus à Valentiniano Patre Imperator eſt renuntiatus ; & Patre extincto, cum Illirici exercitus Valentinianum juniorem Valentiniani ex Juſtina filium Auguſtum dixiſſent, Gratianus natu maior ex Severa nuncupationem ratam habuit, ſed quia novus Auguſtus infantiam vix exceſſerat, Occidentem adminiſtravit. Valente patruo intereunte, cum Gratianus Thraciam fere omnem amiſſam, à Go-

Digitized by Google

Gothis poſſeſſam, barbaros exultantes, & ut Oroſius ait: *Afflictum, ac pene colapſum Reipublicæ ſtatum videret, eadem proviſione, qua quondam legerat Nerva Hiſpanum virum Trajanum, per quem Reſpublica reparata eſt, legit & ipſe Theodoſium Hiſpanum virum, & reſtituendæ Reipublicæ neceſſitate apud Sirmium purpuram induit, Orientique, & Thraciæ præfecit imperio.* Idacius in chronico Theodoſium Hiſpanum Gallæciæ Provinciæ fuiſſe ſcribit; huic potius, quam Vaſæo, & aliis ſtandum exiſtimo, qui ex provincia Bætica civitate Italica oriundum tradidere. *Lib. 7. cap.*

Gratianus ad preces Luſitanorum Epiſcoporum Idacii Emeritenſis, ac Ithacii Oſſonobenſis, decrevit, ut hæretici Priſcillianus, ac ejus ſectatores Inſtancius, & Salvianus templis, urbibus, atque tota provincia Hiſpaniarum expellerentur: quod executioni tradidit Hiſpaniarum Vicarius; id namque temporis Hiſpaniæ jam Procoſulem habere deſierant, per Vicarios regebantur; teſte Sulpitio, & ad Marinianum Hiſpaniarum Vicarium ſub Gratiano Imperatore data eſt lex 14 Cod. Theodoſian. de Accuſationibus. Præclara Gratianus, & ad omnem virtutem indole fuit. S. Ambroſius ejus pietatem laudat cum ad bellum adverſus Gothos profecturus libellum ab eo poſtulavit Catholicæ Fidei: *Petiiſti à me*, inquit, *fidei libellum Imperator profecturus ad prælium, noſti enim fide magis Imperatoris, quam virtute militum, quæri ſolere victoriam.* Theodoretus narrat eum ad imperium admotum ſtatim Epiſcopos Sedibus ſuis dejectos, & exulare juſſos revocaſſe. Maximus Hiſpanus tyrannus ex inſula Britanniæ profectus imperium invaſit, & Gratianum aggreſſus, quo tempore contra Barbaros gerebat prælium, necem ei conſcivit per Andogathium Ducem, qui Gratianum à ſuis deſertum apud Lugdunum interfecit anno 383. *Hiſt. Eccleſ. cap. ultimo.* *In proœmi. lib. 1. de fide.* *Lib. 5.*

Valentinianus, Gratiano fratre cæſo, Illirici partem, & Africam adminiſtrare cœpit. Maximum Gratiani interfectorem non ſolum Britanniæ, Galliis, atque Hiſpaniæ imperare paſſus eſt, ſed etiam fœdus cum eo inivit, in



Digitized by Google

quo fidem tyrannus non præſtitit, ſed fraude adoleſcentem Imperatorem Italia cedere, & Theſſalonicam una cum matre, & ſorore fugere anno 387. coegit, anno tamen in ſequenti provincias, quas Maximus invaſerat, Valentiniano Theodoſius recuperavit; Maximum apud Sciſciam cum exercitu debellavit, quem Aquileam cum ſuis copiis ſeſe conferentem, expugnata urbe, à propriis militibus vinctum in poteſtatem adegit, & ab ejus oculis confeſtim ablatum Romani milites interfecerunt. Andagathius Gratianni parricida à Maximo claſſi præfectus, cognita Maximi cæde, in mare ſe præcipitem miſit. Theodoſio Conſtantinopolim regreſſo, Argobaſtes Comes omnia Imperatoris munia arrogare cœpit, Eunuchos corrupit, qui Valentinianum dormientem noctu adorti Viennæ in Galliis ſuffocaverunt anno 392. Arcadio iterum, & Ruffino Conſulibus. Deceſſit catechumenus, cum Ambroſius jam iter ingreſſus ad eum baptiſandum veniret, ut ex ejuſdem Ambroſii oratione in illius obitu habetur, in qua Sanctiſſimus Præſul ipſius Cæſaris laudes proſequitur.

Theodoſius utriuſque Imperatoris cædem ultus eſt, Aquilejam improviſus adveniens, Sanctis Joanne Euangeliſta, & Philippo Apoſtolo ſub viſibili ſpecie opem ferentibus, ad Fluvium Frigidum prope Aquilejam Eugenium tyrannum, qui Argobaſti comiti amicitia conjunctus Imperium invaſerat, omneſque Occidentis provincias præter Africam retinebat, facile dejecit, & conſerta pugna, Eugenium captum obtruncavit. Argobaſtes vero, qui tantorum malorum auctor extiterat tertio poſt prælium die fugiens, cum nullam ſpem ſalutis ſibi ſupereſſe intelligeret, ſuo ſe gladio transfixit: ex Theodoret. Admirabile fuit Theodoſii demiſſionis Chriſtianæ exemplum, cum obtentatum in Botherici Magiſtri militum pincernam flagitium auriga quidam in cuſtodia teneretur, inſtantibusque ludis Theſſalonicenſis populus pro eo libertatem ab Imperatore precatus non impetraſſet, ſeditionem excitavit, & Bothericum ipſum interfecit. Ea re nuntiata, Im-

*Lib. 5. cap. 24*

Digitized by Google

perator ita ſuccenſus certum numerum eorum, qui obvii fierent, obtruncari præcepit. Septem hominum millia cæſa ait Theodoret. Cum poſtea Imperator Mediolanum ingreſſus orandi cauſa ad Eccleſiam veniſſet, Ambroſius eum ab aditu Eccleſiæ repulit, & à communione removit. Imperator peccatum ſuum publice in Eccleſia confeſſus eſt; & toto illo temporis ſpatio ipſi ad pœnitentiam præſtituto, tanquam in luctu eſſet, imperiali cultu minime uſus eſt, inquit Sozomenus, & Mag. P. Aug. plurimus eſt in laudibus Theodoſii, & de illius religioſa humilitate ſic habet: *Sic egit pœnitentiam, ut imperatoriam celſitudinem pro illo populus orans magis fleret videndo proſtratam, quam peccando timeret iratam*; à D. Hieronymo, & ceteris Patribus piiſſimus, ac religioſiſſimus Imperator laudatur. Filios ſuos Arcadium, & Honorium, in quibus inſtituendis maxima ejus cura fuit, Imperii hæredes reliquit, Arcadium Orienti præfecit, Honorio Occidentem dedit: Mediolani obiit Era 433. anno Chriſti 395, Conſulibus Sexto Anicinio Olybrio, & Sexto Anicio Probino.

*Lib. 5.*

*Lib. 5. de Civit. Dei cap. 26.*

*Ep. 7. ad Lætam.*

## *Hiſpania Civilis à tempore Magni Conſtantini.*

ANno Chriſti 330. juxta Baronium, & Franciſcum Blanchinium, aut anno 332 Conſulibus Pacatiano, & Hilariano juxta Antonium Pagium Conſtantinus Magnus novam Romanæ Reipublicæ formam conſtituit, & veterem invertit. Ex Zozimo cum in Romano Imperio duo eſſent Præfecti Prætorio, qui hoc officium communiter gerebant, Conſtantinus quatuor hujus generis Magiſtratus in quatuor Imperia ordinavit: horum duos Orienti, duos alteros Occidenti præfecit: univerſum Imperium in quatuordecim Dioeceſes diviſum eſt; ex ſeptem, quæ in Oriente continebantur, Dacia ſola, ac Macedonia Præfecto Prætoris Illyrici obtemperabant, ceteræ, Aſiæ ſcilicet, Ponti, Orientis, Ægypti, & Thraciæ Præfecto Prætorio ſuberant, qui Orientis dicebatur. Septem Dioe-

*Hiſt. Eccleſ. cap. 33. lib. 2.*

Digitized by Google

ceſes Occidentis inter duos alios Præfectos partitæ erant, Præfecto Prætorio Italiæ parebant Roma, Italia, Illyricum Occidentale, & Africa; Galliæ vero, Hiſpaniæ, & Britaniæ Præfecto Prætorio Galliarum. Unica quadripartiti Imperii pars, Hiſpania ſcilicet, ad narrationem in præſentia ſpectat.

Hæc in ſeptem provincias ſecabatur, Bæticam, Luſitaniam, Gallæciam, Tarraconenſem, Carthaginenſem, Baleares inſulas, & Mauritaniam Tingitanam; earum Metropoles, & Rectorum Sedes erant Hiſpalis in Bætica, Emerita in Luſitania, Bracara in Gallæcia, Cæſarauguſta in Tarraconenſi, Carthago nova in Carthaginẽſi, Palma in Inſulis Balearibus, Tingis in Mauritania. Præfectus Prætorio Galliarum, qui in Hiſpanias auctoritate ſumma fruebatur, Treviris Sedem fixerat, hinc provinciarum Gubernatores pro libitu confirmabat, ſummum exercebat Imperium tum caſtrenſe, tum civile, more Principum adorabatur, vice ſacra judicabat; & ab ejus ſententia provocari nefas erat: ad ipſum tamen velut Principem omnes Diœceſeon cauſæ appellabantur, niſi Præſides, Conſulares, aut provinciarum Rectores utriuſque partis aſſenſu abſolverent: ex ampliſſima hacce dignitate quidam imperium auſi ſunt adrogare, necnon tyrannidem, ac excidium. Præfecto Prætorio inferiores erant Diœceſeon Vicarii, qui quo inferiores erant illi, eo digniores Præſidibus, Conſularibus, & provinciarum Rectoribus æſtimabantur: hi ſingulas provincias, illi ſingulas Diœceſes regebant, ab ipſo Cæſare collatum munus ſuſcipiebant, & inter ſpectabiles Magiſtratus numerabantur.

Hiſpaniarum Vicarius, qui ſub Præfecto Prætorio Galliarum erat, apud Hiſpalim commorabatur, eique omnes Hiſpaniarum Magiſtratus Conſulares, & Præſides morem gerebant: Propræfectis dicebatur; Propræfectis enim Diœceſes ſibi creditas curabant, ut ex Ammiano Marcelino, & veteri quadam inſcriptione, in qua Symachus vocatur; *Propræfectis Prætorio in Urbe Roma, ſi-*

*Lib. 23.*

Digitized by Google

*nitimiſque provinciis.* Inſtituto Hiſpaniarum Vicario, nec ſtatim eodem anno Comites deſierunt : nam in Codice Juſtinianeo tit. de Ser. fugit. lex data eſt à Magno Conſtantino ad Tyberianũ Comitem Hiſpaniarum anno 332 Coſſ. Pacaciano, & Hilariano, & in Codic. Theodoſiano titulo de Maternis bonis alia extat lex ad Severum Comitem Hiſpaniarum ab eodem Conſtantino Magno anno 334 Coſſ. Optato, & Paulino ſcripta : in eodem Theodoſiano Codice legitur lex alia Conſtantii Imperatoris ſub titulo de Navicullariis ad eundem Severum Hiſpaniarũ Comitem anno 336 Coſſ. Nepotiano, & Facundo. Verum anno 336 Nepotiano, & Facundo ſupradictis Coſſ. Tiberianus Hiſpaniarum Vicariatum ſuſcepiſſe jam legitur, Hiſpalique Sedem fixiſſe : conſtat ex lege 5. Cod. Theodoſ. tit. de Sponſalibus.

Poſt annum 370 Proconſules habere cœperunt Hiſpaniæ, anno quippe 376. Coſſ. Jun. Valente 5, & Valentiniano data eſt lex, quæ eſt 11 Cod. Theod. de Medicis, qua edocemur, unam tantum Galliarum Diœceſim tum ſub Præfecto Prætorio fuiſſe : & ipſius Gratiani, & Valentiniani Junioris anno 382 eodem in Codice tit. de Superindicto extat conſtitutio : *Ad Proconſules, Vicarios, omneſque Rectores.* Cum alias certum ſit in Occidente unum tantum Africæ extitiſſe Proconſulem. Anno 382, teſte Severo Sulpitio Hiſpaniarum Proconſul fuit Volventius, quem Inſtantius, & Priſcillianus à Galliis redeuntes corruperant, ut vires ſuas confirmarent. Anno tamen 383, quo Hiſtoriam ſuam ipſe Sulpitius exequitur, Hiſpaniis reſtitutus eſt Vicarius : *Igitur* ( ait Sulpitius ) *hæretici ſuis artibus, grandi pecunia Macedonio data, obtinent, ut imperiali auctoritate Præfecto erecta cognitio Hiſpaniarum Vicario cederet; nam jam Proconſulem habere deſierant.* *Lib. 2. Hiſt. Sacr.*

Pancirolus, aliique ejus auctoritate firmati Vicariatum parum contenti Præfectum Prætorio Hiſpaniis aſſeruerunt, errore adducti ex inſcriptione legis 15. Codicis Theodoſiani de Paganis, quæ ibi ſic legitur : *Macrobio PP. Hiſ-*

Digitized by Google

*paniarum*, interpretantes has notas *PP. Præfecto Prætorio Hispaniarum.* Aſt cum Gothofredo Romani Imperii dignitatum ſcientiſſimo ſic explicandæ ſunt. *Propræfecto Hiſpaniarum.* Etiam Claudianus locupletiſſime teſtatur hoc ipſo conſulatu, ſeu anno 399, quo lex ad Macrobium data eſt, Manlinum Theodorum Præfectum Prætorium Galliarum Hiſpaniis imperaſſe.

*Tom. 6. cod. Thod. l. 15. de Pagan.*

---- *Hiſpana tibi, Germanaque Thetis,*
*Paruit, & noſtro deducta Britania mundo,*
*Diverſoque tuas coluerunt gugite voces,*
*Lentus Arar, Rhodanuſque celer, & dives Iberus.*

## CAP. VI.

### *De Luſitaniæ Martyribus, & aliis viris ſanctitate inſignibus.*

### §. I.
### *De Martyribus.*

ANno Chriſti 302. Era Hiſpanica 340. Dacianus univerſæ Hiſpaniæ Præſes, ſedulus fuit Miniſter perſecutionis, quam Diocletianus, & Maximianus Herculius excitarunt. Plurimos cœlo peperit noſtra Luſitania, eo ſæviente Miniſtro. Sub eodem glorioſum certamen pro Chriſto certavit Vincentius Diaconus Cæſarauguſtanæ Eccleſiæ, & patria Oſcenſis, quem Mag. P. Auguſtinus ubique vincentem laudat, vincentem in verbis, in pœnis, in confeſſione, in tribulatione, exuſtum ignibus, ſubmerſum fluctibus, vincentem tortum, vincentem mortuum. Licet nec patria Luſitanus eſſet, nec in Luſitania martyrii triumphum mereretur, noſtris hic merito adnumerandus eſt, cujus corpus, quidquid male fundati Provinciæ Aquitaniæ Galli ad comminiſcenda proba gens artifex, comminiſcantur jactantes illuc ad Caſtrenſe oppidum ſuiſſe translatum, à Luſitanis Olyſipone in ſummo templo reli-

*Serm. 274.*

Digitized by Google

gioſiſſime colitur à tempore Venerabilis Regis Alphonſi Henrici, qui ex promontorio ſacro, quod in Algarbii finibus mari prominet, illud Olyſiponem deportavit: cujus translationis hiſtoriam in vita venerabilis Regis Alphonſi Henrici deſcripſit Duartus Galvanus vir nobilis, & omnigenæ eruditionis, cujus codex manuſcriptus à Sereniſſimo Luſitaniæ Rege D. Emmanuele in Monaſterii S. Crucis Bibliothecam miſſus eſt, ibique inter cæteros venerandæ antiquitatis codices aſſervatur: & multo ante Galvanum latine ſcripſit Ferdinandus Peres primus in Olyſipone Mauris jam adempta ab Venerabili Rege Alphonſo Henrico Juſtitiæ regens deſignatus, & ejuſdem Regis conſiliarius in chronico de inſtitutione Monaſterii S. Vincentii Olyſiponenſis, aitque Regem Alphonſum Olyſipone Monaſterium Canonicorum Regularium in honorem S. vincentii erexiſſe, nam S. Martyris corpus, quod in ſacro promontorio abſconditum fuiſſe jam audierat, ad novam civitatem transferre jam conabatur, ut ejuſdem civitatis accola, & regiæ domus protector foret. Ferdinandi chronicon luſitano idiomate imprimi fecit D. Joannes III. in Monaſterio S. Crucis anno 1538. ibique cuſtoditur.

Sub Daciano Cæſarauguſtæ S. Encratis Virgo Luſitana filia Dynaſtæ, ſeu Principis, qui rerum in Luſitania potiebatur, laniato corpore, mamilla abſciſa, & jecore avulſo, adhuc ſuperſtes in carcere incluſa eſt, donec ulceratum corpus putreſceret: ibidem decem & octo Luſitani viri Optatus, Publius, Lupercus, Fronto, Succeſſus, Felix, Martialis, Cæcilianus, Urbanus, Eventius, Julius, Primitivus, Quintilianus, Apodemius, & quatuor Saturnini ſimul pœnis affecti, & interempti ſunt, Encratidis, & Luſitanorum equitum martyrium verſibus laudavit Prudentius, de ipſis agit Martyrologium Romanum ad diem 16. Aprilis, & Breviarium Ebornenſe à Reſendio recognitum, necnon Vaſæus Belga in Hiſpaniæ chronico, ac cæteri, qui Luſitaniæ ſanctorum faſtos conſcripſerunt.

Sub eodem Præſide Abulæ, vulgo *Avila*, S. Vincen-

Digitized by Google

tius cum ſororibus Sabina, & Chriſtetide; cives erant Eborenſes in Portugalia; eorum paſſionem deſcribit Breviarium Eborenſe; & Reſendius in Epiſtola ad Bartholomeum Kebedium data anno 1567. eorum cõmemorationem ait ſe inveniſſe in lectionario Eborẽſis Eccleſiæ ſcripto ante annos tercentos & viginti: *Dacianus* .... inquit, *Elboram profectus conſcendit in aulam, officiumque præmonuit, ut indagine præmiſſa Chriſtianos quoſque inveniſſent, tribunali ſuo præſentarent. Statimque repertum adoleſcentem nomine Vincentium, Satellites Præſidi ſtitiſſe. Quin diutius interrogatus, cum à Chriſti confeſſione amoveri non poſſet, juſſus eſt duci, ut ſacrificaret Jovi, lapidemque ante aram ſimulacri emollitum, ut cretam figularem, pedis veſtigium expreſſit, qui uſque ad eam diem perſeveraret. Ex quo prodigio, cum ortus eſſet tumultus, domum fuit reductus, datis in triduum induciis, cuſtodia remiſſiore, neque prohibitus conveniri. Eo triduo, Vincentius multarum lucrum fecit animarum. Tandem germanarum fletibus devictus, cum illis noctu fugam adripuit, & alacri profectu, cornipedum evectione Abulam contendit. Fuga cognita cujuſdam ſacrilegi indicio, ſunt immiſſi, qui fugientes perſequerentur. Qui eos Abulæ comprehenſos, tormentis affectos variis, illiſo tandem faſtibus ſuper lapides cerebro, Martires effecerint.* Inter viros Luſitanos, ac Toletanos præcipuæ eruditionis opinione diſceptata eſt quæſtio, an Elbora, unde Vincentius cum ſororibus erat oriundus eſſet in Luſitania, quæ hodie Ebora dicitur, an in Carpetanis Toleto vicina, quæ nunc Talavera ſolet vulgo appellari: Luſitani potiori jure Vincentium ſuum Gentilem, ac Eborenſem fuiſſe contendunt; iis maior nominum antiqui, recentiſque ſimilitudine favente, ducta per manus opinione, ac vetuſtatis monumentis, quæ omnia inter ſuos vindicandos Martyres Kebedio objecit Reſendius Eborenſis. Columbæ etiam Gentilis ſuæ martyrio hoc ſæculo gloriatur Ebora ex Martyrologio manuſcripto apud Herrera.

Olyſi-

Digitized by Google

Olyſiponem cum Dacianus perveniret, S. Veriſſimus cum ſororibus ſuis Maxima, & Julia pro Chriſti fide truncati ſunt, & in mare precipitati poſtea apparuerunt; plurimis miraculis Olyſiponem patriam illuſtrarunt, eoſque ipſa adeo veneratione proſecuta eſt, ut in loco, quo apparuerant, Monaſterium, quod vulgo *ad Sanctos* dicitur, ſit ædificatum, Monialium ordinis militiæ S. Jacobi: de ipſis agit Martyrologium Romanum ad diem primum Octobris, & Breviarium Olyſiponenſe.

Inter ceteras Luſitaniæ urbes, quæ Martyrum ſanguine purpurata eſt, emicat Emerita Luſitaniæ Metropolis. Calpurnianus Daciani legatus Emeritæ in Eulaliam Virginem nobilem duodecim annorum, & Juliam comitem ſæviit, ad martyriumque adegit: Eulaliæ paſſionem eleganti carmine cecinit Prudentius, quod incipit.

*Germine Nobilis Eulalia*
*Mortis, at indole nobilior*
*Emeritam ſacra Virgo ſuam*
*Cujus ab ubere progenita eſt*
*Oſſibus ornat, amore colit.*

Non Calpurnianum, ſed Dacianum univerſæ Hiſpaniæ Præſidem Emeritæ commorantem Eulaliam feciſſe Martyrem dicunt plurimi, quod Calpurnianus Daciani legatus ex ſuo legati officio, neque animadvertendi, neque coercendi, vel atrociter verberandi jus haberet juxta Juriſconſultum Venulejum Saturninum, ſed majores animadverſiones, & ſententias in reos ferendas ad Pro-Conſules tranſmittere deberet, quod etiam ab Imperatore Conſtantio juſſum fuerat. Id fateor me non latere, ſed vetuſta Eulaliæ acta, quæ ob oculos ſe habuiſſe teſtatur ſupra citatus Reſendius, & lectionarium Eccleſiæ Ovetenſis, cujus eſt Patrona, & ubi ejus corpus maxima veneratione nunc colitur. Sub Calpurniano, & non Daciano paſſam Eulaliam tradunt; Juriſconſulti quoque Paulus, & Pomponius ſcribunt legatis à Proconſulibus ſuam demandari juriſdictionem.

*Leg. 11. ff. de officio Proconſ. & Legati.*

*Leg. unica cod. de offic. Proconſ. & Leg.*

*Legib. 12. & 13. de officio Proconſ.*



Digitized by Google

Emerita quoque ſub Daciano triumphi fuit ſtadium Martyri ac Virgini Lucretiæ, & Victori viro militari, qui cum duobus Stercacio, & Antinogene per diverſa ſupplicia martyrium conſumarunt; Lucretiæ, & Victoris cum fratribus memoriam colit Martyrologium Romanum; de illa ad 23. Novembris, de iſtis ad 24. Julii: Hiſpani quidam apud Morales, & Vaſæum in Hiſpaniæ chronico Fidem, & Sabinam ſorores Emeritenſes Virgines immani Diocletiani perſecutione martyrii coronam meruiſſe ferunt, de quibus loquitur vetuſtus Epigrãmatarius in codice miſcellaneorum manuſcripto ultra quingentos ab hinc annos metri non exactioris.

*Lib. 10. Hiſtor. Hiſp. ap. 29.*

*Emerita ò felix urbs ſemper prodiga Divis,*
*Quæ paſſim cælos, Martyribuſque reples*
*Pluribus Eulaliæ ditaris agone triumphis,*
*Pluribus, & Juliæ nobilitata manes.*
*Macra, Fideſque tuos, Sabinaque Martyres almæ*
*Agnoſcunt, longe de licet, ultro lares.*

Apud eandem urbem paſſi ſunt Donatus, Hermogenes, & viginti duo ſocii ex Martyrologio Hiſpano, Felino, & Ferrari.

Bracara Auguſta nec minus clara, ac celebris fuit, quam Emerita: ibi Diocletiani, ac Maximiani perſecutione exagitata, Victor, Silveſter, Cucufas, Suzana, ac Torquatus, aliique, quorum memoria temporis diuturnitate, ac Scriptorum penuria extincta eſt apud homines: neque enim dubitandum eſt, cum Bracara fuerit celeberrimus Conventus populi Romani, Ethnicique religionem Chriſtianam ibi pullulantem perſequerentur, quin plurimorum Martyrum ſanguine rigata ſit, quorum nomina licet in vitæ libro ſcripta ſint, adhuc ſub obſcura fama reconduntur. S. Victorem Bracarenſem memorat Romanum Martyrologium ad diem duodecimum Aprilis, qui cum adhuc eſſet Catechumenus, & idolum adorare noluiſſet, ac Chriſtum JESUM magna conſtantia confeſſus fuiſſet, poſt multa tormenta capite abſciſo meruit proprio ſanguine baptiſa-

Digitized by Google

ri: ei tamen prædictos ſocios Silveſtrem, Cucufatum, Suzanam, & Torquatum non adjungit; aſt Vaſæus in ſuo chronico, Garibajus quoque, aliique omnes ſimul eadem perſecutione Bracaræ pro Chriſti fide occiſos enarrant. *Tom. 1. Cōpend. Hiſtor. Hiſp. lib. 7. cap. 44.*

## §. II.
## *De S. Damaſo.*

INter ſanctitate illuſtriores, qui ſæculo quarto floruere, Damaſus extitit Romanus Pontifex; fuiſſe Hiſpanum omnes conſentiunt; quod tamen Hiſpaniæ ſolum ei eſſet natale, Hiſpanienſes mutua contentione decertant. Matamorus in Narratione Apologetica de Doct. viris Hiſpaniæ Damaſum Matritenſem appellat: Onuphrius Veronenſis in libro de Romanis Pontificibus penitus Luſitanum, ac Igæditanum facit: *Sanctus*, ait, *Damaſus, Antonii filius, Egitanenſis Luſitanus Hiſpanus.* Onuphrio totus adhæret Regiæ Academiæ Socius Emmanuel Pereira da Silva Leal de rebus Egitanienſis Eccleſiæ. Reſendius vero Eborenſis Eccleſiæ vetuſtum Codicem ſequutus ex Vimaranenſi Urbe in Interamnenſi provincia oriundum refert, id quoque cantat Bracarenſis Eccleſia; tenentque fere omnes Luſitani. Marianna inquit Damaſi patriam Vimaranenſem quondam Egitam fuiſſe appellatam, quod non leve eſſet, ut Onuphrii, & Reſendii opinamenta conciliarentur; ſed ex veteri Luſitaniæ geographia apud Ptolemæum Situs Tarraconenſis, erroris convincitur. Vimaranes tribus leucis à Bracara Auguſta olim *Arauduca* nominabatur in provincia Tarraconenſi inter duos fluvios Vizellam, & Avum, Egita, ſive Egitania hodie *Idanha* in provincia proprie Luſitana ſita eſt, & à fluvio Ponſul rigatur. *P. 1. t. 3. cap. 4. Lib. 4. de reb. Hiſp. cap. 19. Lib. 2. cap. 5. ſitus Tarraconenſis.*

Damaſus Luſitania Romam profectus literis floruit. Liberius Pontifex eum in clerum recepit, & Vicaria donavit præfectura; idque teſtantur acta Liberii, quanvis in aliis depravata juxta Baronium: *Nolite timere, inquit* *Tom. 4. in vita Damaſ. ad ſæcul. 4.*

Digitized by Google

*Liberius, quoniam ego vobiſcum non habito in Civitate Romana, ſed habetis Vicarium fratrem, & presbyterum Damaſum*, quæ etiam convincunt ſatis Damaſum, non ex Diacono, ut putarunt alii, ſed ex Presbytero ad ſummi Pontificatus honorem fuiſſe evectum. Mag. P. Auguſtinus ad Generoſum ordinem Romanorum Epiſcoporum numerans Damaſum Liberio ſucceſſiſſe ait, prætermiſſo Felice, qui poſt Liberii exilium Conſtantii auctoritate in Romana Sede fuerat ordinatus. Igitur Liberio Damaſus ſucceſſit, cujus ordinatio Urſicini Diaconi Romani ſchiſmate turbata eſt. Schiſmati extinguendo occurrerunt Catholici Imperatores, Baſilica à Schiſmaticis occupata Damaſo reſtitui juſſa eſt; Urſicinus Valentiniani edicto in Gallias relegatur; ab exilio tamen poſtea revocatur ea conditione, ut nec Romam, nec ſuburbicarias regiones ingrederetur. Poſt Valentiniani obitum Urſicinus iterum Romanam Sedem arripere conatur, qua propter Catholici Epiſcopi à Synodo Romana Gratiano, & Valentiniano Imperatoribus ſupplicarunt, ut Urſicini, & ejus fautorum inſolentiam frænaret, quibus Epiſcoporum votis annuit Gratianus, & per Aquilinum urbis Vicarium Eccleſiæ paci proſpexit. Pagi in Breviario Romanorum Pontificum de Damaſo Papa ſcripſit quatuor Synodos Romæ convocaſſe, primam adverſus Urſicinum Antipapam, Valentem, & Urſacium: ſecundam adverſus Auxentium Arianum in Mediolanenſem Sedem inſtruſum; tertiam adverſus Apollinariſtas; quartam adverſus varios hæreticos, & Urſicini ſectatores.

*Ep. 53. novæ edition.*

Damaſo Pontifice, Magnus Theodoſius Epiſcopos Orientis (erant autem centum, & quinquaginta juxta Theodoretum) Conſtantinopolim juſſit convenire, quo & Nicæna fides confirmaretur, Conſtantinopoli ordinaretur Epiſcopus, & fides circa Divinitatem Spiritus Sancti à Macedonio impugnatam ſtabiliretur: hæc ex Socrate. Hoc Concilium, quod vi ſuæ convocationis Orientis, tantum erat generale, factum eſt

*Lib. 5. Hiſtor. Eccleſ. cap. 7.*

*Lib. 5. Hiſtor. Eccleſ. cap. 8.*

Digitized by Google

Œcumenicum, cum Damasus consensit, & consensu hanc tribuit dignitatem.

Damaso consuetudine conjunctus fuit D. Hieronymus, in juventute illi fuit ab Epistolis; & Damasi jussu novum testamentum, aut Euangelia saltem emendavit, ut constat ex illius præfatione in 4. Euangelistas ad Damasum: *Novum opus me facere cogis ex veteri: ut post exemplaria Scripturarum toto orbe dispersa, quasi quidam arbiter sedeam; & quia inter se variant, quæ sint illa, quæ cum græca consentiant veritate, decernam.*

In Pontificali Romano narratur Martyrum corpora requisivisse Damasum, quorum, inquit, *Concilia versibus decoravit.* Baronius ait Concilia Martyrum dicta esse apud Veteres cæmeteria, ubi Martyres sepeliebantur; quæ etiam memoriæ dicebantur, ut in Martyrologio Romano. De ipso Damaso traditur: *Multa Sanctorum Martyrum corpora invenit, eorumque memorias versibus exornavit.* De illius versibus testem habemus D. Hieronymum: *Damasus Romanæ Urbis Episcopus elegans in versibus componendis ingenium habuit, multaque, & brevia opuscula heroico metro edidit.* Baronius in annalibus collegit omnes quot reperiri potuerunt: & leguntur in tom. 27. Bibliothecæ Vererum Patrum editionis Lugdunensis, quos animadversionibus illustravit Martius Milesius Juris-Consultus Romanus.

*Ad diem 23. Junii.*

*Ad diem 11. Decemb.*

*Lib. de Scriptor. Eccles.*

Liber Pontificalis inquit: *Damasus constituit, ut psalmos diu, noctuque canerent per Ecclesias, qui hoc præcepit presbyteris, & Episcopis, vel monasteriis.* Verum Cardinalis Bona, Martene de antiquæ Ecclesiæ disciplina in Divinis Officiis, & Thomasinus Horarum Canonicarum institutionem ab Apostolis repetunt, testimonia adferentes Sanctorum Patrum ab ortu Ecclesiæ, & deinceps temporum ratione servata. Epistolæ quamplurimæ ejus nomine apud Auctores inveniuntur, tres ad Hieronymum, ad Afros, de Chorepiscopis ad Episcopos Italiæ, ad Aurelium, ad Paulinum Antiochenum, ad Episcopos Illirici,

*De divin. Psalm. cap. 1. P. 1. lib. 2. Ep. 73. & sequentibus.*

Digitized by Google

& ad Episcopos Orientis, quarum tantum tres ad Paulinum scilicet Antiochenum, ad Episcopos Illyrici, & ad Episcopos Orientis auctographæ ipsi adjudicantur, necnon illæ, quas Hieronymus memorat: ceteris inter spurias computatis. Anno 384. Consulibus Ricomero, & Clearco, obiit Damasus; & sibi edidit epitaphium.

## §. III.

## *De S. Irena.*

IN temporis floruit S. Irena Lusitana ejusdem Damasi soror, quæ inter Romani monasterii claustra virginitatem coluit, mundique illecebras abhorruit. Damasus sororis sepulchro epitaphium conscripsit, quod diu latuit, & à Baronii Cardinalis temporibus in lucem emersit, ut ipse testatur, in quo Virginis merita, ac virtutes describuntur.

*Ad an. 384. n. 21.*

*Hoc tumulo sacrata Deo, nunc membra quiescunt,*
*Hic soror est Damasi, nomen si quæris, Irene,*
*Voverat hæc sese Christo, cum vita maneret,*
*Virginis ut meritum Sanctus pudor ipse probaret*
*Bis denas hyemes nec dum compleverat ætas,*
*Egregios mores vitæ præcesserat ætas,*
*Propositum mentis, pietas veneranda puellæ*
*Magnificos fructus dederat melioribus annis,*
*Te germana soror, nostri nunc testis amoris*
*Cum fugeret mundum, dederat mihi pignus honestum,*
*Cum sibi, cum raperet melior tunc regia cœli,*
*Non timui mortem, cœlos quod libera adiret,*
*Sed dolui fateor, consortia perdere vitæ,*
*Nunc veniente Deo, nostri reminiscere Virgo,*
*Ut tua per Dominum præstet mihi facula lumen.*

*Tom. 3. pag 655.*

## §. IV.

## *De Olympio.*

*Cat al. Olysipon. Antist. Lib. 1. contra Julian. cap. 3.*

SÆculo quarto jam exeunte floruit Olympius, quem Cardoso Olysiponensem existimat, nullius tamen auctoritate enixus, quam Pseudo-Juliani: eandem tenet sententiam Rodericus da Cunha. Mag. P. Aug. Olympium

Digitized by Google

Hiſpanum fuiſſe ſcribit; Luſitani quidem Antiſtites olim apud Patres, & in Conciliis Hiſpani nominabantur: ejus auctoritatem, & gloriam in Eccleſia laudant Mag. P. Aug. Athanaſius, Nanzianzenus, Sozomenus, utpote qui Orientē permeans in tot Conciliis fidem prædicavit, & ſtabilivit.

## CAP. VII.

### *De hæreſibus per Luſitaniam.*

SÆculo quarto poſt medium Priſcillianus patriæ Gallæcus Epiſcopus Abulæ, quæ olim ex Lucenci Concilio Emeritenſi Eccleſiæ in Luſitania ſubjiciebatur, errores ſuos venenato ore diſperſit eo ſucceſſu, ut per univerſam Hiſpaniam graſſaretur: ab Idacio tamen Emeritenſi Epiſcopo, & Ithacio Oſſonobenſi in Algarbio ad Maximum imperii Romani invaſorem delatus, ac in duplici audientia convictus capitis tandem ſupplicium paſſus eſt, teſte Severo Sulpicio. Priſcillianiſtarum errores ſic deſcribit Mag. P. Auguſtinus: *Priſcillianiſtæ, quos in Hiſpania Priſcillianus inſtituit, maximè Gnoſticorum, & Manichæorum dogmata permixta ſectantur. Quanvis, & ex aliis hæreſibus in eos ſordes, tanquam in ſentinam quandam horribili confuſione confluxerint. Propter occultandas autem contaminationes, & turpitudines ſuas habent in ſuis dogmatibus, & hæc verba: Jura, perjura, ſecretum prodere noli. Hi animas dicunt ejuſdem naturæ, atque ſubſtantiæ, cujus eſt Deus, ad agonem quendam ſpontaneum in terris exercendum, per ſeptem cœlos, & per quoſdam gradatim deſcendere principatus, & in malignum principem incurrere, à quo iſtum mundum factum volunt, atque ab hoc principe per diverſa carnis corpora ſeminari. Adſtruunt etiam fatalibus ſtelis homines colligatos, ipſumque corpus noſtrum ſecundum duodecim ſigna cæli eſſe compoſitum, ſunt hi, qui Mathematici vulgo appellantur, conſtituentes in capite Arietem, Taurum in cervice, Geminos in humeris, Cancrum in pectore, & cætera nominatim ſigna percurrentes, ad plantas uſque perveni-*

*Lib. 2. Hiſt. Sacr.*

*Lib. de hæreſ. hæreſi 7.*

Digitized by Google

*unt, quas piſcibus tribuunt, quod ultimum ſignum ab Aſtrologis nuncupatur. Hæc, & alia fabuloſa, vana, ſacrilega, quæ perſequi longum eſt, hæreſis iſta comexit. Carnes tanquam immundas eſca etiam ipſa devitat: conjuges, quibus hoc malum potuerit perſuadere, disjungens, & viros à nolentibus viris. Opificium quippe omnis carnis non Deo bono, & vero, ſed malignis Angelis tribuunt: hoc verſutiores etiam Manichæis, quod nihil ſcripturarum Canonicarum repudiant, ſimul cum apocryphis legentes omnia, & in auctoritatem ſumentes, ſed in ſuos ſenſus allegoriſando vertentes quidquid in ſanctis libris eſt, quod eorum evertat errorem. De Chriſto Sabellianam ſectam tenent eundem ipſum eſſe dicentes, non ſolum Filium, ſed etiam Patrem, & Spiritum Sanctum.* Hactenus Mag. P. Auguſtinus. Priſcilliano occiſo, ait Severus Sulpitius, non ſolum non repreſſa eſt hæreſis, quæ illo auctore proruperat, ſed confirmata latius propagata eſt. Namque ſectatores ejus, qui eum prius ut ſanctum honoraverant, poſtea ut Martyrem colere cæperunt. Peremptorum corpora ad Hiſpanias relata, magniſque obſequiis celebrata ſunt eorum funera: quin & jurare per Priſcillianum ſumma religio putabatur. Quapropter in Luſitania, & ultra per univerſam Hiſpaniam plura convocata fuere concilia hujuſmodi peſtẽ penitus extinctura, de quibus in ſæculo quinto.

*Lib. 2. Hiſt. Sacr.*

Priſcilliano ſocii, & in erroribus, & in morte, teſte Hieronymo, fuere Latronianus vir quidem ex eodem Doctore Maximo, eruditus, & in metrico opere veteribus comparandus, Feliciſſimus, Julianus, & Euchrotius. Tiberianus Bæticus, ſeu juxta quoſdam Luſitanus ex ea Luſitaniæ parte, quæ intra Bæticæ limites ex Strabone continebatur, cum Priſcilliani hæreſeos accuſaretur Apologeticum tumenti, compoſitoque ſermone ſcripſit; poſtea poſt ſuorum cædem exilii tædio victus mutavit propoſitum, filiam devotam Chriſto Virginem matrimonio copulavit. Perſarum, Medorum, ac Indiorum tenuit conſuetudinem, qui nec filiabus parcebant libidini ſuæ indulgentes.

*Catal. ſcr pt. Eccleſiaſt.*

hiſto-

Digitized by Google

# HISTORIA ECCLESIÆ LUSITANÆ SÆCULI V.

## CAP. I.
### *De Episcopis Lusitaniæ.*

### §. I.
### *De Episcopis Bracarensibus.*

EXeunte sæculo quarto Bracarensis Ecclesiæ Episcopus ordinatus fuit Paternus, Priscilliani sectam amplexus fuerat; & ex ipsius confessione apud Patres Concilii Toletani primi anno 400. factus jam Episcopus ab ea se liberavit lectione librorum S. Ambrosii, quibus vacaverat. Paternum pro catholicæ fidei veritate, & publicatæ hæresis errore libenter suscepere Toletani Patres, & Ecclesiam, in qua fuerat Episcopus constitutus, tenere permiserunt in suam communionem etiam recepturi post Apostolicæ Sedis rescriptum; hæc constant ex Exemplari definitivæ sententiæ translatæ de gestis Toletani Concilii primi apud Labeum. Ex ipsis Concilii actis convincitur Illustrissimus D. Rodericus da Cunha, quod in Toletano Concilio Paternum depositum existimaverit, *P. 1. Hist. Eccles. Bracar. cap. 53.*



Digitized by Google

& in ejus locum Profuturum ſuffecerit, quem Profuturum putat ipſe Rodericus eum fuiſſe, ad quem Mag. P. Auguſtinus anno 397. Epiſtolam ſcripſit, quæ eſt numero 38. alias 149. Convincitur quidem ille, nam Profuturus iſte videtur eſſe, qui in lib. de unico baptiſmo contr. Petilian. cap. 16. laudatur Cirtenſis Epiſcopus in Numidia, cujus etiam meminit Paulinus.

*In Ep. 32.*

Paterno ſuccceſſit Pancratius, qui præfuit Concilio Bracarenſi 1. an. 411, aut 412; quod primo in lucem prodidit Fr. Bernardus de Brito Ciſtercienſis Monachus in Monarchia Luſitana, cujus veritatem, ac auctographiam poſtea ad examen rovocabo. Pancratius ſucceſſorem habuit Balconium; ad quem Epiſcopi Tarraconenſes, & Carthaginenſes, Luſitani, & Bætici S. Leonis Papæ juſſu adverſus Priſcillianam hæreſim congregati regulam fidei conſcripſerunt; cujus meminit Concilium Bracarenſe ſecundum, & juxta alios primum anno Chriſti 563: veluti eo tempore Metropolitani jure, ac etiam Primatis cunctis illo tractu Eccleſiis imperaret. Huic Avitus Presbyter Hiſpanus Epiſtolam græcam Luciani de inventione corporis Protomartyris S. Stephani à ſe latine verſam dicavit; & ſimul ad univerſum clerum, & plebem Bracarenſem miſit. Balconium cognominem eundem fuiſſe Ceponium, ad quem Turibius Aſturicenſis Epiſcopus litteras dedit, ſimulque ad Idacium de non recipiendis apocryphis ſcripturis, quibus credebant Priſcillianiſtæ; de quo etiam loquitur Leo Magnus facile eſt opinandum, conjectandumque ex Auctoribus Aguirre Cardinali, Natali Alexandro, & aliis paſſim, qui Ceponium Bracarenſem Antiſtitem referunt eo tempore, quo Balconius Bracaræ ſedem moderabatur: duo enim eandem Eccleſiam ſimul regere non poterant juxta Nicænum Canonem, quem M. P. Auguſtinus refert, aut fortaſſe Exſcriptorum vitio in Epiſt. Mag. Leonis. Balconius in Ceponium mutatus eſt. Balconii ſucceſſorem ait Rodericus da Cunha extitiſſe Valerium, Valerii Idacium, Idaciique Caſtinum, nec alia aucto-

*Tom. 2. lib. 6. cap. 2.*

*Ep. ad Turib. an. 447. Tom. 2. innot. Ep. S. Turib. In hiſtor. ſeculi 4. c. 3. art. 17. de Priſc. In Ep. 213.*

Digitized by Google

ritate fultus, quam Pſeudo-Juliani. Paternum, Pancratium, & Balconium certæ notitiæ invenio.

## §. II.

### *De Epiſcopis Emeritenſibus.*

ANno quadringenteſimo, quo tempore Romæ ſedebat Anaſtaſius I. Emeritenſis Eccleſiæ Luſitaniæ Metropolis gerebat Paſtorem Patruinus, qui Toletano I. Concilio præfuit; non defuere quorum alii Patruinum Toletanum Antiſtitem, alii cum Reſendio Tarraconenſem, & alii Bracarenſem exiſtimarunt, quos tamen decipi certo judicandum eſt. Innocentius I. in Epiſtola ad Epiſcopos in Toletana Synodo conſtitutos, vel ut alii codices habent in *Toloſana Synodo*, Exſcriptorum errore conſcripti, cap. 5. Patruinum Emeritenſis Eccleſiæ Epiſcopum refert, & in ejus locum Gregorium fuiſſe ordinatum, cujus querelam, ſiqua eſſet, apud Patres audiri juſſit. Poſt Gregorium Gelaſium rexiſſe traditur, qui in ſupradicto Bracarenſi primo Concilio poſt Pancratium Bracarenſem Epiſcopum ſubſcripſit: inde inter Luſitaniæ antiquitatis monumenta ſæculo quinto alius non invenitur niſi Antoninus, qui anno 448. Paſcentium hæreticum urbis Romæ Manichæum de Aſturia ad Emeritam fugientem, ejus cauſa prius cognita, ſuo territorio expulit damnatum, teſte Idacio in chronico, qui etiam refert; cum in Aſturienſi urbe Gallæciæ latentes Manichæi geſtis Epiſcopalibus detegerentur, ea ab ipſomet Idacio, & Turibio, qui eos audierant, ad Antoninum Emeritenſem Epiſcopum directa ſunt, ut à ſua Diœceſi, ſiquos inveniret, expelli curaret.

*In Ep. ad Keb.*

*In Ep. ad Epiſcop. Synod. conſtitut.*

## §. III.

### *De Epiſcopis Colimbrienſibus, Portugalenſibus, ac Eminienſibus.*

COlimbria ex Luſitaniæ primoribus civitatibus ſic dicta, veluti imbrium collis, quod imminenti loco ſita conſpicitur, pluviiſque irrigua ſit Mundam ad radices

Digitized by Google

decurrentem eo augmentantibus, à quinto ineunte sæculo Episcopum habuisse fertur Elipandum. Hic primum in oppido, quod ævo nostro *Condeixam veterem* appellamus, sedem habuit: ea tamen ab Atace Rege, ut alibi dicetur, solo æquata, & huc, ubi nunc est, cum populo translata, Episcopalem etiam cathedram adduxit. In constructione murorum novæ civitatis Atacis jussu Elipandus Episcopus, & multi alii Presbyteri laborabant servientes in operibus, barbarorum persecutionibus, assiduisque incommodis vexabantur. Piissimi Præsulis Elipandi nomen legitur in Concilio primo Bracarensi, cui ipse interfuit, & in Epistolis Arisberti Episcopi Portucalensis ad Samerium Archidiaconum Bracarensem quæ infra describentur; nec ullus alius Colimbriensis Præsul usque ad sæculum sextum reperitur.

Eodem tempore, quo Elipandus Colimbriensem occupabat sedem, Arisbertus Portucalensem moderabatur, cum Elipando Bracarensi primo Concilio adfuit, eum in Episcoporum Portucalensium Catalogo adfert Rodericus da Cunha, ipsius Epistolas ad Samerium Archidiaconum Bracarensem, & Pamerium Egitaniensem Episcopum ex Codice manuscripto perantiquo Bibliothecæ Alcobaciensis transcripsit Fr. Bernardus de Brito Cisterciensis Monachus, in iis Lusitaniæ excidium, Christianorum sub barbaro Rege vastatio ab oculato teste ita producitur. *Doleo super te, frater mi, doleo super Episcopum, & caput nostrum Pancratium, doleo super exulationem vestram, videat Deus miseriam nostram oculis misericordiæ suæ, Colimbria capta est, servos Dei occidit inimicus in ore gladii, Elipandus ducitur captivus: Olyssipo libertatem suam auro redemit, Egitaniam obsident, omnia plena sunt laboribus, singultibus, & anxietatibus, sed quia tu vidisti quomodo actum est in Gallæcia à Suevis, inde colliges qualiter Alani agant in Lusitania. Mitto ad te Decreta de Fide, quæ petis, deduxi enim illa mecum scripta manu mea. Ego quotidie spero super me similem*

*In Manarch. Lusitan. p 2. lib. 5. cap. 2.*

*Epist. 1. ad Samer.*

Digitized by Google

*plagam : ſed de omnibus ad te ſcribam, ſic vero de loco ubi latitas : reſpiciat nos Deus.*

Epiſt. B. Arisberti ad eundem Samerium : *Per miſericordiam Dei evaſimus manus impiorum, & tranſeuntes Colimbriam novam, vidimus ibi multos Dei miniſtros laborantes juſſu Ataci in conſtructione murorum novæ arcis, quam ipſe ſupra Mundam facit, deveſtata jam prima populatione : ibi erat ſervus Dei Elipandus Epiſcopus, & Eſenus Presbyter, & multi alii ſervientes in operibus : Flevi cum illis comparem afflictionem, & ablatum Imperatorum jus in Luſitania ; ipſi ad me ſcribunt, quod ſit illis bona ſpes propter conjugium Cindaſundæ filiæ Hermenerici, quia fidelis, bona, & pia eſt ; de eventu critis certiores.*

Ep. 3. ad Pamerium Egitanienſem Epiſcopum: *Quæritis de ſtatu noſtro, & fratrum noſtrorum, bene videntur noſtra, ſi peccata non tollant, quod enim accidit, hoc eſt, Ataces Luſitaniæ Rex, Chriſtianus quidem, ſed ſectator Arianorum extat, veteremque Colimbriam d ſtruxit, juxtaque Mundam fluvium iterum conſtruxit labore, & ſudore captivorum hominum, ſervorumque Dei, & cum implicitus in ædificio maneret, advenit Hermenericus Rex Suevorum, qui ultra fluvium Durias degebat, & inito bello, Ataces Victor remanſit, cum uſque ad Durium perſecutus fuiſſet Suevos, & vellet fluvium tranſire, mittit Hermenericus legatos, qui pacem petant, & Cindaſundam filiam uxorem promittant : finitur bellum, deducitur filia uſque ad Colimbriam, ibique ut finitam diſcordiam monſtraret, depingit turrim cum puella, juxta quam draconem viridem, leonemque rufum ſua, & ſoceri inſignia componit, oſtendens advenisſe pacem per nuptam puellam, quæ cum Chriſtiana eſſet, cum marito fecit, ne Catholicos Domini Epiſcopos, & Sacerdotes ultra perſecutionibus maceraret, & qui in operibus laborabant, in libertatem poneret. Res Eccleſiarum partim reſtitutæ ſunt, partim in proximo ſunt, ut reſtituantur ; Rex parat ſe, & ſuos ad bellandum, du-*

Digitized by Google

*citur contra Gothos, eo quod adjungit ad auxilia Romanorum tam ex Scalabi, quam ex Ulixbona, Celtobriga, & Colipode, propriamque gentem Luſitanam ponit in armis, regina diſſuadet bellum, ſeu amore mariti, ſeu timore eventus, eleemoſynas facit Epiſcopis exulantibus, & devotionem magnam habet in Deum, & in B. Petrum Ratisbonenſem, orat quotidie pro marito, & fide illius, ſi Deus dignetur illum illuminare, ſic omnia in pace, & bona ſpe procedunt, tu ora pro Eccleſia Dei, & pro me peccatore. Vale.*

Emmanuel Pereira da Silva Leal Regius Academicus haſce Epiſtolas Auctori quinti ſæculi, qualis eſſet Arisbertus ille, veluti ſpurias abjudicat nixus, quod plurima verba quaſi barbara, nec purioris latinitatis habeant, qualia ſunt, *exulatio* pro exilio, *populatio* pro populi multitudine, *Durias* pro Durium, & alia, quæ Auctori quinti ſæculi non longe ab aurea, argenteave latinitatis ætate florente minime proferrentur. Aſt quot Auctorum genuina opera inter ficta regius Academicus ſupputaret, ſi hæc, qua utitur regula Arisberti literas repudiaturus, vera eſſet, & conſtans. Floro ne argenteæ ætatis Auctori abjudicaret opus, quod exulationem pro exilio adferret: *Inde clariſſimos Principes exulatione multavit*? Cælio ne Sedulio etiam, qui ſæculo quinto floruit ante medium, quod populatione pro populo diceret: *Flebant germanæ, flebat populatio præſens*? Nec nomen *Durias* adeo inauditum eſt, ut criminis ſcriptor incuſetur, qui id apponeret, ſi græcos Auctores præcipuos ob oculos haberet. Ptolemæo *Dorias* eſt; Dioni *Dorios*, Straboni tum *Durios*, tum *Durias*. Animadvertendumque eſt ſæculo quinto latinitatis puritatem jam declinaſſe.

*P. 1. tit. 1. de reb. Egitan. Eccleſ.*

*In lib. 1. cap. 22.*

*Lib. 3. Poemat.*

Arisberti tandem literas ſuppoſitas refert, quod nullus id temporis Arisbertus Epiſcopus Portugallenſis exiſteret; nec oppidum Cale, ſeu Portus Cale, tunc Epiſcopali Sedi idoneum eſſet; juxta veterum Patrum decreta, qui, ne Epiſcoporum evileſceret dignitas, niſi in urbibus

Digitized by Google

ordinari Episcopos statuerunt. Synodus Laodicæna : *Non oportet in Villulis, vel agris Episcopus constitui*, & Sy- Canon. 6.
nodus Sardicensis in Occidente Laodicænum Canonem innovavit : Sardicensis ait : *Licentia danda non est ordinandi Episcopum, aut in vico aliquo, aut modica civitate,* Canon. 5.
*cui sufficit unus Presbyter ; quia non est necesse ibi Episcopum fieri, ne vilescat nomen Episcopi, & auctoritas.* Verum in lege observanda plurimi Episcopi, id temporis, minus religiosi fuerunt : in Occidente Sardicensis Synodus contra Orientales Canonem 6. edidit, ut damnaret Concilii Tyrii Episcopos, qui ordinaverant Ischyram, qui nec pagi illius Alexandriæ Presbyter erat, cum ibi nunquam esset Episcopus, qui Presbyterum posset ordinare, imo nec Chorepiscopus : ast si in oppido, & castello populi augeretur multitudo, & alius civitatis Episcopus in ea regenda propter distantiam, aut Diœcesis amplitudinem adhibendæ curæ se non sufficere cerneret, aut aliquo tempore ibi esset Epifcopus, novus ibi Episcupus creari permittebatur. Concilium Carthaginense 2. *Illa Diœcesis, quæ aliquando habuit Episcopum, habeat proprium .... etsi accedente tempore, crescente fide, populus Dei multiplicatus desideraverit proprium habere rectorem, ejus voluntate, in cujus potestate est Diœcesis constituta, habeat Episcopum.* Mag. P. Aug. *Fussala dicitur Hippo-* Ep. 209.
*nensi territorio confine castellum : antea ibi nunquam fuit* alias
*Episcopus, sed simul contigua sibi regione ad paræciam* 261. ad
*Hypponensis Ecclesiæ pertinebat. Paucos habebat illa ter-* Cæleſt.
*ra Catholicos, ceteras plebes illic in magna multitudine* Papam.
*hominum constitutas Donatitarum error miserabiliter obtinebat, ita ut in eodem castello nullus esset omnino Catholicus. Actum est in Dei misericordia, ut omnia ipsa loca unitati Ecclesiæ hærerent ; per quantos labores, & pericula nostra longum est explicare, ita ut ibi Presbyteri, qui eis congregandis à nobis primitus constituti sunt, expoliarentur, cæderentur, debilitarentur, exsecarentur, occiderentur : quorum tamen passiones inutiles, ac steriles non*

Digitized by Google

*fuerunt, unitatis illic securitate perfecta. Sed quod ab Hippone memoratum castellum millibus quadraginta sejungitur, cum in eis regendis, & eorum reliquiis, licet exiguis colligendis, quæ in utroque sexu aberrabant non minaces ulterius, sed fugaces, me viderem latius, quam oportebat extendi, nec adhibendæ sufficere diligentiæ, quam certissima ratione adhiberi debere cernebam, Episcopum ibi ordinandum, constituendumque curavi.*

En Augustinus propter populi Fussalensis multitudinem, distantiam, & animarum necessitatem, in castello, ubi antea nullus erat, Episcopum consecravit. Quid mirum voluntate Metropolitani Bracarensis, in cujus potestate castrum Portucale erat constitutum, & ita jam sæculo quinto ex Idacio appellabatur, ibi Arisbertus Episcopus constitueretur, cum populi multitudo illuc situs comercio apti causa confluentis augeretur; & magna esset à Bracara distantia, & Diœcesis Bracarensis amplitudo in tot regendis populis curæ adhibendæ obicem suo ferret Episcopo: nec Arisbertus illius Sedis primus Antistes numeratur, cum antea à Petro Ratensi Basileus, de quo in primo sæculo scripsi, Portucalensis Episcopus dicatur ordinatus.

Arisberti coævus fuit Pontamius Eminiensis Episcopus ubi nunc *Agatham* appellamus, Bracarensi primo Concilio interfuit, & post Deusdedit Lucensem, subscripsit. In divisionibus, quæ factæ sunt Episcopatuum in Lusitania, & universa Hispania, de Eminiensi nulla extat memoria, fortasse quod id temporis inter Colimbriensis Ecclesiæ paræcias haberetur: quemadmodum in ipsis divisionibus, nec Lacobrigensis, neque Gerabricensis inveniuntur Episcopatus, quos tamen ex Conciliorum veterum subscriptionibus in Hispania Gothorum tempore extitisse constat, & refert Vasæus in chronico.

§. IV.

Digitized by Google

## §. IV.
## *De Episcopis Lamecensibus, & Egitanienſibus.*

LAmecenſium Epiſcoporum catalogum deſcripturus Excellentiſſimi D. D. Fr. Feliciani a Domina Noſtra ejuſdem Lamecenſis Sedis Epiſcopi ope non carui, qui ex ſuæ Sedis Archivo ad Academiam Liturgicam rogatu Reverendiſſimi Directoris, Canonic. Reg. Generalis D. Franciſci ab Annuntiatione, exemplar fideliter translatum miſit. Ab anno quadringenteſimo decimo uſque ad quadringenteſimum vigeſimum primum Lameco ſedit Tiburtius, cujus nomen in Concilio primo Bracarenſi legitur. Poſt Tiburtium fuit Severus, cujus memoria extat anno 432. Poſt Severum Idacius anno 435. uſque ad 458. hunc quidam cum Vaſæo in chronico exiſtimant celeberrimum fuiſſe Chronicorum Scriptorem, quæ Segisbertus Gemblacenſis Monachus prodidit, nec non Sirmondus, ea de cauſa tantum, quod Segisbertus dicat *Idacius Lemicæ urbis Hiſpaniarum Epiſcopus*; quaſi *Lemicæ* ſcriberet pro Lameca: alium tamen extitiſſe Idacium credo: nam Iſidorus de viris illuſtribus cap. 9. ait Idacium, qui Chronicon Euſebii ſequutus eſt, fuiſſe Epiſcopum Gallæciæ provinciæ: aſt civitas Lamecenſis licet Bracarenſi Epiſcopo Gallæciæ Metropolitæ in Concilio Lucenſi ſæculo ſexto jam poſt medium ſubdi cæperit, nunquam in Gallæciæ, ut putavit Vaſæus ſed Luſitaniæ finibus prope Durium ſita eſt. Ipſe chronici Scriptor de ſe ait in Aquæflavienſi Eccleſia à Suevis fuiſſe captum, & tribus captivitatis menſibus expletis, miſerantis Dei gratia Flavias rediiſſe, quæ erat provinciæ Gallæciæ Parochiana Eccleſia, cujus etiam provinciæ Lemica erat prope Flavias. En alium Idacium; Lamecenſem ſcilicet Idacium, & alium Lemicenſem, ſeu Flavienſem in Gallæcia. Poſt Idacium Hildaricus Lamecenſem Sedem Epiſcopus rexit, quo tamen tempore floruit, & quot annos in Epiſcopatu ſederit certum non conſtat.



Digitized by Google

In chronico Hausberti Hiſpalenſis Egitanienſes Epiſcopi ante hoc ſæculum numerantur, Salvatus, Gregorius II. Licerius, Athanaſius, Joannes, Ageſindus, Conſtantius, Walumbroſus; qui cum à nullo alio monumento, Auctore ve probæ, ac dignæ fidei oſtendantur, cum diligentioribus Luſitaniæ rerum exploratoribus ad figmenta referre neceſſe eſt, & à ſæculo quinto Egitanienſem Epiſcopatum duxiſſe initium certum habeo. Pamerius hoc ſæculo ineunte huic præfuit Eccleſiæ, Alanis Luſitaniam, & ultra Durium deprædantibus, Bracaram venit, & in Concilio Bracarenſi primo ſubſcripſiſſe legitur, ad ipſum extat Arisberti Epiſtola Portugalenſis Epiſcopi jam expoſita: poſt Pamerium in eadem Eccleſia uſque ad ſæculum ſextum de alio Epiſcopo notitiam certam, aliquo ve monumento comprobandam non reperi, quanvis ſatis adtenderem.

## CAP. II.

### *De Concilio Toletano primo univerſæ Hiſpaniæ Generali.*

ANno 400, quo Anaſtaſius Romanam regebat Eccleſiam Luſitani Epiſcopi, ceterique Hiſpanienſes Priſcillianiſtarum hæreſim omnẽ eradicandi flagrantes zelo, ſimulque Hiſpanienſium Patrum animos invicem amoris vinculo adſtringendi, quos Priſcilliana impietas, imprudenſque Idacii Emeritenſis, & Ithacii Oſſonobenſis zelus in partes diſciderat, Toletum convenere: & inter tot Generales Hiſpaniarum Synodos, quæ in ea urbe regia celebratæ ſunt; hæc Toletana prima eſt. Aliqui non ad annum 400 referunt; ſed ad 405 ſecũdo conſulatu Stiliconis: falluntur tamen, nam illius celebrationis tempore Mediolanenſi Eccleſiæ præerat Simplicianus, qui obiit decima ſexta die Auguſti anno 400, aut circiter 401. hinc firmum ſit conſulatu primo Stiliconis, qui incidit in annum 400. ſediſſe Patres. Unde viginti Epiſcopi interfue-

Digitized by Google

runt, quibus præfuit Patruinus, quem Innocentius I. in Ep. ad eandem Synodum, & jam alibi dixi, Emeritenſem vocat. Ceterorum nomina ſunt Aphrodiſius, Severus, Hilarus, Ortiſius, Aſterius, Serenus, Leporius, Aurelianus, Lampadius, Marcellus, Licianus, Leonas, Olympius, Jucundus, Lampadius, Florius, Sratius, Exuperantius; hi omnes ſubſcripſerunt. Hos præter etiam adfuerunt Symphoſius, Dictinus, Iſonius, Vegetinus, Anterius, Paternus Bracarenſis, & Rufinus, qui Priſcillianam hæreſim, qua inficiebantur, coram Patribus abdicarunt. Licet certum non ſit quarumnam Eccleſiarum eſſent Antiſtites, credendum eſt fuiſſe omnes Provinciarum Tarraconenſis, Carthaginenſis, Luſitaniæ, & Bæticæ.

Primum Fidei formulam ediderunt, non eam, quæ in hujus Concilii editionibus, plerunque legitur, cum iſtæc a Leone Magno Romano Pontifice tradatur miſſa ad Balconicum Bracarenſem Epiſcopum, qui quadraginta, & amplius annis poſterius extitit Toletanæ huic Synodo, aliam conjectandum eſt edidiſſe, cum adverſus hæreſim Priſcillianam, quæ Marcionitarum, Manichæorum, Sabellianorum, aliorumque erat congeries, inveherentur. Poſt editam formulam viginti protulere Canones, quibus diſciplina Eccleſiaſtica per univerſas Hiſpanias eſſet ſtabilita. 1. Canone Diaconos incontinentes à Presbyteratu, Presbyteros ab Epiſcopatu removerunt. 2. eos, qui publicam egerant pœnitentiam, ordinari vetuerunt, niſi Lectores, aut Oſtiarios, ſi Eccleſiarum ferret neceſſitas, ita ut Euangelia, aut Apoſtolicas literas non legerent. Qui ex Pœnitentibus Diaconi fuerunt initiati in Subdiaconos deprimi ſtatuerunt, ut nec manus imponerent, nec ſacra contingerent. 3. Lectores, qui viduas uxores duxerant, ultra ſubdiaconatum aſcendere prohibuerunt: en quarto ſæculo per Hiſpanias noſtras interpretativam bigamiam ad maiores ordines, ut impedimentum ſtabilitam. 4. Subdiaconos ſecundo nubentes in Lectorum, vel Oſtiariorum gradum dejecerunt; tertias vero nuptias ce-

Digitized by Google

lebrantes poſt biennii abſtentionem ad laicam cõmunionem demandarunt. Tertias nuptias non damnarunt Hiſpanienſes Patres, nec malas judicarunt, ſed libidinem in ſacris Miniſtris renuendam hoc Canone ob oculos habuerunt. 5. Presbyteros, aut cujuſvis gradus Clericos ubi eſſet Eccleſia commorantes, ſi ad hanc ad ſacrificium quotidianum non accederent, Clericos non habendos decreverunt, niſi ſe emendarent, & ab Epiſcopo veniam promererentur. En in Eccleſiis Hiſpanienſibus id temporis Miſſæ Sacrificium quotidie celebratum. 6. Virgines ſacras confeſſoribus, aut laicis non conſanguineis familiariter uti, aut ſolas adire convivia inhibuerunt. 7. Clericos uxores ſuas, ſi deliquerint peccantes, ſeverius punire juſſerunt, & cum iis cibum ſumere vetuerunt, donec ad officium, acta pœnitentia, redirent. 8. Ne Diaconi ordinarentur, qui poſt baptiſmum militaverant. 9. Ne Virgines ſacræ, ſanctimoniales, vel viduæ, abſente Epiſcopo, aut Presbytero in ſuis domibus horas canonicas ritu ſolemni canerent cum confeſſore, aut ſervo. Lucernarium, ſcilicet veſpertinum officium lucernarii nomine ſignificatum, quia deficiente die accenſis lucernis ſolvebatur, cantari probibuerunt niſi Epiſcopo Presbytero, vel Diacono præſentibus. En ſolemne officium divinum, horæque canonicæ jam ineunte ſæculo quinto per Hiſpanias.

10. Ne ad Clerum admitterentur, qui ſui juris non erant, niſi Domini, vel Patroni conſenſu. 11. Ne Eccleſiaſticæ perſonæ, ac pauperes á potentibus opprimerentur. 12. Ne Clerici à ſuis Epiſcopis recederent, & ad alios tranſirent. 13. Ad Pœnitentium ordinem ablegarunt eos fideles, qui nunquam ad ſacram Cõmunionem accederent. 14. Propter Priſcillianiſtas, qui Sacram Euchariſtiam non conſumebant, ab Eccleſia velut ſacrilegos ejecerunt Patres, qui acceptam à Sacerdote Euchariſtiam non ſumerent. 15. Eos excommunicarunt, qui excommunicatos denunciatos, ac notorios non vitarent, ſed eos col-

Digitized by Google

loquio, aut convivio ſuſciperent. 16. Virginem, aut ſanctimonialem peccantem decem annis pœnitentiæ addixerunt: corruptores pari pœna conſtrixerunt. 17. Siquis habens uxorem fidelis concubinam haberet ne communicaret decreverunt Patres: cæterum is, qui non haberet uxorem, & pro uxore concubinam haberet à communione non repelleretur; tantum ut unius mulieris, aut uxoris, aut concubinæ, ut ei placuerit eſſet communione contentus. Non defuere, qui ex hoc Canone exiſtimarent Hiſpanienſes Præſules Nicolaitarum erroris fuiſſe fautores, & turpium conjunctionum: ut maiores noſtri jure vindicentur, cum viris eruditis dicendum eſt concubinas olim duplicis fuiſſe generis: quædam ad tempus erant, quarum concubitum utpote à lege naturali prohibitum ſemper turpem Chriſtiani habuerunt, etiam ſi procreandorum filiorum cauſa eſſet. Aliæ concubinæ quodam modo uxores erant, ſine dotalium tabularum ſolemnitate ducebantur: in his tria requirebantur, ut uterque eſſet ſolutus: ut fides eſſet mutua, id eſt, quod alteri non jungerentur, neque abſtinerent à filiorum generatione, ut hac vitæ conſuetudine uſque ad mortem permanerent: de his loquitur Mag. P. Auguſtinus, & de ipſis, quæ vere uxores erant, agit iſte Canon. *Lib. de bono conjug. c. 5.*

18. Viduæ Epiſcopi, Presbyteri, vel Diaconi poſt mariti obitum nubere non poterant ſub privatione communionis uſque ad mortem, ut jam dixi ad Canonem trigeſimum tertium Eliberitanum. 19. Sacræ Virgines majorum Clericorum filiæ, quæ contra votum peccarent, à Patre, vel Matre in afectum ſuſcipi prohibitæ ſunt ſub privatione communionis. 20. Presbyteris chriſma conficere vetitum eſt, qui aliquibus in locis id uſurpaverant. Diaconis chriſmare prohibitum eſt: quod Presbyteris licitum, abſente Epiſcopo, judicarunt Patres. Neſcio ubinam hujus Canonis Natales Alexander veſtigium quodvis invenerit, ut de Chriſmatione baptiſmali illum intelligeret, non de Confirmatoria. Poſt editos Canones unde viginti

Digitized by Google

Epiſcopi ceteros, qui Priſcillianam hæreſim reliquerant, ac deteſtati fuerant, ad communionem ſuſceperunt: cujus rei acta vix aliqua ſuperſunt, ac extant.

Calvinus, aliique Heterodoxi multum roboris ex hoc Concilio ſibi ineſſe putant, ut animæ Chriſti Domini ad inferos deſcenſum negent, cum in Fidei profeſſione, quæ ipſi adſcribitur, hujus articuli nulla ſit mentio. Toletanis hiſce Patribus non recte ſymbolum illud adjudicari me dixiſſe non pœnitet; lubens adhuc fatebor nonnullis etiam antiquioribus ſymbolis, vel etiam in Nicæno, & Conſtantinopolitano articulum illum expreſſis verbis non reperiri; id veterum Conciliorum Antiſtitibus propoſitum erat, non omnia Chriſtianæ Fidei capita ſuis complecti profeſſionibus, ſed ea præſertim, de quibus tunc temporis controverſia excitabatur.

## CAP. III.
### *De Concilio Bracarenſi.*

FR. Bernardus de Brito Monachus Ciſtercienſis, & Luſitaniæ Chronologus Generalis lib. 6. Monarchiæ Luſitanæ cap. 2. Concilium primum Bracarenſe ex codice manuſcripto veteri Bibliothecæ Alcobacenſis primus in lucem edidit, ad D. Auguſtinum de Caſtro id temporis Bracarenſem Archiepiſcopum exemplar miſit, ut in libro rerum memorabilium in Primatialis Sedis Archivo aſſervato apponeretur. Illud cum laude allegant, quotquot ab ejus ætate de hac re pertractarunt, non tantum Luſitani, verum & exteri, Labeus, Henricus Spondanus in add. ad Epitomen Baronii anno 413. Fleury ad an. 412. aliique. Ex Conciliorum collectione nupera Hiſpaniarum, & ex eodem Fr. Bernardo de Brito fideliter reddo, poſtea alibi infra difficultatibus illud labefactantibus reſpondebo.

Digitized by Google

## §. I.
## *Bracarenſis Concilii primi.*
## CAPUT I.

COnvenientibus Epiſcopis, Elipando Colimbrienſi, Pamerio Ægitanienſi, Arisberto Portugalenſi, Deusdedit Lucenſi, Gelaſio Emeritenſi, Potamio Emeritenſi, Tiburtio Lamecenſi, Agathio Irienſi, Petro Numantino in Fano S. Mariæ Bracarenſis, Domnus Pancratius Epiſcopus Primæ Sedis dixit.

*Notum vobis eſt, fratres, & ſocii mei, quomodo barbaræ gentes devaſtant univerſam Hiſpaniam, templa evertunt, ſervos Chriſti occidunt in ore gladii, & memorias Sanctorum, oſſa, ſepulchra, cæmeteria profanant, vires imperii confringunt, modo commoventes, omnia, ſicut ſtipulam ante faciem venti. Præter Celtiberiam, & Carpetaniam jam reliqua omnia verſus Pyrenæos ſub ſua jacent poteſtate. Et quia malum hoc jam eſt ſupra capita noſtra; volui vos advocare, ut unuſquiſque ſua provideat, & omnes ſimul communem Eccleſiæ calamitatem. Provideamus ſocii remedium animarum, ne multitudo laborum, & afflictionum compellat eos abire in conſilium impiorum, ſtare in via peccatorum, & ſedere in cathedra peſtilentiæ, aut apoſtatare à vera Fide: & ad hoc exempla conſtantiæ noſtræ ponamus ob oculos ſubditorum, patientes pro Chriſto aliquid ex multes tormentis, quæ ipſe pertulit pro nobis: Quia vero nonnuli Alanorum, Suevorum, Wandalorumque ſunt Idolatræ, alii vero Arianam hæreſim profitentur; viſum mihi eſt, vobis approbantibus, ad majorem Fidei firmitudinem contra ſimiles errores ſententiam proferre. Quid vobis videtur?*

Omnes reſponderunt: *Juſtum, pium, ſanctum, expedienſque negotium.*

Digitized by Google

## CAPUT II.

PAncratianus: *Credo in Deum, unum, verum, æternum, ingenitum, à nullo procedentem, qui condidit cœlum, terram, & quæ in eis sunt visibilia, & invisibilia.*

Omnes Episcopi: *Similiter, & nos credimus.*

Pancratianus: *Credo in unum Verbum genitum ab ipso Patre ante tempora, Deum ex Deo vero, ex eadem substantia Patris, sine quo factum est nihil, & per quem omnia creata sunt.*

Omnes Episcopi: *Similiter & nos credimus.*

Pancrat. *Credo in Spiritum Sanctum procedentem à Patre, & Verbo unicum in Deitate cum ipsis, qui per ora Prophetarum loquutus est, supra Apostolos sedit, Mariam Christi Matrem replevit.*

Omnes Episcopi: *Similiter & nos credimus.*

Pancrat. *Credo, quod in hac Trinitate non sit majus, aut minus, prius, aut posterius, sed in tribus distinctis Personis sit una æqualitas, una Deitas, una Divinitas.*

Omnes Episcopi: *Similiter & nos credimus.*

Pancrat. *Damno, excommunico, reprobo, anathematiso omnes contrarium sentientes, tenentes, & prædicantes.*

Omnes Episcopi: *Similiter & nos damnamus.*

Pancrat. *Credo, quod Dii gentium sint dæmonia, os habent & non loquentur, oculos & non videbunt, aures & non audient, neque sit spiritus in ore ipsorum.*

Omnes: *Similiter & nos credimus.*

Pancrat. *Credo quod Deus noster trinus in Personis, unus in Essentia, fecit ex nihilo omnia, & Adamum Patrem nostrum creavit ex terra, Evam de ejus latere, destruxit mundum per aquas, dedit Moysi legem, & novissimis temporibus visitavit nos per Filium suum, qui factus est ei ex semine David secundum carnem.*

Omnes: *Similiter credimus.*

Pancrat. *Damno, reprobo, exsecro, & anathematiso omnes con-*

Digitized by Google

*contrarium tenentes, ſentientes, & prædicantes.*
Omnes: *Similiter & nos damnamus.*

## CAPUT III.

PAncratianus: *Nunc autem ſi placet vobis omnibus, ſtatuatur quid agendum ſit de reliquiis Sanctorum, præcipue de Patre noſtro, & Apoſtolo hujus regionis Petro Ratenſi, quem ad ſalvandas animas Jacobus Domini conſanguineus dimiſit.*

Surrexit Elipandus Colimbrienſis, & ait: *Non poterimus omnes uno modo id facere,*

*Sed ſi vobis placuerit, unuſquiſque pro temporis opportunitate id faciat.*

*Barbari ſunt intra nos, & Ulixbonam premunt; Emeritam habent, Aſturiam ſimiliter, prope diem eventuri ſupra nos; proficiſcatur unuſquiſque in locum ſuum, & confortet fideles, corporaque Sanctorum honeſte abſcondat, & de locis, & de ſpeluncis ubi poſita fuerint, relatorium vobis mittat, ne per curſum temporis in oblivionem veniant.*

Omnes: *Juſtum, bonum, & congruens conſilium nobis videtur pro temporis neceſſitate.*

Pancrat. *Similiter mihi, & vobis videtur; abite in pace omnes; ſolus remaneat frater noſter Potamius propter deſtructionem Eccleſiæ ſuæ Eminienſis, quam Barbari vexant.*

Potamius dixit: *Abeam & ego ut confortem oves meas, & ſimul cum eis pro Chriſti nomine patiar labores, & anxietates. Non enim ſuſcepi munus Epiſcopi in proſperitate, ſed in labore.*

Pancrat. *Optimum verbum, juſtum conſilium, profectum approbo; Deus te conſervet.*

Omnes Epiſcopi: *Servet te Deus in bono conſilio, quod nos ſimiliter approbamus.*

Omnes ſimul: *Abeamus in pace Jeſus Chriſti.*
Pancratianus in Dei nomine Epiſcopus Bracarenſis.



Digitized by Google

Gelaſius in Dei nomine Epiſcopus Emeritenſis.
Elipandus in Dei nomine Epiſcopus Colimbrienſis.
Pamerius Epiſcopus Egitanienſis.
Arisbertus Epiſcopus Portugalenſis.
Deuſdedit Epiſcopus Lucenſis.
Potamius Epiſcopus Eminienſis.
Tiburtius Epiſcopus Lamecenſis.
Agathius Epiſcopus Irienſis.
Petrus in Dei nomine Epiſsopus Numantinus.

## §. II.
### *Prædictum Concilium vindicatur.*

PLurima ſunt, quibus Bracarenſe primum Concilium non tam exteri, quam Luſitani quoque labefactare conantur, & confictis operibus adjudicare; tot pene ſunt ipſius Concilii verba, quot adverſantia argumenta, quibus impugnant: iis ſtricto calamo ſatisfactum iri, obviamque, quantum valeo, mecum habeo. Idacio teſte in chronico, ut alibi etiam infra dicam: Alani, Wandali, & Suevi Hiſpanias ingreſſi Era 447 anno Chriſti 409 per Hiſpaniam debacchabantur, omnia in ſervitutem redigebant, nec templis, nec domibus, nec ipſis civitatum muris parcentes. In duriſſima perſecutione Epiſcopi ab Eccleſiis ſuis exules Bracaram nondum à barbaris impetitam ad Pancratium convenere, ſimulque adunati, ut fidei ſcuto tegerentur adverſus impiiſſimos hoſtes, quorum plurimi cum Gothis tam à tempore Valentis Imperatoris Arianam perfidiam ſectabantur, Fidei Nicænæ ſymbolum firmiter profeſſi ſunt ovibus etiam ſuis tradituri, ac ut ipſorum hoſtium audaciæ adverſus templa, reliquiaſque Sanctorum in cæmiteriis, & piis locis occluſas effrenatæ occurrerent, de ipſis reliquiis conquirendis, & de tuto loco ſervandis decretum ediderunt. Res quidem digna erat, quæ coram omnibus ageretur, nam teſte Severo Sulpitio, cum Priſcillianiſtæ Priſcillianum occiſum, ut Martyrem colerent, &

*Lib. 2. Hiſtor. ſacr. cap. ultim.*

Digitized by Google

Priſcillianiſtarum peremptorum corpora in Hiſpanias relata magnis obſequiis celebrarent, ne in barbarorum perſecutione impiorum corpora cum Sanctis confunderentur, & in poſterum ex populorum ignorantia Sanctis debitum cultum impii adrogarent, Epiſcopis apud Bracaram plenius viſum eſt ſtatuere, quibus locis omnibus poſtea Hiſpaniæ Catholicis dignoſcendis Sanctorum reliquiæ conderentur. Quantum ex reliquiarum ſacrarum cum aliis confuſione in cultu periculum ſurgeret, neminem in Canonum hiſtoria verſatum latet. Quapropter Concilium Carthaginenſe 5. can. 4. ſtatuit: *Omnino nulla memoria Martyrum probabiliter acceptetur, niſi aut ibi corpus, aut certæ reliquiæ ſint, aut ubi origo alicujus habitationis, aut poſſeſſionis, vel paſſionis fideliſſima origine traditur. Nam quæ per ſomnia, & per inanes quaſi revelationes quorumlibet hominum ubique conſtituuntur altaria, omnimode reprobentur*: corporum Sanctorum in alia loca translationem quacumque de cauſa, vel ut alibi condantur, aut publicæ venerationi exponantur, ſynodali judicio eſſe pertractandam decidit Concilium Moguntinenſe primum an. 813. cap. 51. *Corpora Sanctorum de loco ad locum nullus transferre præſumat ſine concilio Principis, vel Epiſcoporum, ſanctæque Synodi licentia*: hinc aliquorum argumenta diſſolvuntur, qui hujus Concilii celebrandi cauſam nullam, nulliuſque momenti opinati ſunt.

Gelaſius Emeritenſis, Elipandus Colimbrienſis, Pamerius Egitanienſis, Tiburtius Lamecenſis licet Pancratii non eſſent ſuffraganei, qui ab eo Metropolitani jure ad provinciæ Concilium advocarentur; nam Gelaſius Luſitaniæ Metropolitanus erat, cæteri ei ſubditi erant: tamen à barbaris eorum ſedium vaſtatoribus pulſi, perſecutionemque fugientes apud Bracaram inventi ſunt, ſimul pro cõmuni Fidei, & Eccleſiarum cauſa judices ſederunt, decreveruntque. De Petro Numantino lis eſt, ſuffraganeus ne eſſet Pancratii, & Epiſcopus Numantiæ, quæ in Tarraconenſi Hiſpania juxta Oroſium in capite Gallæciæ ſita erat, *Lib. 5. cap. 6.*

Digitized by Google

an Gelaſii cujus Eccleſiæ Emeritenſi in diviſionibus factis ſub Recceſvincto Rege, & Wamba Numantia, hodie Zamora ſubjecta erat. Quanvis Numantia, de qua Oroſius, poſt diuturnam obſidionem à Scipione ſolo eſſet æquata, & everſa, non video cur ſæculo 5. iterum non eſſet erecta, licet non ad tantam trium millium paſſuum amplitudinem, quam ex ipſomet Oroſio ambitu muri ſui amplexabatur, ſed ad eam, quæ Epiſcopi ſedes capax foret. Hanc Epiſcoporum Hiſpanienſium fugam, exiliumque propter barbarorum in Eccleſias irruptionem aſpexiſſe videtur Mag. P. Aug. in Ep. 228. quam anno 428 ſcripſit ad Honoratum Epiſcopum conſultus, an Epiſcopis, & Clericis fugere liceret, imminente obſidionis, & excidii periculo. *Non enim*, inquit, *quiſquam eſt, qui dicat miniſtros manere oportere, ubi jam non fuerint, quibus neceſſe ſit miniſtrare. Ita quidam Sancti Epiſcopi de Hiſpania profugerunt, prius plebibus partim fuga lapſis, partim peremptis, partim obſidione conſumptis, partim captivitate diſperſis, ſed multo plures, illic manentibus propter quos manerent, ſub eorum periculorum denſitate manſerunt*: ex quibus Potamius ab omnibus laudatur, quod ſuas oves, deſtructa Eccleſia Eminienſi, nollet deſerere, & ceteri etiam abierunt fideles ſuos, ſiqui eſſent, confortatum.

Præter alia, quibus ex dictis ſit ſatis, alia adhuc objicit Regiæ Academiæ Socius Emmanuel Pereira da Silva Leal prædicti Concilii auctoritatem penitus extincturus. 1. quod ſine die, & Conſule ſcriptum ſit adverſus Conſtantini legem ad Luſitanos datam, qui conſtitutiones ſine die, & ſine Conſule datas auctoritate carere juſſit; & Patres ſe convenire dicant in S. Mariæ Bracarenſis fano, cum indignum fide videatur Catholicos Epiſcopos Chriſtianorum templum appellaſſe fanum, quod proprie apud veteres Patres, & ſacram Scripturam idolorum templum, & gentilium ædes ſignificabat. 2. quod Epiſcopi S. Petro Ratenſi Apoſtoli tribuant nomen, quod primis Eccleſiæ

Digitized by Google

ſæculis duodecim tantum Apoſtolis, aut aliis Domini Diſcipulis præſtabatur. 3. quod in profeſſione fidei ſymbolo Nicæno proceſſionem Spiritus Sancti à Patre ſimul, & Filio addiderunt, quæ iis temporibus nondum audiebatur. Hæc non ſine eruditione, ac ſtudio opponit Luſitanus Juriſ-Conſultus; quibus reſpondere opus eſt.

Auctoritatem, auctographiamque Concilii Ceſarauguſtani primi, & Toletani primi poſt Conſtantini legem convocatorum quis neget, quod Conſule tantum careant? Celebrationis quidem die notantur, cujus vero Conſulatu Cæſarauguſtam, aut Toletum Patres acceſſerint, ibi nulla extat memoria. Quot etiam Summorum Pontificum Epiſtolæ ad ipſos Hiſpanos ſine die, & ſine Conſule, quæ à nullo ſpuriis adjudicantur? Epiſtola Innocentii I. ad Epiſcopos in Toletana Synodo conſtitutos, quam pleniorem Jacobus Sirmondus reſtituit, & Innocentianam eſſe nemo negat, abſque die, & Conſule reperitur. Literæ quoque Epiſcoporum Tarraconenſium ad Hilarum Papam anno circiter 465 in Concilio Romano lectæ neque diem, neque Conſulem habent, auctoritate tamen apud eruditos ad Diſciplinam Eccleſiæ de Epiſcoporum ordinationibus firmandam potiuntur. Adverſus Arianos vetus erat Patribus proloquium: *Res fidei nec tempus habent, nec tempori ſubjiciuntur*; nec Cæſarum leges immutant, ac infirmant. Cum Valens, Urſacius, & Germinius Euzebiani novitatum avidi conciliabulis diem, & Conſulem in decretis fidei aſſignarent, inſectatus eſt Athanaſius. *Quid enim defuit Eccleſiæ Catholicæ ad pietatem, ut nunc de Fide quærendum videretur, qui verbis ſuis de Fide Conſules adſcribunt, ſub quibus res acta eſt, Urſacius, & Valens, Germiniuſque id fecere quod antea, nec factum, nec auditum eſt apud Chriſtianos.*

Fanum quidem Catholicorum templum appellavere Bracarenſes Patres, nec renuo nomen illud propriæ ſignificationis vi gentilium ædes exprimere, quapropter Deorum Sacerdotes Fanatici appellabantur, de quibus ait M.

Digitized by Google

Parens Aug. enarrat. in Pſalm. 40. *Sedent Pagani ... & audiunt fanaticos ſues*: verum ſæculo quinto puriori latinitate jam declinante, templum, & fanum ſimul confuderunt, aut cum ex inſcriptione inventa omnibus compertum ſit Bracarenſem Eccleſiam ante Evangelii prædicationem fuiſſe Gentilium Deorum fanum; poſteaque Deo in Beatiſſimæ Virginis honorem conſecratam, antiquum nomen retinuere Præſules; fortaſſe poſteris ex perſecutione remanentibus in ipſius Dei gloriam monſtraturi Deorum templum in veri Numinis cultum eſſe deſtinatum, mutatumque: idque firmatur ex Hiſtoria templi Romæ à M. Agripa extructi in cultum Deorum omnium, quod Pantheon dicebatur: poſtquam à Bonifacio IV. Imperatore Phoca, in honorem Beatiſſimæ Virginis, & Sanctorum omnium conſecratum fuit, & S. Mariæ Rotundæ jam dicitur, apud quoſdam, nec paucos, & pios, & ſapientes priſtinum Pantheon nomen retinet, nec amiſit.

Operam ſane perdidit Regius Academicus, ut Apoſtoli nomen, quod Bracarenſes Patres S. Petro Ratenſi Epiſcopo Bracarenſi tribuerunt, primis Eccleſiæ ſæculis inuſitatum, exceptis Domini diſcipulis, oſtenderet. Patres, qui prædicto præivere Concilio, Epiſcopis Apoſtoli nomen ediderunt. Cyprianus Ep. 65. ad Rogatianum, Diaconos objurgans cum Epiſcopo contendentes ait: *Meminiſſe debent Diaconi, quoniam Apoſtolos, id eſt Epiſcopos, & Præpoſitos Dominus elegit.* Pacianus Barcinonenſis Epiſcopus Epiſt. 1. *Denique & Epiſcopi Apoſtoli nominantur, ſicut de Epaphrodito Paulus ediſſerit.* S. Paulinus Nolanus Epiſcopus ad Florentium Caducenſem Epiſcopum: *Deus qui te in ſortem Apoſtolorum dignatus aſſumpſit.*

Nicæno Symbolo particulam à Verbo in Spiritus Sancti proceſſione addiderunt, nec Concilii Epheſini auctoritati, & decreto act. 6. alteram fidem à Nicæna proferre, conſcribere, aut aliquam voculam mutare prohibenti derogarunt, cum triginta annis ante Epheſinum Bracaræ con-

Digitized by Google

ſediſſent Præſules. Eadem cauſa, qua Conſtantinopolitani Patres Nicæno ſymbolo circa Spiritum Sanctum Dominum, & vivificantem ex Patre procedentem, cum Patre, & Filio ſimul adorandum, &c. propter Macedonianos adjecerunt. Bracarenſes Antiſtites propter Priſcillianiſtas id temporis per Luſitaniam, imo & univerſam Hiſpaniam hæreſim ſpargentes additamentum conſcripſerunt. Priſcillianiſtæ, teſte Mag. P. Aug. lib. de hæreſibus, de Chriſto Sabellianam Sectam tenebant eundem ipſum eſſe dicentes, non ſolum Filium, ſed etiam Patrem, & Spiritum Sanctum : Patres igitur ut Perſonarum diſtinctionem oſtenderent, & Filium nec eſſe Patrem, nec Spiritum Sanctum eſſe ſtabilirent, non tam Filium à Patre, ſed etiam Spiritum Sanctum à Patre, & Filio procedentem profeſſi ſunt. Et dubium maximum eſt inter Theologos Hiſtoricos, quo tempore id additamentum eſt factum, aliis cum Emmanuele Caleca, & Genebrardo à tempore Damaſi Papæ judicantibus, aliis cum S. Antonino, & Siſinio Patriarcha Conſtantinopolitano ſub Niculao I. aliis cum Juliano Cardinali, & Andrea Coloſſenſi à Synodo ſeptima generali : plurimi in plurimas de tempore ſententias abeunt ; quibus ignotum erat Bracarenſe primum Concilium uſque ad eorum tempora non divulgatum.

Gaſpar Eſtacius de antiquitatibus Luſitaniæ cap. 73. Concilium iſtud confictum putat, etiam quod Pancratius Dominus appelletur, cum iis temporibus id nomem ſoli Deo omnium rerum vere Domino tribueretur : Eſtacii objectioni addit quidam eruditus Vir aliam non imparis quidem momenti, quod Epiſcopi invicem per pronomen *Tu* honorentur, miſſam facientes honorariam conſuetudinem veſtræ Charitatis, ac Fraternitatis, quæ paſſim Epiſcoporum literas, & colloquia legenti occurrit. Eſtacius diligentiſſimus antiquitatum explorator à veteri ejuſdem Concilii temporis more evincitur, quo Epiſcopos Dominos appellari non nova res erat. In Concilio Toletano I. anno 400. ex ipſius geſtis : *Gomaſius Presbyter di-*

Digitized by Google

Parens Aug. enarrat. in Pſalm. 40. *Sedent Pagani ... & audiunt fanaticos ſuos*: verum ſæculo quinto puriori latinitate jam declinante, templum, & fanum ſimul confuderunt, aut cum ex inſcriptione inventa omnibus compertum ſit Bracarenſem Eccleſiam ante Evangelii prædicationem fuiſſe Gentilium Deorum fanum; poſteaque Deo in Beatiſſimæ Virginis honorem conſecratam, antiquum nomen retinuere Præſules; fortaſſe poſteris ex perſecutione remanentibus in ipſius Dei gloriam monſtraturi Deorum templum in veri Numinis cultum eſſe deſtinatum, mutatumque: idque firmatur ex Hiſtoria templi Romæ à M. Agripa extructi in cultum Deorum omnium, quod Pantheon dicebatur: poſtquam à Bonifacio IV. Imperatore Phoca, in honorem Beatiſſimæ Virginis, & Sanctorum omnium conſecratum fuit, & S. Mariæ Rotundæ jam dicitur, apud quoſdam, nec paucos, & pios, & ſapientes priſtinum Pantheon nomen retinet, nec amiſit.

Operam ſane perdidit Regius Academicus, ut Apoſtoli nomen, quod Bracarenſes Patres S. Petro Ratenſi Epiſcopo Bracarenſi tribuerunt, primis Eccleſiæ ſæculis inuſitatum, exceptis Domini diſcipulis, oſtenderet. Patres, qui prædicto præivere Concilio, Epiſcopis Apoſtoli nomen ediderunt. Cyprianus Ep. 65. ad Rogatianum, Diaconos objurgans cum Epiſcopo contendentes ait: *Meminiſſe debent Diaconi, quoniam Apoſtolos, id eſt Epiſcopos, & Præpoſitos Dominus elegit.* Pacianus Barcinonenſis Epiſcopus Epiſt. 1. *Denique & Epiſcopi Apoſtoli nominantur, ſicut de Epaphrodito Paulus ediſſerit.* S. Paulinus Nolanus Epiſcopus ad Florentium Caducenſem Epiſcopum: *Deus qui te in ſortem Apoſtolorum dignatus aſſumpſit.*

Nicæno Symbolo particulam à Verbo in Spiritus Sancti proceſſione addiderunt, nec Concilii Epheſini auctoritati, & decreto act. 6. alteram fidem à Nicæna proferre, conſcribere, aut aliquam vocalem mutare prohibenti derogarunt, cum triginta annis ante Epheſinum Bracaræ con-

Digitized by Google

ſediſſent Præſules. Eadem cauſa, qua Conſtantinopolitani Patres Nicæno ſymbolo circa Spiritum Sanctum Dominum, & vivificantem ex Patre procedentem, cum Patre, & Filio ſimul adorandum, &c. propter Macedonianos adjecerunt. Bracarenſes Antiſtites propter Priſcillianiſtas id temporis per Luſitaniam, imo & univerſam Hiſpaniam hæreſim ſpargentes additamentum conſcripſerunt. Priſcillianiſtæ, teſte Mag. P. Aug. lib. de hæreſibus, de Chriſto Sabellianam Sectam tenebant eundem ipſum eſſe dicentes, non ſolum Filium, ſed etiam Patrem, & Spiritum Sanctum: Patres igitur ut Perſonarum diſtinctionem oſtenderent, & Filium nec eſſe Patrem, nec Spiritum Sanctum eſſe ſtabilirent, non tam Filium à Patre, ſed etiam Spiritum Sanctum à Patre, & Filio procedentem profeſſi ſunt. Et dubium maximum eſt inter Theologos Hiſtoricos, quo tempore id additamentum eſt factum, aliis cum Emmanuele Caleca, & Genebrardo à tempore Damaſi Papæ judicantibus, aliis cum S. Antonino, & Siſinio Patriarcha Conſtantinopolitano ſub Niculao I. aliis cum Juliano Cardinali, & Andrea Coloſſenſi à Synodo ſeptima generali: plurimi in plurimas de tempore ſententias abeunt; quibus ignotum erat Bracarenſe primum Concilium uſque ad eorum tempora non divulgatum.

Gaſpar Eſtacius de antiquitatibus Luſitaniæ cap. 73. Concilium iſtud confictum putat, etiam quod Pancratius Dominus appelletur, cum iis temporibus id nomen ſoli Deo omnium rerum vere Domino tribueretur: Eſtacii objectioni addit quidam eruditus Vir aliam non imparis quidem momenti, quod Epiſcopi invicem per pronomen *Tu* honorentur, miſſam facientes honorariam conſuetudinem veſtræ Charitatis, ac Fraternitatis, quæ paſſim Epiſcoporum literas, & colloquia legenti occurrit. Eſtacius diligentiſſimus antiquitatum explorator à veteri ejuſdem Concilii temporis more evincitur, quo Epiſcopos Dominos appellari non nova res erat. In Concilio Toletano I. anno 400. ex ipſius geſtis: *Gomaſius Presbyter di-*

Digitized by Google

*xit : nemo dubitet me cum Domino meo Epiſcopo ſentire, & omnia damnare, quæ damnavit.* Quam plurimæ ſunt Epiſtolæ Mag. P. Aug. eodem ſæculo ad Epiſcopos, & alios ſcriptæ, quos Dominos inſcribit, & vocat: en Epiſtolam 162. *Domino Beatiſſimo & venerabili Fratri, & Coepiſcopo Sancto Evodio* : & in eadem ſic Evodium adloquitur : *Hæc accedit, quia non tu, & tales tantummodo cogitandi eſtis lecturi eſſe, quod ſcribimus* : plurima alia omitto.

Maximum tandem argumentum adferunt ex ſilentio tot Hiſpanienſium ſcriptorum uſque ad initium ſæculi decimi ſeptimi, quo Fr. Bernardus de Brito illud in lucem protulit. Innocentius III. in Epiſt. ad Petrum Compoſtellanum Epiſcopum, ut ejus diſſidia cum Bracarēſi Antiſtite circa Eccleſias ſuffraganeas cōponeret primam Synodum Bracarenſem vocat, quæ anno 563. Lucretio Præſide Bracaræ Epiſcopo convocata eſt : *Porro ſecundum Bracarenſe Concilium non præceſſit Bracarenſis Synodus niſi prima.* Ante Innocentium III. Martinus Bracarenſi in Synodo Era 610. ſub Mirone Suevorum Rege anteriorem Synodum primam dixit : *Quæ oneroſum fuit in primo illo Concilio multa ſimul ingerere, neceſſarium videtur modo ad notitiam Sanctæ veſtræ Charitatis deferre.* Tempus ipſum, quo primo editum eſt, & apparuit, non multo poſt Pſeudochronicorum editionem, quæ plurimas fabulas in publicum adduxerunt, ſuſpectum, nec facile credendum reddit Concilium nuper inventum.

Ad ultimum, firmiuſque argumentum dico magnam Fr. Bernardus de Brito adveniſſe laudem, nam ex Bibliothecæ pulvere publicum fecit Concilium, quod Luſitani omnes neſcierant. Quot Jacobo Sirmondo, Patribuſque Benedictinis Congregationis S. Mauri debentur laudes? Quot Michaeli LeQuien? Quot Marteni, & aliis, qui Codicum vetuſtorum pulverem excuſſerunt, & juri publico reddiderunt, quos veterum, & coævorum ſilentium prætermiſerat? Coætaneorum ſilentium non eſſe evidens

Hi-

Digitized by Google

Hiſtoriæ argumentum in cap. de Arte Critica ſatis oſtendi. Fieri enim facile potuit, ut ex iis Epiſcopis, qui illud celebrarunt, aliqui manentes, vel alio fugientes, acta ipſa in loco tuto reconderent, aut ſecum deferrent, & ex iis poſtea exemplar aliquod manuſcriptum ſervatum uſque ad hæc tempora fuerit, præſertim in Alcobacienſi Bibliotheca multarum antiquitatum ampliſſimo ærario. Nec à Pſeudo chronicorum Auctoribus, qui ſæculo decimo ſexto exeunte ſuas fabulas texuere, confectum eſt exiſtimandum, cum ſæculo decimo ſeptimo ineunte Fr. Bernardus de Brito in Codice manuſcripto veteri, & carioſo literis Gothicis ſcripto invenerit, quem Codicem ſe vidiſſe teſtatus eſt diligentiſſimus antiquitatum explorator Loſada in literis teſtimonialibus ad Reverendiſſimum P. Fr. Dominicum Cabral Ciſtercienſis Ordinis per Luſitaniam Generalem. Cardinalis Aguirre tom. 2. Concil. Hiſpan. in notis ad idem Concilium annotavit in eo non apparere abſurditates, paradoxa, anachroniſmos, & monſtra, quæ fere in Pſeudo chronicis occurrunt.

## CAP. IV.

### *De aliis Conciliis ad Luſitaniam ſpectantibus.*

CUm nefandiſſima Priſcillianæ ſectæ venena per Gallæciam, & ceteras Hiſpaniarum regiones ſerperent, juſſu Leonis Magni Romani Pontificis in Ep. 93 ad Turibium Aſturicenſem Epiſcopum Celenis apud Gallæciam ab Epiſcopis illius provinciæ adverſus Priſcilliani errores Synodus, cui Idacius, & Ceponius, aut alio nomine Balconius Bracarenſis ejuſdem Leonis decreto imminebant, convocata eſt. Ab Epiſcopis quoque Tarraconenſibus, Carthaginenſibus, Luſitanis, atque Bæticis, quo tamen loco incertum eſt, Concilium harum quatuor provinciarum generale, jubente ipſo Leone, celebratum eſt. De utroque Concilio, & ſuo primatu, ac auctoritate per



Digitized by Google

Luſitaniam, & univerſam Hiſpaniam teſtimonium refert idem Pontifex in citata Epiſtola: *Dedimus literas ad fratres, & Coepiſcopos noſtros Tarraconenſes, Carthaginenſes, & Luſitanos, atque Gallicos* (quos nonnulli minus recte Gallicanos opinati ſunt, Gallæci enim in Suevorum Hiſtoria apud S. Iſidorum Gallici nuncupãtur) *eiſque Concilium Synodi generalis indiximus. Ad tuæ ſolicitudinem pertinebit, ut noſtræ ordinationis auctoritas ad prædictarum provinciarum Epiſcopos deferatur. Si autem aliquid (quod abſit) obſtiterit, quo minus poſſit celebrari generale Concilium: Gallæciæ ſaltem in unum conveniant Sacerdotes, quibus congregatis fratres noſtri Idacius, & Ceponius imminebunt, conjuncta cum eis inſtantia tua, quo citius vel provinciali conventu remedium tantis vulneribus adferatur.*

Utramque etiam Synodum agnovit Lucretius Bracarenſis Epiſcopus in Concilio primo Bracarenſi, quod à
Cap. 2. nemine in dubium vertitur: *Lucretius dixit: credo veſtræ Beatitudinis fraternitatem noſſe, quia eo tempore, quo in his regionibus nefandiſſima Priſcillianæ Sectæ venena ſerpebant, Beatiſſimus Papa Urbis Romanæ Leo per Turibium Notarium Sedis ſuæ ad Synodum Gallæciæ contra impiam Priſcilliani Sectam ſcripta ſua direxit, cujus etiam præcepto Tarraconenſes, & Carthaginenſes Epiſcopi, Luſitani quoque, & Bætici facto inter ſe Concilio regulam Fidei contra Priſcillianam hæreſim, cum aliquibus capitulis conſcribentes ad Balconium hujus Bracarenſis Eccleſiæ Præſulem direxerunt*: harum Synodorum acta in Concilio Bracarenſi præ Epiſcoporum manibus habebantur, hodie tamen non extant. Jam compertum eſt, quod omnium Hiſpanienſium Epiſcoporum primus S. Turibius licet Metropolitæ Bracarenſis ſuffraganeus Apoſtolicæ Sedis poteſtate ornatus juriſdictionem aliquam in alienis provinciis exercuerit; non tamen exceſſit ſolicitudinem adimplendi Leonis juſſa in Priſcillianiſmi negotio.

Digitized by Google

## CAP. V.

### *De Primatu Romani Pontificis.*

NOn tantum ex S. Leonis Epiſtolis ad Turibium Aſturienſem, Epiſcopoſque Luſitaniæ, & Tarraconis ipſius auctoritas, ſupremumque jus in Hiſpaniis noſtris oſtendendum eſt, imo & ex alia, quam ipſe an. 434, dedit ad omnes Epiſcopos, & Hiſpaniarum, & Galliarum de ſolemnitate Paſchali eo anno octavo Kalendas Maji obſervanda, quam Epiſcopi noſtrarum Provinciarum venerabundi ſuſceperunt, totamque litem inter ipſos, & Gallos de obſervatione exortam ſuffocarunt; litis cauſa erat: alii eo anno Paſchatis feſtum ad 15 Kalendas Maji celebrarunt, alii 8. Kalendas ejuſdem menſis. Mag. Leo ut diſſidentes in poſterum componeret, ad Martianum Imperatorem in Oriente ſcripſit, ut à peritis, quibus hæc temporum ratio erat cura, ſciret, ac reſcriberet; cujus reſcripto accepto, Orientalibus adquieſcens deciſivam ſuam Epiſtolam ad noſtros, & Gallos Epiſcopos direxit.

## CAP. VI.

### *De Regibus.*

EX Idacio in chronico Era 447. quæ incidit in annum Chriſti 409. Alani, & Wandali, & Suevi Hiſpanias ingreſſi ſunt, alii 4. Kalendas, alii 3. Idus Octobris memorant, tertia feria, Honorio VIII, & Theodoſio Arcadii Filio III. Conſulibus. Per Hiſpanias debachabantur Barbari; provincias Imperii Romani deprædabantur, ſæviente peſtilentiæ malo, opes, & omnem Hiſpanorum ſubſtantiam tyrannici prædatores inficiebant, famis periculum adeo crevit, ut hominum carnes famelici homines devorarent. Matres, necatis, & coctis per ſe natorum

Digitized by Google

membris reficiebantur. Beſtiæ fame, & peſte cadaveribus adſuetæ, homines interficiunt, eorum paſcuntur carnibus, & in humani generis excidium efferantur: ita quatuor plagis ferri, famis, peſtilentiæ, & beſtiarum ulcerata Hiſpania Divini judicis iram paſſa eſt. Unde non tam ex Idacio, quam & ex Oroſio, aliiſque antiquis Hiſpaniarum Scriptoribus falſum eſt, quod maxime id in libro veteri Erarum Monaſterii S. Crucis deſcriptum barbaras gentes in Hiſpaniam fuiſſe ingreſſas Era 366.

Barbari Hiſpaniarum provincias tot plagis laceratas aſpicientes populis extinctis languere, terram cultoribus carere, ſe ipſos fructibus defraudari, ſuæ miſeriæ, ac penuriæ condoluere, ſorte ad habitandum ſibi provinciarum diviſerunt regiones: Wandali ſub Gunderico Gallæciam occuparunt, & Suevi ſub Hermenerico ſitam partem in extremitate Oceani maris occidua, & Bracaram regni ſedem habuere. Alani ſub Reſplendiano Luſitaniam, & Carthaginenſem provinciam, Carpetania excepta, & Certiberica, quæ in Romanorum fide perſtiterunt: Wandali Silingi cognominati Bæticam tenuere. Hiſpanienſes, qui à plagis ſoſpites remanſerant, barbarorum ſubjecti ſunt ſervituti.

Reſplendiano Alanorum Principi ſucceſſit Ataces Chriſtianus quidem, ſed ſectator Arianorum, qui apud Emeritam in Luſitania ſedem collocavit: id temporis Hermenericus Suevorum Rex Olyſiponem cepit, & Luſitaniæ partem, quæ ſuper Oceanum uſque ad Turdetaneam tendebatur: Ataces, qui Wandalis, & Suevis potentatu eminebat, Hermenerico bellum indixit, veterem Colimbriam æquavit ſolo, & juxta Mundam fluvium novam conſtruxit, in cujus conſtructione Elipandus Epiſcopus, & Sacerdotes, & populus Chriſtianus, quos duxerat captivos, operibus ſerviebant. Hermenericus, Gunderico Wandalorum Rege in auxilium advocato, adverſus Atacem cum milite perrexit, Ataces victor remanſit, & Suevos uſque ad Durium perſecutus eſt. Hermenericus

Digitized by Google

ad Atacem legatos miſit pacem petitum, & per ipſos Cindaſundam filiam piam, & catholicam uxorem promiſit: finitur bellum, Ataci nupta eſt Cindaſunda, Catholicis favit, eos in libertate poſuit: hinc in diſcordiæ per puellam nuptam finitæ ſignum, depinxit turrim cum puella, juxta quam draconem viridem, & leonem rufum compoſuit, quæ Colimbriæ uſque ad hæc tempora ſunt ſtema, & inſigne.

Cum Alani ſub Rege Atace in Luſitania ſuperbo oculo, & corde avido collocarentur, ita ut Silingos in Bætica, Suevos in Gallæcia, Romanos in Carpetania præeminerent, Conſtantius Patricius Romanorum Præſes in Carpetania, pace facta cum Wallia Gothorum Rege Athaulphi ſucceſſore, eum invocavit. Wallia Romani nominis cauſa Alanis, & Wandalis Silingis in Luſitania, & Bætica ſedentibus adverſatur, magnas eorum cædes efficit; & Alani adeo cæſi ſunt à Gothis apud Emeritam, ut extincto Atace Rege; ipſorum pauci, qui remanſerant, regis nomine apud eos abolito, Gunderico Wandalorum Regi Gallæciæ reſidenti ſe ſubjecerint: pars Suevis, qui Olyſiponem tenebant: & ita periit Alanorum gloria.

Inter Gundericum Wandalorum, & Hermenericum Suevorum Regem certamine inito, Wandali in Nervaſis montibus Suevos obſident; inde iſtorum obſidione relicta, inſtante Aſterio Hiſpaniarum Comite, & ſub Vicario Maurocello, aliquantis Bracaræ in exitu ſuo occiſis, dimiſſa Gallæcia, Bæticam petierunt. Hæc ex Idacio in chronico. Alani, audita morte Conſtantii, quem Honorius Cæſarem declaraverat apud Ravenam, ad ingenium redierunt, Emeritam, unde pulſi fuerant, reverſi totam Luſitaniam recuperabant. Sed cum minor Theodoſius, Valentinianum Placidiæ amitæ ſuæ, & Conſtantii filium Imperatorem renuntiaſſet, is contra Alanos, & Suevos in Luſitaniam Comitem miſit Sebaſtianum, qui Alanis, & Suevis devictis, partæ Luſitaniæ Rex acclamatus eſt, ſeu potius tyrannidem affectavit, Wandalis fœdere ſe adjunxit; atta-

Digitized by Google

men paulo mox ab iis circumventus, & interemptus eſt: & quæ Sebaſtianus bello obtinuerat, Alani, & Suevi poſt illius mortem reciperarunt.

Wandalis omnibus, ſub Genſerico Rege ex Catholico Apoſtata facto Gunderici fratre, & ſucceſſore, cum familiis de Bæticæ provinciæ littore ad Africam transfretantibus, Hermenericus Suevorum Rex ſolus Gallæciam tenuit, & Gallæcos, qui in aliqua parte dominio utebantur, continuis inſultibus invaſit: & poſt pacis jura cum iis Gallæcis confirmata morbo oppreſſus filium ſuum Rechilã regni Suevorũ hæredẽ inſtituit, qui ab armis, & bellis reſpirare non videbatur, & Andevotum militiæ ducem, quem Romani miſerant Bæticam cum exercitu occupatum, occurrens ad Silingionem Bæticæ fluvium aperto Marte interfecit, & multas auri, argentique opes obtinuit; Bætica ejus ditioni jam ſubdita, Luſitaniam in ſuam ſervitutem volens adigere, Emeritam ingreſſus eſt, & captam ſuo regno adjunxit. Anno Chriſti 440. Era 478. Hermenericus per ſeptem annos ægritudine adflictus tandem obiit, poſtquam triginta duobus annis regnaverat. Rechila ſolus à Patre relictum regnum habuit, armis adeo potens eſt factus, ut Carthaginenſem quoque provinciam in ſuam redigeret poteſtatem: ex Idacio hæc ſunt in chronico: Gallæcia, Luſitania, Bætica, & Carthaginenſi provinciis ſub ejus dominatu perſtantibus, erat in Hiſpania Monarchus: cum Emeritam menſe Auguſto adiiſſet, ex eodem Idacio, gentilis cultus profeſſione poſt ſeptem regni annos vitam miſere conſummavit.

Anno Chriſti 447. Rechiarius Rechilæ filius Catholicus factus Patris regnum hæreditario jure ſuſcepit, & apud Emeritam regiis inſignibus decoratus eſt. Theudoredi Regis Gothorum filiam uxorem duxit: ad ſocerum ſuum profectus in Galliam Gothicam, ab eo deſcendens honoribus cumulatus exercitum geſſit, Cæſarauguſtanam regionem, quæ in Carpetania Romano Imperio obtemperabat, deprædatur. Mortuo Theudoredo cum tercen-

Digitized by Google

tis ferme hominum millibus in bello Catalaunico, Rechiarius in Hiſpaniis cœpit inſoleſcere, Carthaginenſes regiones, quas ejus Pater Romanis reddiderat, deprædatus eſt. Legati Gothorum venerunt ad eum, ut non tantum à finibus alienis diſcederet, verum & imperare non intenderet, poſt quorum adventum Rechiarius cum magno Suevorum exercitu Provinciam Tarraconenſem impetivit, ſpoliavit, & magnam captivitatem in Gallæciam deduxit. Mox Theodoricus Theudoredi II. filius Gothorum Rex cum magnis copiis Aviti Imperatoris ordinatione Hiſpanias venit, Rechiarius cum Suevorum exercitu occurrens duodecimo de Aſturienſi urbe milliario ad flumen Urbicum aperto certamine devictus eſt. Cæſis ſuorum plurimis, aliis captis, aliiſque fugatis, ipſe ad extremas Gallæciæ ſedes profugus evaſit.

Theodoricus cum agmine ad Bracaram pertendit, iſtam, licet nullus civium ſanguis effluxerit, lacrimabili, ac mæſtiſſimo fato diripuit. Romanorum magnam egit captivitatem captivorum, Sanctorum Baſilicas effregit, altaria ſuſtulit, Dei Virgines exinde abduxit, eorum tamen integritatem ſervavit, & corrumpi à militibus prohibuit, Clericos uſque ad pudoris nuditatem exuit, populum promiſcui ſexus cum parvulis ad loca ſancta refugientem inde abſtraxit, & ea jumentis, pecoribus, camelis omnium horrore implevit, & profana reddidit. Super Bracaram ex parte divini judicii ira viſa eſt, quæ ſuper Jeruſalem quoque ſcribitur adimpleta. Rechiarius ſuæ civitatis depopulationem audierat, ad Portucale profugerat, quem tamen Gothi invenientes captivum Theodorico adduxerunt, & in carcere tenuerunt, ceteri, qui de priori prælio extiterant, Suevi ſe tradiderunt, quorum plurimis interemptis, occiſoque Rechiario, Suevorum regnum defecit. Ajulphus, quem Hiſpali ducem Suevi præfecerunt, id temporis Suevorum arma adverſus Theodoricum ſuſcitare contenderat, ſed à Gothis, quos Theodoricus ipſe apud Bracaros reliquerat impetitus Portucali

Digitized by Google

occiditur. Theodoricus ad Luſitaniam perrexit, & Emeritam volens depopulari B. Eulaliæ Martyris oſtentis territus cum exercitu ſtatim abiit.

Occiſo Rechiario menſe Decembri anno 456. Suevi in partes diviſi ſunt: pars Maſdram Maſſilæ filium Regem declaravit, qui duobus tantum annis regno ſedit, pars Frantam: poſt Maſdræ obitum, qui Maſdræ partium erant, Ramiſmundum Maſdræ filium in Patris locum ſubſtituunt, qui cum Franta icto fœdere, Luſitaniam depopulabundi invaſerunt: biennio tranſacto, Franta obiit, ejus pars Frumarium ſibi Regem fecit, qui ſuper regni præeminentia cum Ramiſmundo litem habuit; aſt poſt biennium Frumario mortuo, Remiſmundus cum Gallæcis pacem iniit, & Suevorum in Gallæcia Regnum adeptus eſt, Suevis ipſis eum ſibi Regem præficientibus. Remiſmundus Luſitaniam ingreditur, Colimbriam in pace obtinuit, domus cum aliqua murorum parte deſtruxit, accolis diſperſis, & captis, civitas tota deſolatur. Inter Colimbrienſes captos nobilem familiam Cantabri ſpoliavit, & captivam matrem cum nobiliſſimis filiis abduxit: hinc Olyſiponem veniens eam occupavit, quam Lucidius civis, qui ei præerat, tradidit. In Gallæciæ, & Luſitaniæ principatum his ſucceſſibus evectus Remiſmundus ad Theodoricū Gothorum Regem legatos miſit pacem, & amicitiam poſtulatum: quos Theodoricus benigne audiit, & in amicitiæ ſignum cum muneribus, & armis filiam conjugem deſtinavit, & miſit, qua in matrimonium accepta, Remiſmundus cœpit amplius ſuperbire. Poſt Remiſmundum alii in ſæculo quinto jam vergente Suevorum extiterunt Reges, quorum tamen nomina in Suevorum hiſtoria non inveniuntur propter impietatem indigni, quorum poſteri recordentur.

CAP.

Digitized by Google

## CAP. VII.

### *De origine Alanorum, Suevorum, Wandalorum, ac Gothorum, qui Luſitaniam invaſerunt.*

GEntes efferas, & indomitas, Alanos, Suevos, Wandalos, & Gothos ex Septentrione adveniſſe nullus dubitat, quibus tamen ex Septentrionis regionibus mutua eruditorum, ac veterum contentione diſputatur. Earum gentium fœcunditas ad filios generandos ea erat, ut ad unas tantum nuptias non addicti plurimum Veneri indulgerent, multitudinem augerent, & quapropter ſterilis ſoli, & ſuſtentandæ vitæ neceſſitate coacti ſunt fertiliores agros petere, & depræda tionibus alienos limites comparare. Joſephus lib. 7. de Bello Judaico cap. 7. ait Alanos fuiſſe Scythas juxta flumen Tanaim, & paludem Mæotidem ſedem habentes, & ejus temporibus in Mediam fuiſſe molitos. Amianus Marcelinus lib. 31. Joſepho non diſſentit, ſcribit fuiſſe Maſſagetas populum Sarmatiæ Europeæ ſic dictos quaſi graves Getas, Maſſa enim apud Scythas grave ſignificat ex Iſidoro lib. 9. Ethym. *Tranſito*, ait de Alanis Marcelinus, *Tanai, qui ab Europa Aſias diſterminat in immenſum extentas Scythiæ ſolitudines Alani inhabitant ex montium appellatione cognominati, paulatimque nationes conterminas crebritate victoriarum attritas ad gentilitatem ſui vocabuli traxerunt ... diffuſi per populos, ac gentes amplas Aſiaticos vergentes in tractus .... Mores, & media, & formam efferatam vivendi habent: nec enim in illis ſunt tuguria, aut verſandi veneris curæ, ſed carne, & copia victitant lactis, plauſtris ſuperſidentes, quæ operimentis curvatis corticum per ſolitudines conferunt ſine fine diſtentas. Cum ad gramina venerint, in orbiculatam figuram locatis Sarracis ferino ritu veſcuntur: abſumptiſque pabulis, velut carpentis civitates impoſitas vehunt, in his naſcuntur, & educantur*



Digitized by Google

*infantes, & habitacula ſunt hæc illis perpetua, & quocumque ierint illic genuinum exiſtimant larem. Juventus equitandi uſu à prima pueritia coaleſcens incedere pedibus exiſtimat vile, & omnes militari diſciplina prudentes ſunt bellatores; beatos colunt, qui in bello cecidere.*

Suevi Germaniæ populi erant, ex quibus veteres Hermanduri, de quibus Paterculus lib. 2. cap. 106. originem duxerunt, ad Septentrionem valde extendebantur, & ſeptem nationes ſub ſe, teſte Brietio, continebant, Anglos, Varinos, Gaviones, Deuringos, Eudoſes, Huithones, & Sardones; mare Balticum ab iis Suevicum etiam nominatur. Iis affines, ac mixti erant Wandali, Venedi, ſcilicet, Fenni, & Silavi, qui ad oram quoque maris Baltici Germaniam tenuere, inde Pornerianam, Poloniam, Sileſiam, Bohemiam, Prutiam, Dalmatiam dilatati ſunt. Suevi, Wandali, & Alani Gothorum vires formidantes ſeſe fœdere conjunxerunt, ut ſimul adunati Gothorum armis occurrerent, impares tamen inventi ſunt, adeo ut ſedes, & natales, & quas bello comparaverunt, deſerere ab ipſiſmet Gothis cogerentur, & Gallias, & Italiam, & Hiſpanias, ingrederentur.

Jornandes de reb. Gothicis cap. 3. & 4. & ſeq. tom. Biblioth. Patrum Gothos ait fuiſſe egreſſos ex Scandia, ſive Scandinavia Inſula, quam Claudius Ptolemæus, & Pomponius Mela in Oceano ſeptentrionali poſitam dicunt: pandis lateribus in longitudinem ducta ſeſe concludit; hodie Dinamarcam, Sueviam, & Nortruegam comprehendit. Ab Oriente amnem Viſtulam à Sarmatiæ collibus ortum, & trifidum Oceano ſe immiſcentem habet, vaſtiſſimum quoque lacum, unde flumen Vagi undis exagitatum vertitur in Oceanum. Ab Occidente immenſum pelagus reſpicit; à Septentrione Oceano innavigabili clauditur. Ptolemæus ſeptem nationum ibi degentium nominatim meminit, Gothorum, Viſigothorum, Oſtrogothorum, Danorum, Rugorum, Arothorum, & Thaniorum, alias prætermiſit. Hanc Inſulam Jornandes gen-

Digitized by Google

tium officinam, & vaginam appellavit, inde exeuntes Gothi Wandalos à patriis limitibus projecerunt, Scythiæ regna ſuæ ſervituti ſubjugarunt, quæ hodie Gothia nuncupatur: quapropter ab incolatu Scythæ, & Getæ nominantur. Aſiam, Armeniam, Syriam, Ciciliam, Galatiam, Piſidiam, Joniam, & Æoliam, ac Thraciam domuerunt: Italiam, & Romam vaſtaruut, Gallias aggreſſi ſunt, Hiſpanias tandem adepti apud Toletum, Sedem, & Imperium collocaverunt, omnibus populis terrorem intulerunt.

Primum ferarum crudelitate prædiți erant, humanam rationem non ſequebantur: relicta Scandia, eorum habitationes erant tentoria, nec munimenta, nec domos conficiebant, & licet terras ſubjicerent, ab armis, & depræ-dationibus non abſtinebant. Martem ſemper aſperrima placavere cultura: nam victimæ ejus fuere mortes captorum: bellorum Præſulem aptius humani ſanguinis effuſione placandum opinabantur: huic prædæ primordia vovebant, huic truncis exuvias ſuſpendebant: eratque illis religionis præter cæteros inſinuatus affectus, cum Parentem Martem colerent Geticis campis exortum de qua Virgilius Ænead. 3.

*Gradivumque Patrem, Geticis qui præſidet arvis.*

Eorum mulieres, præſertim quæ juxta fluvium *Termedontum* habitaverant de virorum ſuorum interitu condolentes paucos, qui hoſtes ſuos evaſerant, occiderunt, ut cunctæ pari fletu virorum ſanguinem vindicarent, nec poſtea gaudiis maritalibus incubuerunt, ſed tantum bello traditæ ſunt, cum quibus pacem habebant, iis nubebant, partus vero tempore, maſculos necabant, & fœminas reſervabant, earum dextras mamillas abſcindere decrevere, ut armis, & ſagittandi officio forent expeditiores. Hinc celeberrimæ Amaſones ortæ ſunt, quæ Armeniam, Syriam, Ciliciam, Galatiam, Piſidiam, Joniam, Æoliam, Scythiam domuere, ibique dominantes civitates, caſtraque ſuo nomine dicavere. Poſtquam aliarum nationum uſus, & conſuetudines, & civitates ob oculos habuerunt, benigni,

Digitized by Google

manſueti, humanioreſque facti ſunt, Gothi Philoſophos ſuos coluerunt, ad quos imbuendi accedebant; regalemque tandem poteſtatem ſuſceperunt, quam diu aſſervarunt: & florentiſſimi, præſertim in Hiſpanias tenuerunt.

## CAP. VIII.

### *De Viris ſanctitate, & ſapientia Illuſtribus.*

#### §. I.

#### *De Paulo Oroſio.*

BRacaræ Auguſtæ magna laus eſt, quod Paulo Oroſio Mag. P. Auguſtini diſcipulo ſit natale ſolum. Eum quidam Cordubenſem, alii Tarraconenſem putarunt, Bracarenſem tamen fuiſſe certius traditur. Avitus Presbyter Bracarenſis, de quo infra, in Ep. ad Balconium Bracarenſem Epiſcopum ait Oroſium ad loca ſancta ab Epiſcopis Africanis miſſum ei ibi degenti omnium Bracarenſium præſentiam reddidiſſe; & ſe per ipſum Oroſium Bracaram redeuntem Balconio, & ejus Eccleſiæ S. Martyris Stephani reliquias miſiſſe. De Errore Priſcillianiſtarum, & Origeniſtarum Mag. P. Auguſtinum, cujus ſapientia per univerſam Eccleſiam fundebatur, per literas conſuluit Oroſius; ad quem S. P. anno 415 contra Priſcillianiſtas, & Origeniſtas librum ſcripſit: eodem anno Africam ad Auguſtinum profectus eſt de animæ origine erudiendus, quem ad Hieronymum in Oriente apud Bethleem commorantem, cum Epiſtola, quæ nunc eſt 166. pergi fecit Auguſtinus, ut poſſet diſcere, ac doceri. *Huc venit*, ait S. P. *ad me Religioſus juvenis, catholica pace frater, ætate filius, honore compresbyter noſter Oroſius, vigil ingenio, promptus eloquio, flagrans ſtudio, utile vas in domo Domini eſſe deſiderans, ad refellendas falſas, perniciosaſque doctrinas, quæ animas Hiſpanorum multo infelicius, quam corpora barbaricus gladius, trucidarunt... unde docui hominem quod potui: quod autem non potui,*

*unde discere posset, admonui, atque ut ad te iret hortatus sum*: Jerosolymitano conventui in causa Pelagii per Joannem Episcopum tunc habito interfuit, de quo judicio Mag. P. Aug. loquitur de gestis Pelagii cap. 14. hujus Concilii Patribus narravit ille, quæ apud Carthaginem adversus Pelagium anno 412. acta sunt, se à Pelagio audivisse dixit: *Hominem posse esse sine peccato, si velit; & mandata Dei facile custodire etiamsi velit*, quæ tamen ab Africanis fuerant damnata. Cum Pelagius inter Presbyteros, licet laicus, Joannis jussu sedens exciperet, non dicere se id posse fieri sine adjutorio Dei, Joannes exceptionem accepit, & Orosium eo adducere intendit, ut se judice, actor in causa Pelagii foret; verum multis causantibus, eundem non posse esse Patronum, ac judicem, causamque inter latinos natam à latinis esse finiendam, ad Innocentium I. Romanum Pontificem tota res delata est.

Interea Pelagius, & ejus Assecla coram Joanne Jerosolymitano Orosio exprobarunt, quod nec per Dei gratiam homines esse posse sine peccato crederet; quod opprobrium, ut expelleret Orosius, de libertate Arbitrii Apologiam scripsit. Versutus adeo erat Pelagius ut gratiam Christi ad opus bonum supernaturaliter admisisse se fingeret; cum gratiam Dei, & adjutorium, quo adjuvamur ad non peccandum, aut in natura, & libero poneret arbitrio, aut in lege, atque doctrina: ait Mag. P. Aug. lib. de nat. & grat. cap. 4. & aliis. Anno 416. Orosius ad Synodum Carthaginensem Herotis Arelatensis, & Lasari Aquensis Episcoporum literas adtulit, quibus lectis, Pelagium, & Celestium auctores argui nefarii prorsus, & ab omnibus anathematisandi erroris adverterunt Patres. Historiarum ab origine mundi septem libros scripsit, in quibus multarum rerum memoria extat, quæ apud alios post tantam Livii, Taciti, atque aliorum historicorum jacturam non inveniuntur: dolendum fuit tanti viri tam fructuosam historiam adeo mendose hactenus in manibus

Digitized by Google

versari : cum aliquot ex exemplaribus manuscriptis eam contulit Gerardus Bolsvinge, ejus emendationi operam deinde dedit Joannes Cæsarius, sed profecto necesse est ut exemplaria, quæ iis erant ad manus, non fuerint quam diligenter exarata, vel ipsi non accurate, prout opus erat, perspexerint. Menda, quæ illi reliquerant, exemplarium manuscriptorum collatione Fabricius Marcoduranus reparavit.

Denique ne Tarraconensibus Orosium sibi vindicantibus gloriam fine jure cripere videamur, cum Bracarensem eum dicimus; ipsum Orosium in lib. 7. cap. 22. brevi exponam, nec prætermittam oportet. Orosius de urbium, regnorum, provinciarumque vastationibus loquutus, ad sua usque tempora devenit, aitque *ex quibus nos quoque in Hispania Tarraconem nostram ad consolationem miseriæ recentis extendimus*: En suam appellat Tarraconem, quasi ejus patria esset, addunt alii. Sed quid mirum Orosium virum Hispanum natum Bracaræ, quæ olim provinciæ fuerat Tarraconensis, Tarraconem suam nominaret, veluti provinciam suam ab hostibus divexatam ostenderet. Nonne etiam Lusitani Brasiliam suam appellant, Galli suam Aquitaniam, Narbonem, Celticam, & Belgicam nominant, quod sub una, eademque Regis ditione claudantur? Gaspar Estatius neque Tarraconensem, neque Bracarensem Orosium putat, sed Romanum, adductus Orosii auctoritate lib. 5. cap. 2. *Mihi autem prima qualiscumque motus perturbatione fugienti, quia de fugiendi statione securo, ubique patria, ubique lex, & religio mea est ... quia ad Christianos, & Romanos Romanus, & Christianus accedo ... utor temporarie omni terra quasi patria.* Non alius Orosii est sensus, quam ut ubicumque ipse Christianus, & moribus, ac legibus Romanus peregrinus degeret, cum Christianis, & Romanis tanquam in patria commoraretur.

*Lib. de variis Portugaliæ antiq.*

Digitized by Google

## §. II.
## *De Avito.*

EOdem ſæculo floruit Avitus Presbyter Bracarenſis, Epiſtola ad Balconium Bracarenſem Antiſtitem, & Clerum, & plebem Bracarenſem de reliquiis S. Stephani, & de Luciani Epiſtola à ſe è Græco in Latinum verſa extat in appendice tomi 7. operum Mag. P. Aug. de Civit. Dei novæ Venetæ editionis. Eum Bracarenſem fuiſſe ſatis oſtendit Epiſtola, in qua Bracaræ patriæ ſuæ id temporis à barbaris illato excidio compatitur. *Memores eſſe mei* (vos Bracarenſes) *cupio, & deprecor; ſicut & ego, in quantum valeo, memoriam veſtri habere non ceſſo, tribulationibus veſtris meo dolore compatiens, & pro diſcidio patriæ noſtræ in locis ſanctis inceſſabiles lacrymas confundens: ut aut vobis Dominus reſtituat libertatem, quos admonere voluit, aut illis tribuat manſuetudinem, quos prævalere permiſit. Et quidem, Beatiſſimi Fratres* (teſte Domino Jeſu Chriſto loquor) *frequenter volui venire ad vos, ut vobiſcum vel mala tolerarem, vel bonis fruerer: ſed impeditum eſt deſiderium meum, per totas jam Hiſpanias hoſte diffuſo. Veritus enim ſum, ne & ſancta loca relinquens, & ad vos forte non perveniens ubicumque interceptus, irrationabilis audaciæ pœnas luerem. Sed quoniam miſericors Deus meo voto, veſtroque merito provocante dignatus eſt indulgentiæ ſuæ gratiam, primum ut dilectiſſimus filius, & compresbyter meus Oroſius uſque ad has partes ab Africanis Epiſcopis mitteretur, cujus mihi charitas, & conſolatio veſtram omnium præſentiam reddidit: deinde ut in diebus ipſis, quibus jam ipſe reditum incredibili deſiderio parabat, Beatus, & vere Sanctus corona gloriæ noſtræ in Chriſto Jeſu primus Martyr Stephanus ſe revelare, & manifeſtare, ſignis, & virtutibus evidentiſſime ſequentibus dignaretur; quem ego tantarum rerum ordinatoris Dei occaſione perceptum, dignius duxi charitati ve-*

Digitized by Google

*stræ præmittere, ut ipse præsens advocatus, & Patronus obsequentium sibi petitionibus dignetur assistere, qui cum patretur, etiam pro inimicis orare dignatus est. Itaque Beatissimi, dilectissimique Fratres, memoriam vestri incessabiliter agens, & tam congruentem ordinantis Dei dispositionem videns, promptus fui de presbytero, cui revelatum fuerat, partem aliquam inventi corporis promereri, quam festinando expetitam, secretoque perceptam ad vos dirigere non distuli. Quamobrem misi vobis per sanctum filium, & compresbyterum meum Orosium reliquias de corpore B. Stephani primi Martyris, hoc est pulverem carnis atque nervorum, & quod fidelius, certiusque credendum est, ossa solida, atque manifesta sui sanctitate novis pigmentis, vel odoribus pinguiora. Ut autem nulla possit esse dubitatio, ipsam ad vos subditam scriptis meis S. Presbyteri* (Luciani) *cui hæc revelata sunt, Epistolam, conscriptionemque transmisi, quam me pro fide veritatis plenius cognoscendæ rogante, & expetente dictavit, græco primum ipse sermone, sed per me postea in latinum versa est. Quæ & vos Sancti, & Beati Fratres, quam veraciter gesta sunt, tam fideliter suscepta habeatis imploro. Certus sum enim, quia sicut ipse B. Martyr dignatus est nuntiare, & pro salute mundi periclitantis se manifestare, auxilio, & præsentia tanti patroni, si vos tale pignus digno studio diligatis. tuti ex hoc, quietique vivatis. Gratia Domini nostri Jesus Christi, & Sancti Spiritus vobiscum, Dilectissimi in Domino. Amen.*

Ubi in prædicta Epistola legitur: *pro discidio patriæ nostræ*; Patres Benedictini Congregationis S. Mauri legunt: *pro discidio patriæ vestræ*; quod forte argumentum suppeditabit, ut Avitum Bracarensem esse quis neget. Verum in Ulmerii codice, & apud Baronium Annalium Parentem ad annum 415. habetur *nostræ*, in aliquot etiam veteribus Mss. & *vestræ*, & *nostræ* deest. Ex eadem Epistola, in quibus locis vitam habuerit Avitus, in Jerusalem scilicet, quænam ejus Græci idiomatis peritia fuerit,

Digitized by Google

rit, quænam erga Bracarenſes memoria, & obſequium palam eſt. Fundamento non caret, imo certum puto hunc ex duobus fuiſſe Avitis, quos Oroſius in commonitorio ad Auguſtinum meminit, & quem Jeroſolymam profectum retulit.

De duobus Avitis civibus ſuis ſcripſit Oroſius: *Tunc duo cives mei Avitus, & alius Avitus, cum jam tam turpem confuſionem per ſe ipſam veritas ſola nudaret, peregrina petierunt. Nam unus Jeroſolymam, alius Romam profectus eſt: reverſi unus retulit Origenem, alius Victorinum: ex his duobus alter ceſſit: Priſcillianum tamen ambo damnarunt.* Cum D. Hieronymus Origenis libros Periarchon græce dictos à Rufino Aquilejenſi male latinitate donatos ad Pamachii preces melius verteret, ne populis venenum aureo poculo propinaretur, eos ad Avitum miſit, ut ipſe. Maximus Doctor teſtatur in Ep. quæ nunc eſt 94. ad eundem Avitum. Hinc Oroſius in ſuo commonitorio ait Avitum Origenem retuliſſe, & ex illius libris, quædam non recta tradidiſſe.

## §. III.
## *De Paulo Concordienſi.*

IN quodam manuſcripto à ſæculo cum dimidio exſcripto, quod in Bibliotheca Regii Monaſterii S. Crucis ſub incerto Auctore cuſtoditur, id temporis Paulum Scripturarum peritiſſimum Concordiæ in Luſitania extitiſſe fertur, ad quem D. Hieronymus Epiſtolam inſcripſit, quæ nunc eſt juxta editionem Pariſienſem n. 10. ad Paulum Senem Concordienſem. Verum ex iis Hieronymianis literis nullum ſignum, nullumve indicium eſt, Paulum extitiſſe potius Concordiæ, juxta Ptolemæum lib. 2. cap. 5, & Plinium lib. 4. cap. 22. in Luſitania, quam Concordiæ juxta ipſos Geographos in Italia ad Romatinum fluvium apud oram Venetiæ inter Altinum, & Aquilejam. Aſt in Catalogo Scriptorum Eccleſiaſticorum in Tertulliano Pau-



Digitized by Google

lam Senem Concordiæ in Italia se vidisse testatur: *Vidi ego quendam Paulum Concordiæ, quod oppidum Italiæ est, Senem, qui se Beati Cypriani jam grandis ætatis notarium, cum ipse admodum esset adolescens, Romæ vidisse diceret.* Codicis manuscripti Auctor fortasse à confecto deceptus est Dextro, qui ad annum 418. Concordiensem Paulum Lusitanum fecit.

## §. IV.
## *De Lucinio.*

INter Lusitanos viros & religione, & virtute insignes, qui hoc sæculo extiterunt, Lucinium quidam numerant, ad quem Hieronymiana extat Epistola quinquagesima secunda; vir quidem divitiis potens eas in pauperes erogare satagebat, rebus, domoque abdicatis, ad loca sancta cum uxore proficisci conabatur, Hieronymum illic degentem consuluit, & ad ipsam notarios misit, qui ejus opuscula transcriberent, secumque adducerent: (Hæc origo fuit, qua D. Hieronymi opera in Hispanias asportata sunt.) Genere fuisse Bæticum Lucinium, quæstione indigna res est, cum Hieronymus in literis ad ipsum datis Bæticum appellet; ast Lusitanum fuisse in ea Lusitaniæ parte, quam Strabo lib. 3. intra Bæticæ limites posuit, Transtagana scilicet provincia prope fluvium Anam, nullum est monumentum, quod ostendat. Ex Lucinii Epistola pro comperto est quænam per Hispanias nostras fuerit disciplina de jejunio in Sabbato observando, & Eucharistia quotidie accipienda; nam Hieronymus ab ipso interrogatus respondit: *De Sabbato quod quæris: utrum jejunandum sit, & de Eucharistia an accipienda quotidie, quod Romana Ecclesia, & Hispaniæ observare perhibentur, scripsit quidam Hipolitus vir Disertissimus, & carptim diversi scriptores è variis Auctoribus edidere; sed ego illud breviter te admonendum puto, traditiones Ecclesiasticas præsertim, quæ fidei non officiant, ita observandas, ut à majoribus traditæ sunt, nec aliarum consuetudinem*

Digitized by Google

*aliarum contrario more ſubverti, atque utinam omni tempore jejunare poſſimus, quod in Actibus Apoſtolorum diebus Pentecoſtes, & die Dominico Apoſtolum Paulum, & cum eo credentes feciſſe legimus. Nec tamen Manicheæ hæreſis accuſandi ſunt; cum carnalis cibus præferri non debuerit ſpirituali. Euchariſtiam quoque abſque commendatione noſtri, & pungente conſcientia ſemper accipere, & Pſalmiſtam audire dicentem.* Guſtate, & videte quoniam ſuavis eſt Dominus: *Nec hoc dico, quod diebus feſtis putem, & contextas quinquaginta diebus ferias auferam, ſed unaquæque provincia abundet in ſenſu ſuo, & præcepta majorum leges Apoſtolicas arbitretur.*

## §. V.
## *De S. Matrona.*

SÆculo quinto vergente Matrona Virgo Luſitana, quam Suevorum regis filiam quidam opinati ſunt, cum ſanguinis fluxu laboraret, Dei monitu Italiam perrexit D. Priſci reliquias veneratum, quas cœleſti lumine apud Capuam invenit, ibique commorata in ejus memoriam templum erexit, quod populi frequentia colitur. Cardinalis Baronius in notis ad Martyrologium Romanum Idibus Martii Matronam, quæ Capuæ celebratur, non Luſitanam, ſed Africanam Martyrem, & ejus reliquias ab Epiſcopis Africanis in perſecutione Wãdalica in Italiam translatas judicat. Eminentiſſimus annalium Parens omnibus fere diſſentit, cum plures ſint Matronæ, quæ martyrium paſſæ ſunt Theſſalonicæ in Paphlagonia, & Ancyræ, ſicut ipſe teſtatur; forte Capuanam cum alia confundit; hanc, de qua ſermo eſt, Luſitanam fuiſſe omnes pene ſentiunt, qui Sanctorum acta deſcripſerunt, inter quos eſt Michael Monachus in Sanctuario Capuano: plurima tamen referuntur, quæ & temporibus Matronæ, & hiſtoriæ non congruunt.

Ex inſcriptione lapidea ſcripta in muro templi ſer-

Digitized by Google

mone Longobardico, aut Franco, quam refert Monachus, Matrona traditur, Gelasio Pontifice Maximo, & Zenone Imperatore Italiam petiisse: falsum quod maxime, cum Gelasius anno 492. ad Pontificatum post Felicem ascenderet, & Zeno 491. obiisset. Matronæ quoque ad preces Gelasium S. Prisci templum visitantibus mille centum, & duos indulgentiarum annos concessisse; quod id temporis nondum erat usitatum, non minus falsum arbitrandum est. Quanquam Ecclesia à Christo concedendarum indulgentiarum potestatem habuerit, & ab ipsius Christiani nominis exordiis concesserit; varia tamen in earum usu fuit Ecclesiæ disciplina. Prima indulgentiarum forma, quæ apud veteres legitur, fuit, cum mota persecutione, lapsis Martyrum libellos offerentibus Canonica pœnitentia relaxabatur, ut ex S. Cypriano passim de lapsis constat. Secunda cum post redditam Ecclesiæ pacem, Episcopi pœnitentibus, qui maximo cum fervore pœnitentiæ stadium decurrebant, indulgentiam tribuebant, tempus contrahentes, & ut loquitur Nicæna Synodus Can. 12. cum pœnitentibus aliquid humanius cogitantes. Tertia post septimi sæculum pœnitentiæ contractæ, ac redemptæ sunt eleemosynis sive in pauperes, sive in Ecclesias construendas, aut restaurandas 9. sæculo, alii cum Bellarmino tradunt Leonem III. Aquisgrani in palatio Caroli Cæsaris Ecclesiam dicatam Beatissimæ Virgini multis indulgentiis dotasse: & eundem Pontificem speciales indulgentias cunctis fidelibus celebrantibus festum S. Suitberti, & ad divina confluentibus contulisse: verum Epistola S. Luidgeri, quæ illis est fundamentum suppositia est: à 12. tandem sæculo indulgentiæ omnibus certas Ecclesias, & altaria visitantibus, & ad divina confluentibus concedi cœptæ sunt: & hæc specialis concessio aliena est à sæculo 5. quo Gelasius, & Matrona floruerunt.

*Lib. 1. cap. 3. de indulgentiis.*

Digitized by Google

## CAP. IX.

### *De Hæresibus, & erroribus.*

PRæter Priscillianam hæresim, quæ præterito sæculo per Lusitaniam radices egerat, Origenis errores in Bracarensi provincia in Origenianis libris, quos Avitus adduxerat, seminari, & doceri cœperunt. Orosius in commonitorio ad Mag. P. Augustinum de Avitis duobus in patria sua ait: *Cœperunt ex Origene magnifica plura proponi, quæ ex modica occasione veritas ipsa præcederet. Didicimus enim de Trinitate doctrinam satis sanam, omnia, quæ facta essent, à Deo facta esse, & omnia bona valde, & facta de nihilo: tunc deinde Scripturarum solutiones satis sobrias: omnia hæc statim à Sapientibus fideli pristinorum expurgatione suscepta sunt: remansit sola offensa de nihilo: credere enim persuasum erat esse animam; non tamen persuaderi poterat, factam esse de nihilo: argumentantes, quia voluntas de nihilo esse non possit. Hoc pene usque ad nunc manet. Isti vero Aviti duo, & cum his Sanctus Basilius Græcus, qui hæc beatissime docebant, quædam ex libris ipsius Origenis non recta, ut nuper intelligo, tradiderunt. Primum omnia antequam facta apparerent, semper in Dei sapientia facta mansisse dicentes, hoc verbo: Deus enim quæcumque fuit faciendo non cœpit. Deinde dixerunt Angelorum, Principatuum, Potestatum, animarum, ac dæmonum, unum principium, & unam esse substantiam, & vel Archangelo, vel animæ, vel dæmoni locum pro meritorum qualitate datum esse utentes hoc verbo: majorem locum minor culpa promeruit. Mundum novissime ideo esse factum, ut in eo animæ purgarentur, quæ ante peccaverunt. Ignem sane æternum, quo peccatores puniuntur, neque esse ignem verum, neque æternum prædicaverunt, dicentes, dictum esse ignem propriæ conscientiæ punitionem: æternum autem*

Digitized by Google

*juxta ethymologiam Græcam, non esse perpetuum, etiam latino testimonio adjecto: quia dictum sit in* æternum, & in sæculum sæculi *post posuerit æterno: ac sic omnes peccatores animas post purgationem conscientiæ in unitatem Corporis Christi esse redituras. Voluerunt etiam de diabolo asserere, sed non prævaluerunt: eo quod cum substantia in eo bona facta perire non possit, exista in totum malitia, diaboli aliquando salvandam esse substantiam. De Corpore vero Domini sic tradiderunt: quia cum usque ad nos veniens Filius Dei post tot millia annorum otiosus eo usque non fuerit, sed prædicans remissionem Angelis, Potestatibus, atque universis Superioribus, cum qualitatem formæ eorum, quos visitaret, assumeret, usque ad palpabilitatem carnis assumptionis specie transivisse: hoc passione, & resurrectione determinans, rursus donec usque ad Patrem veniret ascendendo tenuasse: ita neque depositum unquam fuisse corpus, nec in corpore ullo regnantem circumscribi Deum. Creaturam quoque subjectam corruptioni, non volentem intelligendam esse dicebant, Solem, & Lunam, & Stellas: & hæc non elementarios esse fulgores, sed rationales potestates: præbere autem servitium corruptioni propter eum, qui subjecit in spe.* Hactenus Orosius de Origenis erroribus Bracaræ per Avitos seminatis, de quibus Mag. P. Augustinum consuluit medicinam adhibiturum.

Anno 405 Vigilantius errores suos evomuit per Hispanias: licet natione fuerit Gallus, & patria Caligurita-nus, Ecclesiæ Barcinonensis in Hispania presbyter erat. S. Paulino Nolano Episcopo primum fuerat familiaris, ab eoque S. Hieronymo commendatus: vir tamen ignarus Sacram Scripturam exponere aggressus execrandas blasphemias protulit. Adversus sacras Reliquias, & Martyrum cultum insurrexit, Catholicos *Cinerarios, & idololatras appellans, qui mortuorum hominum ossa venerarentur.* Martyres pro nobis in cœlo non orare prædicavit, sed sui sanguinis ultionem obsecrare: Martyrum miracu-

Digitized by Google

la, quæ ad ipsorum sepulchra frequenter contingebant, veluti solis incredulis profutura fugillavit; vigilias, & pernoctationes in Martyrum Basilicis fieri solitas quasi juvenum, & mulierum libidinem excitantes respuit: solo in Paschate Alleluya fore cantandum intendit: virginitatem, & continentiam odio habuit: eleemosynas ab unoquoque in patria sua faciendas tantum permisit: hac de causa Jerosolymam ad Clericorum, Monachorum, Virginum, Viduarumque solamen eas mittendas negavit: Monachorum hostis fuit infensissimus, ab eorumque instituto homines deterrebat. S. Hieronymus rogatu Riparii, & Desiderii Hispanorum presbyterorum, quorum parochias Vigilantius suis erroribus infecerat, librum edidit, quo perfidissimi hominis impietatem confutavit. De Vigilantio quisquis amplius voluerit, Hieronymum adeat in Epistola ad eundem Riparium, & in libro, qui adversus Vigilantium inscribitur.

Tempore Remismundi Suevorum Regis Ajax natione Galata Apostata factus, & senior Arianus Hispanias venit, inter Suevos Catholicæ fidei, Idacio teste in chronico, & Sanctissimæ Trinitatis hostis emersit, hoc virus Suevis adeo insudit, ut Suevorum Reges inde usque ad Theodomirum Ariani essent. Tunc Catholici ab Arianorum impietate persecutiones, & pericula pertulerunt. Ast quid dulcius, quid suavius? Quid Deo gratius, quam pro nomine Jesus veri Dei contumeliam pati? Da Servator optime, ut sequar te in tribulationibus, in angustiis, in infirmitatibus; Tu qui veritas es, & via, tribue ut per te ad Te perveniam, Te quæram, & in Te permaneam.

Digitized by Google

# HISTORIA ECCLESIÆ LUSITANÆ SÆCULI VI.

## CAP. I.
### *De Episcopis Lusitaniæ.*

#### §. I.
#### *De Emeritensibus Episcopis.*

QUAM dives, fœcundumque optimarum legum, morum, disciplinæ, ac fidei Christianæ hoc sæculo Portugaliæ territorium! Episcopi, & Reges sanctissimo zelo flagrantes nulli rei, nullique pepercerunt labori, ut Christi sponsæ vexillum extollerent, digni quidem, qui in posterorum memoriam temporum diuturnitati commendentur.

Ex Paulo Diacono, qui de Emeritensibus Patribus scripsit, Paulus natione Græcus, ac professione Medicus ex Oriente Lusitaniam veniens Emeritam adiit, cum virtutibus adispiscendis incumberet, & jam emineret, arti, quam profitebatur, renuntiavit, inter Clericos fuit adscriptus, inde populi consensu, & votis ad Episcopatum Emeritensem evectus est. Pacis amans Ecclesiam, ac populum

Digitized by Google

pulum à ſuo Deceſſore turbatum compoſuit. Dierum jam plenus animam exhalaturus Fidelem ſuum nepotem in Epiſcopatu ſucceſſorem deſignavit : ea tamen deſignatione non detraxit libertati ſuffragiorum populi, Cleri, & Epiſcoporum provinciæ, à quibus ſucceſſoris Canonica celebrabatur electio juxta Canonem 23. Concilii Antiocheni: *Epiſcopo non licet pro ſe alterum ſucceſſorem ſibi conſtituere, licet ad exitum vitæ perveniat : quod ſi tale aliquid factum fuerit, irritum eſſe hujuſmodi eſt conſtitutum. Servetur autem jus Eccleſiaſticum id continens oportere non aliter fieri, niſi cum Synodo, & judicio Epiſcoporum, qui poſt obitum quieſcentis poteſtatem habent, eum qui dignus extiterit, promovere.* Clero & populo, & aliis ſuffragio gaudentibus reliquit Paulus, ſi vellent, deſignationem probarent, tenerentque, Magni Parentis Auguſtini exemplum ſequutus, qui ſenectute gravatus in Eccleſia Pacis Hipponenſium regiorum ſedens cum Epiſcopis Religiano, & Martiniano, præſentibus Saturnino, Leporio, Barnaba, Fortunatiano, Ruſtico, Laſaro, & Eraclio Presbyteris, adſtante Clero, & frequenti populo, Eraclium ſucceſſorem ſibi conſtituit, auditorum ſuffragiis approbantibus. *Ep.* 213. *alias* 110.

Fidelis Pauli ſucceſſor, & nepos puer ex Græcia ad Luſitaniæ littora venit : cum peregrini Græci ad Emeritenſem Civitatem accederent ſecum Fidelem puerum adducentes Epiſcopum Paulum petiere Græciæ donis ſalutatum. Paulus miratus puerum de parentibus, ac patria interrogatum, ſibi ſanguine conjunctum agnovit, cum ceteris eum abire noluit, quanvis renuerent, ne parentes orbarentur filio, quem ſenectutis baculum deſiderabant. Nec Epiſcopi votis Græci adquieſcerent ; niſi ipſe nepotem ſuum agnoviſſe teſtaretur, & parentes de retento puero admoneret. Sub Paulo Fidelis in Eccleſia S. Eulaliæ inſtructus eſt, altari miniſter deſerviit, virtutibus adeo profecit, ut presbyteratu initiaretur ; & presbyter factus in Epiſcopatu ſuccederet. Pauperes veluti Patrem Fidelem proſequebantur, erga ipſos largiſſimus erat, omnium in-



Digitized by Google

firmitatibus, anguſtiis, ac neceſſitatibus compatiebatur: anno 564. Cum pars Eccleſiæ S. Eulaliæ rueret, eam magnopere reparavit: pluribus tandem clarus prodigiis vitam clauſit.

Mortuo Fideli, Emeritenſem Eccleſiam rexit Epiſcopus Mauſona Parentibus Gothis natus vir ſapientia, & virtute Hiſpanienſibus valde tunc notus, licet quo anno Epiſcopus fuit conſecratus, incertum ſit, attamen anno 572. Epiſcopalem Sedem jam moderabatur. Cum Mauſonæ auctoritas inter Hiſpanienſes Gothos polleret nimis, Leovigildus Gothorum Rex id temporis Luſitaniæ imperans, Arianæ ſectæ impius profeſſor omnes impendit vires, ut Mauſonam à Catholica fide dimoveret ejus auctoritate Arii dogmata exaltaturus: idcirco literas ad Mauſonam miſit, quibus Sanctiſſimus Pontifex libertate Catholici Paſtoris digna reſpondit ſe in Catholica fide firmiter permanſurum, obiturumque. Nec placitis ſuis deſtitit Leovigildus, per Sunam Arianum Epiſcopum Emeritam miſſum Mauſonam à Fide avertere conatus eſt. Suna Emeritam ingreſſus populum ſibi adſciſcere, Metropolitanamque Eccleſiam S. Eulaliæ uſurpare intendit, & Mauſona reſiſtente, cum eo fœdus Suna iniit, ut de Scripturis uterque coram populo contenderet, & qui victor evaderet, S. Eulaliæ Eccleſiam vindicaret. Mauſona ad S. Eulaliæ aram prius efuſis lacrymis, ac precibus Deo, & Sanctiſſimæ Virginis Eulaliæ meritis confidens ad locum certamini deſtinatum, populi magna frequentia comitante, acceſſit. Ea plenus erat ſapientia Emeritenſis Præſul, & in illa hora Spiritus Sanctus dabat eloqui illi, ut Suna victus, pudoreque confuſus abſcederet, populo univerſo Mauſonæ ſuo Epiſcopo victoriam, & laudes proclamante.

Toletum tandem Gothorum regni ſedem Mauſonam adduci juſſit Leovigildus, ut præſentem terreret, quem abſentem nullo poterat modo ad ſuas partes deflectere. Catholicus Epiſcopus ſecum S. Eulaliæ tunicam in ſinu plicatam geſtavit, ut eam ab Ariani Regis poteſtate libe

Digitized by Google

raret, qui nulla prætermissa diligentia, conquisierat. Coram rege sistens Mausona ejus minis, ut Fidem Catholicam renuntiaret, impetitur; regi exilium minitanti ait: *Quo me relegabis ubi Deus non sit? Cui Rex ira permotus reddidit .... & in quo loco Deus non est, biotenate?* S. Eulaliæ tunicam requirens tertio minas, & exilium indixit, si tunicam ille non traderet, Arianumque ageret. Ast invictissimus Episcopus protulit: jam dixi tibi semel, iterum & iterum, ò Rex, quia minas tuas non formidabo, sed siquid valet mens tua perversa, amplius adversus me excogitet: ego tamen nec te pertimesco, nec metu territus, id quod requiris, præsentabo, sed hoc scito, quia tunicam ipsam igne combussi, pulveresque ex ea feci, & in liquorem aquæ permixtos bibi, & tactu manus tuæ (contrectans stomachum dicebat) evidenter cognosce, quia in pulverem redactam illam bibi, & ecce hic intus in ventre meo est, nunquam tibi illam reddidero.

Paulus Diaconus Emeritensis Mausonam de tunica D. Eulaliæ sic ad Regem adloquentem excusat, quasi mendacium non diceret, licet tunicam in pulverem nec redigeret, nec redactam biberet: hæc Paulus: *Hoc autem ideo dicebat (Mausona) quia nullo sciente sibi eam in stomacho plicatam infra sua indumenta linteis involutam præcinxerat, & ita Deo solo conscio gestabat.* Id fateor, spectato, quo factum est, fine, laudem, approbationemque meteri: ipso vero per se spectato facto, excusare à mendacio nequeo. Sic Felix Nolanus à pluribus non excusatur, qui Paganis ipsum quærentibus, & ignotum interrogantibus respondit: *Nescio Felicem, quem quæritis*, ut narrat S. Paulinus Natali 5. Hic fuit in Mausonæ integerrima vita nævus quidam, quem Fides, & charitas expunxerunt; & quanvis à viro justo prolatum sit illud, nunquam tamen justum esse potuit secundum illam Mag. P. Augustini regulam: *Ea, quæ contra Dei legem fiunt, juxta esse non possunt. Dictum est à Deo, lex tua veritas. At per hoc, quod est contra veritatem, justum es-* *Lib. contra Mēdacium cap. 14*

Digitized by Google

*se non potuit. Quis autem dubitet contra veritatem esse mendacium omne?*

Mausonam sancte, liberrimeque parere recusantem in exilium expulit Rex in Monasterio vitam inde transacturum. Miraculo viri innocentia indicata est: Equo ferociſſimo neminem supra dorsum patienti Sanctiſſimum Episcopum imponi jussit, ut exul proficiscceretur; verum equus, posita continuo ferocitate, omnibus demirantibus, Sanctum Virum dorso admisit. Post Mausonæ exilium Napopis Arianus Episcopus substitutus est: in exilio mansit donec Leovigildus à D. Eulalia noctu flagris cæsus, & monitus Emeritensi Sedi illum restituit. Napopis, audito Mausonæ reditu, D. Eulaliæ Ecclesiam auro, argento, aliisque divitiis, quibus ornata erat, exuere conatus est; iis plaustra oneravit, & per Emeritenses plurimos, quos captivos secum adducebat, in civitatem suam portari fecit. Mausona Dei, & D. Eulaliæ monitu per idemmet iter, quo ferebantur plaustra, ad suam Ecclesiam venerat, & cum captivos agnosceret, furtumque ab Ariano Episcopo perpetratum, omnia ad Emeritensem Ecclesiam reverti jussit. Suæ restitutus Sedi xenedochia, & Monasteria extruxit, erga pauperes fuit munificentiſſimus, per universamque Lusitaniam ejus sanctitatis fama evolabat. In Concilio Toletano 3. anno 589. ex universæ Hispaniæ Episcopis sub Reccaredo Rege convocato, primo sedens loco subscripsit, in Concilio quoque Toletano anno 597. præfuit, ab Arianis sæpe impetitus, ut fatis cederet, sæpe etiam eorum insidias evasit, Deo singularem agente Protectorem: donec virtute, literis, & miraculis clarus anno 605. Creatori suo spiritum reddidit.

## §. II.

### *De Bracarensibus Episcopis.*

SExti sæculi initio in Bracarensi Ecclesia floruisse Valerium II. Episcopum ait Rodericus da Cunha, nullibi tamen ejus extitisse memoriam, nisi in Pseudo Juliani

Digitized by Google

chronico fatetur ipse. Primus Bracarensis Antistes, cujus certa hoc sæculo extat notitia est Profuturus, ad quem Vigilius ab ipso consultus literas dedit anno 538. Consulibus Volusiano, & Joanne, seu Flavio, de quibus infra. Ejusdem meminit Lucretius in Concilio Bracarensi 2. cap. 4. & 5. Inter incertos, quos post Profuturum Rodericus ipse numerat, Ausberto, Juliano, & Eleuterio numeratis, Profuturo successit Lucretius, qui anno 563. Theodomiro, seu Ariamiro Suevorum Rege Bracaræ Concilium ex Gallæciæ provinciæ Episcopis convocavit. Profuturi, & Lucretii zelus in Ecclesiæ disciplina reparanda ex Vigilii Papæ Epistola, & Bracarensi Concilio lucet quam maxime. Lucretius successorem habuit D. Martinum ex Dumiensi Ecclesia ad Bracarensem translatum: nec contra Canones Nicænum 15, & Sardicensem 5. Chalcedonensem 5. à prima sede, & parvo Episcopatu ad majorem Bracarensem Martinus est evectus, cum mediocritate suæ sedis despecta, administrationem loci superioris non ambiret, nec ad majorem plebem quacumque occasione se transtulerit. Sed id majoris Ecclesiæ utilitas sinendum poposcerat, ut populo Dei longe dispersо, & Pastore carenti esset in salutem, qui Rege, & Clero annuentibus, pietate, & doctrina sana poterat exhortari, & arguere: tantum absque causa Episcoporum translationes prohibuerunt Canones: ait Gelasius Papa in Epistola ad Episcopos Lucaniæ cap. 5. *Quisquis propriæ desertor Ecclesiæ nullis existentibus causis, ad aliam placuerit transeundum, temereque suspectus fuerit, & promotus .... Canonum constituta non efugiet.* Anno Christi 572. Mironis Suevorum Regis præcepto ex utraque Gallæciæ Metropoli Bracarensi scilicet, ac Lucensi Episcopos Bracaræ decisuros judices advocavit: anno 580. obiit; ejus honorifice recordatum est Concilium Toletanum 10, & Ecclesia Bracarensis die 5. Aprilis ipsi agit solemnitatem.

Ex Pseudo chronicorum auctoritate Rodericus da Cunha Benignum Martini Dumiensis successorem tradit,

Digitized by Google

Pelagiique 2. Epistolam ad eundem refert, qua Romanus Pontifex Episcoporum translationes justa præcedente causa, confirmat, & Petri Antiochia Romam translati, aliorumque adducit exempla apud Labeum. Nullum in hisce literis signum, quo Benignus ille Bracarensis Præsul habeatur; & omnes fere eruditi hanc Pelagio abjudicant Epistolam, & suppositam censent ex Pseudo-Isidori mercibus laboratam, utpotequæ plurimorum etiam Pelagio posteriorum sententias emendicatas refert. Benigno igitur incertis Bracarensis Ecclesiæ Præsulibus adjudicato, post Martinum Dumiensem certo invenitur Pantardus illius Sedis Antistes, qui anno 589. Concilio Toletano tertio, tam suo, quam Nitigii Lucensis Metropolitæ nomine subscripsit, vir Fidei Nicænæ custos integerrimus, & Ecclesiasticæ disciplinæ vindex assiduus, ac diligētissimus.

*Tom. 6. in vita Pelagii.*

## §. III.
## *De Eborensibus Episcopis.*

POst Quintianum, qui Concilio Eliberitano interfuit usque ad sæculum sextum primus in Eborensi sede Præsul invenitur Julianus; cujus memoriam ruinis ereptam ex vetusta lapidea inscriptione phrasim Gothicam redolente prodidit Resendius in hæc verba

*Julianus Famulus X. PI. Episcopus Ecclesiæ Eborensis H. situs est. Vix. Ann. Plus min. LXX. Req. in Pace Kal. Decb. Era DCIIII.*

Id est, Julianus famulus Christi Episcopus Ecclesiæ Eborensis hic situs est vixit annos plus minus septuaginta, requievit in pace Kalendis Decembris Era sexcentesima quarta: anno scilicet Domini 566. Julianus alium successorem nullibi legitur habuisse in Episcopatu, nisi Jozimum, qui anno 597. Concilio Toletano sub Reccaredo Rege subscripsit duos Canones firmaturus: primum; Presbyteros, & Diaconos incontinentes è gradu suo dejectos in custodiam, aut Monasterium ab Episcopo fore detrudendos; se-

Digitized by Google

cundum, ut Episcopus Ecclesiarum redditus, quas viri pii in suis agris condiderunt, dotaverintque, non acciperet, sed redditus illi a Presbytero colligerentur, ad eumque pertinerent, qui ibi sacris operabatur: si vero Presbytero satis non esset patrimonium, ibi Diaconus constitueretur; si adeo tenue esset, ut nec Diacono sufficeret, Episcopus huic loco designaret Ostiarium, qui Ecclesiam mundam semper haberet, ac coram venerabilibus reliquiis singulis noctibus luminaria ardere curaret. Ex primo Canone notum fit majores Clericos propter graviora peccata pœnitentiæ publicæ non addici sexto Ecclesiæ sæculo in Lusitania, & reliqua Hispania: sed in Monasteriis privatim custodiri pœnitentiam meritam acturos.

## §. IV.
## *De Ossonobensibus, & Pacensibus Episcopis.*

IN Ossonobensi Ecclesia sedit id temporis Petrus, in Concilio Toletano tertio subscripsit, nec eo sæculo alium anteriorem, posterioremve alium quis inveniet? Pacensem Ecclesiam ex Isidoro de viris Illustribus rexit hoc sæculo Apringius disertus lingua, & scientia eruditus, qui interpretatus est Apocalypsim Joannis Apostoli subtili sensu, ac sermone illustri, melius pene quam veteres Ecclesiastici viri exposuisse videntur, scripsit, & nonnulla, quæ tamen ad notitiam nostræ lectionis minime pervenerunt. Floruit tẽpore Theudæ Gothorũ regis, qui Hispanicum regnum à 531. usque ad 548. obtinuit. Apringio in eadem Ecclesia successit Palmatius, disciplina Ecclesiastica apprime eruditus, & morum observantia celebris, qui Concilio Toletano tertio subscripsit.

## §. V.
## *De Olysiponensibus Episcopis.*

PEr totum sæculum sextum inter tot monumenta vix solus Paulus Olysiponensis Episcopus reperitur, qui à Reccaredo Rege Toletum convocatus, Toletano Conci-

Digitized by Google

lio tertio judex interfuit, & subscripsit. Incerta res est, an iste Paulus sit, qui Toletano secundo adfuit, cujus Sedes in ejusdem Concilii subscriptionibus non reperitur; nulloque veritatis monumento firmantur, qui contenderint.

## §. VI.

### *De Episcopis Colimbrienſibus, ac Eminienſibus.*

INter eos, qui post Elipandum Colimbrienſi sederunt Cathedra, Lucentius primum occupat locum, cujus notitiam certo adducunt omnes; alii non Lucentium, sed Lucretium vocant; duobus Conciliis Bracarensibus adfuit. Fr. Antonius à Purificatione in sui Ordinis Eremitici chronico Lucentium sui instituti Eremitam descripsit. Jepes ad annum 563. & Fr. Bernardus de Brito, ac fere omnes Lusitani antiquitatum nostrarum Scriptores Monachum Benedictinum fuisse tradunt, ex Monasterio Laurbanienſi adhuc in humanis agente D. Benedicto non longe à Colimbria fundato. Codicem ejusdem Laurbanienſis Monasterii Lusitanus Chonographus allegat ad diem 10. Aprilis: *Obiit venerabilis Lucentius primus quondam Abbas Laurbani postea vero ad Episcopatum Colimbrienſis Civitatis assumptus, qui literis, & virtutibus clarus multis interfuit Conciliis, plurimumque juvit conversionem hæreticorum, & prædicationem veri dogmatis.* Integerrimi Lucentii vitam, & Episcopatum usque ad annum 580. extendit Jepes.

*Lib. 2. t. 4. Centuria 1. In Monarchia Lusit. tom. 2. chronic. Cisterciens. P. 8 lib. 2. cap. 29.*

Eodem sæculo Concilio Toletano tertio interfuit Possidonius Eminienſis Episcopus, quemnam tamen antecessorem, successoremve habuerit, ex nullo veteris historiæ constat munumento: conjectandum sane est post Possidonii obitum Eminienſem Ecclesiam Colimbrienſium Episcoporum usque ad nostram ætatem fuisse Paræciam.

Digitized by Google

## §. VI.
## *De Episcopis Lamecensibus, Egitaniensibus, ac Visensibus.*

LAmecensem Ecclesiam anno 570. regebat Sardinarius, anno 575. Concilio Bracarensi interfuit à Martino Bracaræ Præsule vocatus, cujus Metropoliticæ jurisdictioni tunc suberat. Sardinario successit Philippus Catholicæ fidei adversus Arianos in his provinviis nimis frequentes bellator strenuus, cum reliquis Lusitaniæ Episcopis Toletum accessit à Rege Reccaredo convocatus in Concilio ejus regiæ urbis tertio Fidei dogmata, disciplinam, & mores firmaturus.

Nec minori gloria, & laude id quoque temporis in suis Antistitibus floruit Egitania, eos coluit, ac prosequuta est, quos aliæ civitates in Patrum celeberrimis concessibus demiratæ sunt. Quis Ardorico dignior Egitaniæ Præsule, qui Bracarensi Concilio tertio adfuit, & subscripsit? tot illius Concilii Canones stabiliti, tot mores, ac disciplinæ restauratæ ab illius ore exierunt, ac permanserunt. Quis etiam Licerio Ardorici successore? Anno 597 duodecimo Regis Reccaredi sub Pontificatu S. Gregorii in Concilio quodam Toletano sedit, & usque ad annum 610. in Egitanensi Episcopatu vixisse pro comperto est: nam Era 648. quæ in annum Christi 610. incidit Flavius Gundemarus Gothorum Rex, cum Toletanum Præsulem in Carthaginensi provincia, Metropolitæ honore, & potestate vellet extollere, Hispaniarum quosdam Episcopos ad se advocavit, qui placitis suis annuerunt, inter quos Licerius extitit Egitanensis, qui Gundemari decreto de Toletano Metropolita firmando cum Episcopis ceteris subscripsit.

Lamecensi, & Egitanensi Ecclesi's pari honore cœpit hoc sæculo florere Visensis; & in primo suo Pastore memoranda. Remissol primus Visensis Episcopus Conci-



Digitized by Google

lio Bracarenſi tertio adfuit, & Canones auctoritate ſua, ac judicio roboravit. Catholicam fidem vindicavit, eique firmiter adhaſit, ut à Leovigildo Gothorum Rege blanditiis aliquando, aliquando etiam minis petitus unquam dimoveri potuerit, ut Arii pravitatem amplecteretur: quamobrem ab impiiſſimo Rege exilii pœna multatus eſt, & Sumila profeſſione Arianus in Viſenſem Epiſcopatum tunc fuit intruſus: in exilio obiit Remiſſol, dignus qui inter Chriſti confeſſores numeretur. Proprio Paſtore orbata Viſenſi Eccleſia, quæ impietatum ſemina non jecit Sumila? Ariani ritus, Ariana dogmata in Viſenſium corda irrepſerant. Ariana hæreſi permanſit Sumila, & latro in alieno ovili commoratus eſt uſque ad annum 589, quo Toletana tertia Synodus fuit celebrata: coram Patribus Toleti adunatis, coram Rege Reccaredo, & Gothorum proceribus Arii errores abjuravit, Nicænam fidem profeſſus eſt, & Catholicus jam factus in locum Remiſſol verus ſucceſſit Epiſcopus.

## §. VII.
## *De Epiſcopis Portugalenſibus.*

PORtugalemſem Eccleſiam, adulto jam ſæculo ſexto, moderatus eſt Conſtantius Nicænæ Fidei cuſtos, ac vindex adeo firmus, ut à Leovigildo ad Dei Verbi eandem cum Patre ſubſtantiam labefactandam concuſſus, veluti immota ſilex, Regis dicta nullo pretio habuit, exilium pati maluit, quam Ariana labe ſordidari. O memorandum ſemper Luſitanæ Eccleſiæ ſæculum, quæ Religionis zelo tales viſa eſt habere Antiſtites, quales ſæculo quarto univerſus Oriens ſub Conſtantino, ac Juliano Imperialium donorum contemptores, & inviſibilium rerum tantū amatores demi atus conſpexit! Conſtantio relegato, ac de ſede expulſo, Argiovitus fide Arianus Leovigildi favore in Portugalenſem ſedem evectus eſt, eamque rexit, ac Arianorum erroribus imbuit, quæ à primo Eccleſiæ ſæculo veræ fidei lacte nutrita fuerat. Argioviti impietatem, & Con-

Digitized by Google

ſtantii patientiam, ac firmitudinem miſertus eſt Deus: Argioviti mentem illuminavit, voluntatemque inflaavit, ut errores ſuos in Concilio Toletano tertio expelleret, Catholicam fidem profiteretur, & Conſtantium verum Portugalenſem Epiſcopum agnoſceret, quo tandem accidit, ut Argiovito à ſede ejecto, à Patribus, & Reccaredo Rege Conſtantius ſuæ Eccleſiæ reſtitueretur: quo reſtituto, Argiovitus ſine ſede vixit ſui priſtini erroris vere pœnitens. Hic prætermittendum non eſt Fr. Antonium Jepes ante Conſtantium in Portugalenſi ſede meminiſſe Timothei, qui Concilio Bracarenſi ſecundo adfuit, & ſubſcripſit. Eruditum virum de falſo non poſtulo, conjectari quidem licet Bracarenſi Concilio Præſulem cum ceteris Gallæciæ interfuiſſe. Omnes tamen, quas vidi, & exactus Herrera fatetur Concilii Bracarenſis editiones certam Timothei ſedem non memorant.

## §. VIII.

### *De Epiſcopis Dumienſibus, ac Britonienſibus.*

DE Dumienſi Monaſterio, ac ipſius Monachis infra agendum eſt, nunc de Epiſcopis, qui in ipſo Monaſterio degentes floruerunt. S. Martinus, quem inter Bracarenſes Præſules ſupra numeravi, primus Dumienſis Eccleſiæ, & Monaſterii Abbas, & Epiſcopus fuit. S. Iſidorus in catalogo Virorum Illuſtrium ait: *Martinus Dumienſis Monaſterii Sanctiſſimus Pontifex, ex Orientis partibus in Gallæciam venit, ibique converſis ab Ariana impietate ad Fidem Catholicam Suevorum populis, regulam Fidei, & Sanctæ Religionis conſtituit; Eccleſiaſticos informavit, Monaſteria condidit, copioſaque præcepta piæ inſtitutionis compoſuit: floruit regnante Theodomiro Suevorum Rege temporibus illis, quibus Juſtinianus in republica, & Citanagundus in Hiſpaniis imperium tenuerunt.* Quanvis, Theodomiro Suevorum Regnum moderante, Martinus in Gallæcia floreret, & Dumienſem, & Bracarenſem

Digitized by Google

Ecclesias regeret; temporibus tamen Charrarici cujusdam Suevorum Regis in Gallæcia ante Theodomirum filium in eam provinciam adveniſſe Martinum, idque temporis Suevos fuiſſe ad Fidem Nicænam converſos ex Gregorio Turonenſi compertum eſt. Sub illo Theodomiro Rege, qui Concilium Bracarenſe anno 563. ex Gallæciæ provinciæ Epiſcopis convocavit Suevos ad fidem noviter non fuiſſe converſos (licet id pluribus non placeat) mihi omnino fit certum: an Synodi Patres res memoratu digniſſimas prætermitterent? Non ea erat Patrum Conciliis ſedentium conſuetudo, cum Principes Fidem Catholicam noviter amplectentes Epiſcoporom cætus convocabant. Novam Conſtantini Magni fidem laudarunt Nicæni Patres: Toletana tertia Synodus quibus laudibus, & præconiis Reccaredum ab Arianis deficientem, ac Nicænam Fidem profitentem non extulit? Theodomirus, Deo aſpirante, & Concilium convocavit, & interfuit, tanquam à parentis ſui tempore jam firmus eſſet in Fide.

*Lib. de miracul. D. Martini cap. 11.*

Martinus Dumienſis in Suevorum converſione diligentiam non vulgarem adhibuit, Regi gratus Monaſterium, & Eccleſiam prope Bracaram condidit, quæ in tanti viri honorem Epiſcopali dignitate eſt aucta, & ad ejus territorium deſignata quoque eſt Familia regia, aut Servorum de qua alibi dictum eſt. Martinus dum in Dumienſi agebat Epiſcopatu, Concilio ſecundo Bracarenſi, Lucretio Præſide interfuit, & Lucretio ultimum obeunte diem, ad Bracarenſem ſedem translatus eſt, ejuſque locum in Dumienſi Epiſcopatu ſupplevit Joannes ejuſdē Monaſterii Monachus paternarum virtutum hæres, qui Concilio Toletano tertio ſubſcripſit.

Dumienſi Epiſcopatui coævus eſt Britonienſis, cujus primus Antiſtes in vetuſtis rerum monumentis legitur Maioſus, qui in ſecundo, ac tertio Conciliis Bracarenſibus ſedit, & ſubſcripſit.

Digitized by Google

# CAP. II.

## *De Romani Pontificis Primatu per Luſitaniam.*

### §. I.

### *De Hormiſdæ literis.*

ANno 517, Conſule Agapeto, & Anaſtaſio, Hormiſdas ad omnes Epiſcopos per Hiſpaniam utramque conſtitutos Epiſtolam miſit, qua collapſam in Hiſpaniis diſciplinam reparavit, quæ fortaſſe Alanorum, Suevorum, Gothorumque deprædationibus, & vaſtationibus exciderat. Sacerdotes è laicis aſſumi vetuit, & in clericatu prius probari decrevit, ut primum diſcerent antequam docerent: eos qui pœnitentiæ publicæ addicti erant, ordinationum indignos declaravit: Metropolitis præcepit ne electio Præſulis empta daretur pretiis, nec obſequentis eſſet quæſita operibus. Cum difficile ſit, ut quiſquam pravis cogitationibus induatur, & à ſe patiatur culpanda fieri, cum noverit ſibi judicium ſubeundum eſſe Concilii, in praxim redigi juſſit, quod Canones, Nicænus 5. & Antiochenus 20. Magnuſque Leo in Epiſtola ad Anaſtaſium Theſalonicenſem Epiſcopum conſtituerant, bis in anno per ſingulas provincias, aut ſaltem ſemel Epiſcoporum Concilium fieri. Saluſtio Hiſpalenſi Epiſcopo vices ſuas ad Canonum obſervationem per Bæticam, & Luſitaniam commiſit, ſalvis privilegiis, quæ Bæticæ, & Luſitaniæ Metropolitis decrevit antiquitas: hæc ad Saluſtium Epiſtola quo fuerit anno data, incertum eſt, cum ſine Conſule, menſe, & anno reperta ſit.

Ea erat apud Hormiſdam omnium Hiſpanienſium Epiſcoporum fides, & Eccleſiæ communionis zelus, ut anno 519. communione, & pace inter Eccleſiam Romanam, & Conſtantinopolitanam redintegrata, quam ſtatim ab anno 514, quo ad Pontificatum evectus eſt, per legatos procuraverat, de ipſa univerſos Hiſpaniarum Epiſcopos face-

Digitized by Google

ret certiores, ac enarraret Joannem Conſtantinopolitanum Epiſcopum in Acacium anathema protuliſſe, & Euphemii, ac Macedonii, qui cum eo communicaverant, nec non Anaſtaſii, & Zenonis Imperatorum nomina ex Eccleſiæ Diptychis expunxiſſe, ac libello per legatos Germanum, ac Joannem Epiſcopos, Blandum Presbyterum, Felicem, & Dioſcorum Diaconos oblato ſubſcripſiſſe. Qua reverentia, qua obſervantia, & obſequio Epiſcopi noſtri tanti Pontificis literas ſuſceperunt.

## §. II.
## *De Vigilii Epiſtola.*

ANno 548. Voluſiano, & Joanne Conſulibus, Vigilius ad Profuturum Bracarenſem Antiſtitem Epiſtolam dedit de quibuſdam interrogatus, qui per Luſitaniam graſſabantur, erroribus, & abuſibus. In Priſcillianiſtas Manichæorum more carnes à malo principio exortas exiſtimantes, & ab ipſarum eſu abſtinentes invehitur: errorem quorundam, qui in fine Pſalmorum, ſubducta una ſyllaba, & dicebant: *Gloria Patri, & Filio Spiritui Sancto*, quaſi perſonam, Filii, & Spiritus Sancti unam quodam modo eſſe deſignantes, corrigit: pravam Arianorum conſuetudinem in Bracarenſi provincia baptiſma iterandi vetat: in hæreſi baptiſatos recipi jubet per illam manuum impoſitionem, per quam pœnitentiæ fructus adquiritur, & Sanctæ Communionis reſtitutio perficitur. Conſultus de fabrica cujuslibet Eccleſiæ, ſi diruta fuerit, inſtauranda, & an in eo loco conſecrationis ſolemnitas debeat iterari, in quo ſanctuaria non fuerint: reſpondit, ſiqua Sanctorum baſilica à fundamentis etiam fuerit innovata, ſine dubitatione, cum in ea Miſſarum fuerit celebrata ſolemnitas, totius ſanctificatio conſecrationis implebitur; ſi vero ſanctuaria, quæ habebat, oblata ſunt, rurſus eorum repoſitione, & Miſſarum ſolemnitate reverentiam ſanctificationis accipiet. Paſcha eo anno quando celebrandum, & or-

Digitized by Google

dinem in Missarum celebratione docuit, ab Ecclesia projici percepit, quicumque Episcopus, aut Presbyter in una Persona Trinitatis, aut in duabus, aut in tribus Patribus, aut in tribus Filiis, aut in tribus Paracletis baptisaverit. Tandem de Ecclesiæ Romanæ primatu egit, quæ centrum unitatis catholicæ esset, ac omnium Ecclesiarum Mater.

Hanc Epistolam non ad Profuturum Bracarensem, sed ad Eutherium Episcopum fuisse scriptam perperam existimarunt Gratianus, & Baronius; quanvis iste aut Gallæciæ, aut Lusitaniæ Episcopum fateatur. Vetustissimus codex Ecclesiæ Lugdunensis, duo optimi veterrimi quoque Colbertini apud Labeum, & Concilii secundi Bracarensis acta ad Profuturum datam satis prædicant. Licet in prædictis codicibus caput de Ecclesiæ Romanæ Primatu ad appellationes Episcoporum interponendas non sit, illius quidem mentio fit in codicibus Hispanis, quos habuit Loaisa, & quem Baronius ipse sequutus est. Creditu est, sæculo nono vergente sub Niculao I. à Gallis fuisse expunctum, cum Hincmaro Laudunensi, ac Rhotado Suessionensi Episcopis Sedem Apostolicam appellantibus faveret, aliisque eos deprimentibus omnino adversaretur. Notatu sane est hanc Epistolam à Profuturo non ad Vigilium, sed ad Silverium Romanum Pontificem consulendum fuisse missam, & Vigilium in Pontificatum Romanum intrusum, relegato Silverio, rescripsisse: id ejus auctoritati derogaret, nisi Vigilius ipse post Silverii obitum verus Papa electus, ipsam haberet ratam, quæ sana, & pura doctrina donatur.

## CAP. III.

### *De Conciliis.*

#### §. I.

#### *De Concilio Bracarensi secundo.*

ERa sexcentesima prima, quæ in annum Christi quingentesimũ sexagesimum tertium incidit, regio Theodomiri præcepto Comprovinciales Gallæciæ Episcopi, Andreas Irienſis, Lucentius Colimbrienſis, Martinus

Digitized by Google

Dumienſis, Cottus Empuritanus, Malioſus Britonienſis, Timotheus Portugalenſis, & Ildericus cujus ignoratur ſedes, necnon Presbyteri, qui veluti teſtes, & non judices, a tempore Concilii Eliberitani Hiſpaniarum Conciliis intereſſe conſueverant, Lucretio ejuſdem Urbis Epiſcopo Præſide, Bracaræ convenerunt. Fidei profeſſionem, quam adverſus Priſcillianam ſectam Epiſcopi Luſitani, Carthaginenſes, Tarraconenſes, ac Bætici S. Leonis Magni juſſu adunati condiderunt, recenſuere, Conciliorum canones uſque tunc in Eccleſia elaboratos relegerunt, & viginti duos Canones pro Eccleſiæ diſciplina decreverunt. Cum ex Monachorum conſuetudinibus, ac inſtitutis multa in Eccleſias Bracarenſes, & in Clericorum officia corrivaſſent, ſtatuerunt Patres in primo Canone, ut unus, idemque pſalendi ordo in matutinis, vel veſpertinis officiis teneretur, & non diverſæ, ac privatæ, neque Monaſteriorum conſuetudines cum Eccleſiaſtica regula permiſcerentur. 2. Canone eaſdem lectiones in vigiliis, & miſſis ubique legi præſcripſerunt. Propter Priſcillianiſtas, qui Epiſcopos inter ſolemnia populum his verbis; *Pax vobis*, & nunquam iſtis; *Dominus vobiſcum*, ſalutare debere contendebant, Canone 3. decreverunt, ut Epiſcopi, ac Presbyteri in ſacris ad populum dicerent; *Dominus vobiſcum*, & populus reſponderet; *Et cum ſpiritu tuo*; ſicut ab Apoſtolis traditum omnis retinet *Occidens*. In aliquibus codicibus non *Occidens*, ſed *Oriens* legitur apud Thomaſinum: verum mendum fuiſſe conſtat ex Græcorum conſuetudine, quam refert S. Joannes Chriſoſtomus: *In Eccleſiis pacem in ſupplicationibus, in ſalutationibus, & ſemel, & bis, & ter, & ſæpe eam dat is, qui præeſt Eccleſiæ dicens*: *Pax vobis*. In Liturgia Alexandrina, quæ D. Baſilii nomine circumfertur, bis à Sacerdote quolibet dicitur: *Dominus ſit cum vobis omnibus*: & populus reſpondet bis: *& cum ſpiritu tuo*: bis quoque, *Pax vobis*, & populus reſpondet: *Et cum ſpiritu tuo*, quater etiam: *Pax vobis*, abſque adſtantium reſponſo.

*Vetus, & nova Eccleſiæ diſciplina p. 1. lib. 2. c. 76. n. 2.*

*Homil. 3. in Ep. ad Coloſſenſes.*

Ca-

Digitized by Google

Canone 4, & 5. Miſſarum, ac Baptiſmi ritus obſervari præcipitur, quem Profuturus à Vigilio accepit: 6. ut poſt Metropolitam reliqui Epiſcopi in ſedendo tempus ordinationis obſervent. Canone 7. Placuit ut de rebus Eccleſiaſticis tres æquales fierent portiones: Epiſcopi una, alia Clericorum, tertia in recuparatione, vel in luminariis Eccleſiæ: quam partem ſive Archipresbyter, ſive Archidiaconus illam adminiſtraret, & Epiſcopo ſuo redderet rationem. Proventus Eccleſiæ, qui in Occidente, teſte Gelaſio I. Romano Pontifice, in quatuor partes diſtribuebatur, in Epiſcopum, Clerum, pauperes, & Eccleſiam, ex hoc tempore per Luſitaniam tripartiti ſunt, & portio, quæ ad pauperes pertinebat, Epiſcopo, & Clero concredita eſt, ut iis providerent, in eoſque erogarent, quidquid ſibi redundaret. Utinam Eccleſiaſtici viri Eccleſiaſticorum bonorum diſpenſatores, non domini Canonem eum ob oculos ſuos haberent? Canone 8. Bracarenſes Antiſtites obſervari juſſerunt Sardicenſes Canones 18, & 19. ut nulli Epiſcopo alienum Clericum ſine ipſius Epiſcopi conſenſu liceat ordinare. 9. Diaconorum abuſum correxerunt, qui Orario abſconſo infra tunicam utebantur; & ſcapulæ ſuppoſitum ferre ſtatuerunt. Conſtat quidem hunc ritum non tam in noſtra, verum & univerſa Occidentali, & Orientali Eccleſia eſſe antiquiſſimum, quin & acceptam in ſua ordinatione ſtolam per annum integrum diu, noctuque Diaconi geſtabant: certum eſt ex vita S. Mauri Abbatis S. Benedicti diſcipuli, qui claudum, & mutum curaturus ſtolam, cum qua eodem anno jubente Magiſtro ſuo, ordinatus ad miniſterium fuerat Leviticum & quam juxta morem ſanctitatis gratia primo indeſinenter ferebat anno, de collo ſuo protulit, & ſuper caput infirmi crucis ſignum faciens poſuit.

*Ep. 9. ad Epiſcopos Lucaniæ.*

*Apud Martene de Antiqui Eccleſiæ ritib. lib. 1. cap. 8.*

10 Ut à Subdiaconis tantum, non à Lectoribus Sacra vaſa in altaris miniſterium portentur. 11. ut Lectores veſte ſæculari non pſallant in Eccleſia, nec granis Gentilium more utantur. Quid grani nomine hic intelligant Patres,



Digitized by Google

incertum est apud Auctores : Loaysa ad hunc Canonem granos ait fuisse genus habitus laici oblongi : ast D. Isidorus prolixum crinem significari scribit : *Nonnullæ gentes non solum in vestibus, sed & in corpore aliqua propria sibi quasi insignia vendicant, ut videmus cirrhos Germanorum, granos, & cinnabar Gothorum.* Joannes Ludovicus Zerda ex vetere Interprete in verba Judith. *Et discriminavit crinem* exponit. *Granos fecit.* Si Savaraonem, & Salmasium audimus apud Ducange Latinis grani dicuntur capilli sparsi, ac discriminati, quia in fine rotundati granorum formam efficiunt. Sidonius Apollinaris Gothum hominem sic describit : *Aurium ligulæ, sicut mos gentis est, crinium super jactantium flagellis operiuntur.*

*Lib. 19. Etymolog. cap. 23.*

*In Adversf. cap. 177. Tom. 3. pag. 939.*

*Lib. 1. Ep. 2.*

12: Vetuerunt Patres, ne ultra Psalmos, vel Canonicas Scripturas veteris, ac novi testamenti, aliquid poetice compositum in Ecclesia psalleretur, sicut & Sancti præcipiebant Canones : id Bracarensis Sedis, & Universæ Lusitaniæ iis temporibus singulare fuit, nam in Gallia, & Italia hymni ab Ambrosio, Hilario, aliisque compositi, publici in Ecclesia cantabantur. Mag. P. Aug. ait : *Nimirum annus erat, aut non multo amplius, cum Justina Valentiniani regis pueri mater, hominem tuum Ambrosium persequeretur hæresis suæ causa, qua fuerat seducta ab Arianis : excubabat pia plebs in Ecclesia mori parata cum Episcopo suo.... Tunc hymni, & psalmi, ut canerentur secundum morem Orientalium partium, ne populus mœroris tædio contabesceret, institutum est.* Canon 13. statuit, ut soli Clerici intra Sanctuarium Sacram Eucharistiam susciperent : & ab ista locorum divisione laica communio, & Sacerdotalis appellatur. 14. ut Clerici carnibus non vescentes, ne Priscillianæ hæresis suspecti viderentur, ac incusarentur, olera cocta cum carnibus degustarent. 15. prohibet nequis excommunicatis communicet, & ita scienter communicantem à communione expellit. 16. pro iis, qui sibi mortem intulerunt, aut qui pro suis sceleribus capitis judicium passi fuerant, oblationes

*Lib. 9. confessionum cap. 7.*

Digitized by Google

fieri, & eorum corpora cum Pſalmis ſepeliri prohibuit: idem propoſuit Canon 17, de Catechumenis, qui ſine Baptiſmo perierunt. Circa Catechumenos ſeverior quidem fuit Bracarenſis Eccleſiæ diſciplina, quos charitas poteſt facere, ut vivant, & non moriantur in æternum, ut loquitur Mag. P. Aug. *Invenio non tantum paſſionem pro nomine Chriſti, id quod ex Baptiſmo deerat, poſſe ſupplere; ſed etiam fidem, converſionemque cordis, ſi forte ad celebrandum myſterium Baptiſmi in anguſtiis temporum ſuccurri non poteſt.* Hujus diſciplinæ rigor in terrorem præſcriptus eſt ne ſine cauſa Baptiſma differretur; & ſcelera quoque vitarentur. *Lib. 4. de Baptiſmo cap. 22.*

Canone 18. ſtatutum eſt ne mortuorum corpora in Sanctorum Baſilicis ſepulturæ traderentur, ſed extra Eccleſiam circa muros: non minori privilegio Sanctorum Baſilicas fruituras judicarunt Patres, quam Civitates, quarum immunitas ei erat Romanis reverentiæ, ut Diocletianus, & Maximianus Cæſares anno 290. tertio Kalendas Octobris Victorino ſcripſerint: *Mortuorum reliquias, ne Sanctum municipiorum jus polluatur, intra Civitatem condi jam pridem vetitum eſt*: ex lege 12. Codice de Religioſis, & ſumptibus funerum. 19. deponi juſſi ſunt Presbyteri, qui chriſmatis benedictionem, & Eccleſiæ, vel altaris conſecrationem agerent. 20. ne ullus laicus Sacerdotio initiaretur, niſi prius integro anno Eccleſiæ diſciplinam in lectoratu, aut Subdiaconatu didicerit. Canone 21. ſtatutum eſt, ut fidelium oblationes, quæ ad altare fiebant, vel in ſuæ religionis erga Deum ſignum, vel in defunctorum commemorationem, apud unum ex Clericis ſervarentur, & ſemel, aut bis in anno inter omnes Clericos partirentur, ne ex inæqualitate diſcordes fierent, ſi unuſquiſque ſibi ſumeret, quod ſua hebdomada fideles obtulerant. Tandem 21. Canone Bracarenſes Præſules Conciliorum Canones, quos relegerant, obſervari præceperunt, depoſitionis pœnam contumaciter violantibus infligentes.

Digitized by Google

## §. II.
## *De Concilio Bracarensi tertio.*

ERa sexcentesima decima anno Christ 572. secundo Kalendas Januarii ex utraque Gallaciæ Metropoli Bracarensi scilicet, & Lucensi (Gallæcia enim in duas Metropoles in Concilio Lucensi ante habito divisa fuerat) duodecim Episcopi in Bracarensi Ecclesia congregati sunt; Martinus Bracarensis Episcopus Concilii Præses, Nitigius Lucensis, Remissol Visensis, Lucretius, sive Lucentius Colimbriensis, Adoricus Egiditanus, Sardinarius Lamecensis, Victor Magnetensis, Andreas Iriensis, Witimer Aurensis, Avila Tudensis, Polemius Asturicensis, Mailoc Britonensis. Quatuor Conciliorum Generalium, Nicæni, Constantinopolitani, Ephesini, & Chalcedonensis initio meminerunt Patres, quæ ab iis erant circa Fidem stabilita, susceperunt, nulla facta mentione Quintæ Synodi, quam Vigilius in Epistola ad Eutychium Patriarcham Constantinopolitanum, & ad omnem præjacentem Sanctam Synodum jam approbaverat. Ejus fortasse non meminerint, quod nihil in ea actitatum esset de Fide, sed de capitulis quibusdam extra Fidem, ac de personis tantum, ut loquitur Magnus Gregorius, vel quod nondum receperant omnium Hispaniarum Antistites facti errore decepti, quo putabant Quintam Synodum Chalcedonensi adversari, quæ Theodoretum, & Ibam ad communionem admiserat.

*Lib. 2. Ep. 36.*

Ad disciplinam Ecclesiasticam spectantes in hoc Concilio decem editi fuere Canones. In 1. de Ecclesiarum visitatione ab Episcopis facienda egerunt Patres, duos saltem dies in singulis Ecclesiis Episcopi contererent, uno die ut Clericos discuterent, quomodo ordinem Baptismi tenerent, vel Missarum, & quæcumque officia in Ecclesia peragerentur: alio die postquam in his suos Clericos discuterent, vel docerent, convocata plebe ipsius Ecclesiæ,

Digitized by Google

erudirent illos, ut errores fugerent idolorum, & alia peccata, vel crimina, & poſtea ut de Eccleſia illa ad aliam proficiſcerentur. 2. Epiſcoporum Cathedraticum memoratur, ſic appellabatur jus quoddam certam pecuniæ ſummam accipiendi, quo Epiſcopi fruebantur ſuas inter viſitandas Eccleſias, & apud Concilium iſtud Bracarenſe hujuſce juris, & nominis prima fit mentio; Epiſtola namque Gelaſii Papæ ad Fabianum Epiſcopum, quam refert Gratianus cap. 5. de Cathedraticis, & ſtipendiis Epiſcoporum merito ipſi Pontifici abjudicatur, cum à poſteriori Auctore eruditi ferant, & probent laboratam. Tunc placuit, ut nullus Epiſcopus cum per Diœceſes ſuas ambularet præter honorem Cathedræ ſuæ, id eſt duos ſolidos, aliquid aliud per Eccleſias tolleret: neque tertiam partem ex quavis populi oblatione in Parochiis requireret, ſed illa tertia pars pro luminariis Eccleſiæ, vel reparatione ſervaretur, & ſingulis annis Epiſcopo ratio inde fieret: hæc jura ſtatuerunt hujus Synodi Patres quorundam Gallæciæ Antiſtitum aviditatem punituri, qui ultra ſibi ſtatuta procurabant; ex Concilio Chalcedonenſi cap. 2. cautum jam fuerat, ne Epiſcopi cum Parochias ſuas peragrarent, quandam damnoſam erga ſubditos, ſeu erga ſocios tyrannidem exercerent, & quadam judiciaria invectione ab eis ſtipendia exigerent. Eodem Canone pariter juſſum fuit ne Parochiales Clerici ſervili more in aliquibus operibus ſervire cogerentur, ſicut ſcriptum eſt, *neque ut dominantes in Clero.*

Canone 3, 4, & 5. ſtatutum eſt ut nullus Epiſcoporum pro modico balſami, quod benedictum pro Baptiſmi Sacramento per Eccleſias datur, nihil ulterius exigat, ſolebant enim tremiſſem, id eſt, tertiam partem ſolidi pro ipſo exigere; pro chriſmate, pro ordinationibus ſacris, pro Eccleſiarum conſecratione munus, aut pretium quodvis prohibitum eſt. Canon 6. in eos invehitur, qui baſilicas in ſuis agris non pro devotione, ſed pro quæſtu cupiditatis ædificabant, ut de oblationibus populi medium

Digitized by Google

cum Clericis dividerent, quod basilicas in fundis suis condiderint, & observari jussit ut nulius Episcoporum tam abominando voto consentiret, nec basilicas, quæ non pro Sanctorum patrocinio, sed magis sub tributaria conditione sunt ædificatæ, auderet consecrare. Canone 7. decretum est adversus quorundam Clericorum avaritiam, qui Baptismum non conferebant infantibus, nisi eorum parentes quidquam offerrent: ex hac cupiditate ortum erat, ut multi pauperes id timentes filios a Baptismo retraherent, & sine gratia Baptismi de hac vita recedere contingeret: idcirco placuit, ut unusquisque Episcopus per Ecclesias suas præciperet, ut hi qui infantes suos ad Baptismum offerebant, siquid voluntarie pro suo offerrent voto, susciperetur ab eis: si vero per necessitatem paupertatis aliquid non haberent, quod offerrent, nullum eis pignus violenter tolleretur à Clericis. Canon 8. eos, qui Clericos fornicationis accusant, nec duobus, aut tribus testibus delictum hoc ostendunt, excommunicatione punit. Canone 9. de Paschæ celebratione decretum est, ut Ecclesiæ omnes eodem die hanc sacram solemnitatem agerent: placuit Patribus, ut postquam omnia in Conciliis fuissent ordinata super venturum ipsius anni Pascha quota Kalendarum die, vel quota Luna deberet suscipi, a Metropolita Episcopo intimaretur. Quod ceteri Episcopi, vel Clerus reliquus breviculo subnotantes, unusquisque in sua Ecclesia, adveniente Natalis Domini die, coram populo post Euangelicam lectionem annuntiabant: quadragesima ineunte, ut vicinæ Ecclesiæ in unum convenirent, & per triduum ad Sanctorum basilicas ritu solemni litanias, & psalmos dicentes procederent: tertia vero die peractis sacris hora nona, aut decima præceptum de observando jejunio quadragesimali promulgaretur. Id temporis per Lusitaniam ex hoc Canone jam solitas fieri constat processiones, quæ à Patribus quoque litaniæ dicebantur, & in Orientali, teste Basilio, & in Occidentali ex Tertulliano frequentabantur. 10. Canon Sacerdotes quosdam coercuit, qui

*Ep. 63. ad Neocæsarienses.*

*Lib. 2. ad uxorem.*

Digitized by Google

in Missis pro defunctis non jejuni oblationes consecrabant; eosque depositione dignos judicavit, qui hunc errorem ex Priscilliano fonte hauserant.

Alii Canones Concilio huic Bracarensi à Gratiano, & Burchardo adscribuntur, qui tamen in collectione Hispanica non habentur. Gratianus Dist. 4. de consecratione cap. 55. refert hunc Canonem: *Ante viginti dies Baptismi ad purgationem exorcismi Catechumeni concurrant, in quibus viginti diebus omnino symbolum, quod est, credo in Deum Patrem Omnipotentem, specialiter doceantur.* Hæc erat Bracarensis Ecclesiæ consuetudo, quæ pro Ecclesiarum varietate varia quoque erat; nam in Africa tempore Magni P. Aug. symboli traditio fiebat die ante Pascha serius ocyus quinto decimo, dieque abhinc octavo redditio in serm. 222. Mag. Parentis. Ex Ordinis Romani præscripto symbolum feria quarta hebdomadæ quartæ tradebatur reddendum Sabbato Sancto. Burchardus Canonem hunc ejusdem Concilii allegat: *Siquis ballationes ante Ecclesias Sanctorum fecerit, seu qui faciem suam transformaverit habitu muliebri, & mulier in habitu viri emendatione pollicita, tres annos pœniteat.* Qui Canon in vetustis codicibus Hispanis hujus Bracarensis Concilii non legitur; sed Toletano 3. à pluribus merito solet adscribi. *Lib. 10. cap. 39.*

Apud Gratianum, & ceteros collectores inveniuntur etiam quamplurimi Canones nomine Martini Bracarensis Papæ in Concilio, qui Martinus alius non erat à Dumiensi. Hice Canones non ab Episcopis Hispaniarum nostrarum in unum id temporis congregatis editi sunt, sed ex Concilis Græcis orientalium Canonum octoginta collectionem edidit Martinus Dumiensis, quam ad Episcopos in Concilio Lucensi, Nitigio Præside, simul sedentes, Theodomiro Suevorum Rege convocante, expendendos, ac approbandos misit, in quibus disciplina Ecclesiastica adamussim pertractatur, quæ per Lusitaniam, & Galliciam, & reliquas Hispaniarum partes erat observantiæ.

Conciliis Bracarensibus finem impositurus quid præ-

Digitized by Google

termittam ſolidorum quantitatem exponere, de quibus Can. 2. Concilii 3. quos Gallæciæ Epiſcopi pro Cathedratico à ſuis ſubditis exigebant? Solidi quantitas, & valor pro temporum varietate, ac differentia varius quoque fuit: ad valorem hujus Concilii tempore nunc oportet adtendamus, ut notum ſit, quâ æſtimatione, & pretio Cathedraticum fieret. S. Iſidorus, qui eodem ſæculo florere cœpit, ait: *Solidus nuncupatur, quia nihil illi deeſſe videtur, ſolidum enim veteres integrum dicebant, & totum ipſum quoque nummiſma unus argenteus erat. Solidus apud Latinos alio nomine ſextula dicitur, quod iis ſex uncia compleatur. Hinc, ut diximus, vulgus aureum ſolidum vocat, cujus tertiam partem ideò dixerunt tremiſſem, eo quod ſolidum faciat termiſſus.* Hinc eſt, quod Epiſcopi pro Cathedratico acciperent duos nummos aureos, quorum ſinguli nonaginta, & ſex grana auri parva penderent: ſextula enim continet quatuor ſcrupula, & unumquodque ſcrupulum viginti quatuor grana parva, quæ ſi per quatuor ſcrupula contenta in ſextula ducantur, evadunt nonaginta, & ſex auri grana.

*Etymolog. lib. 16.*

## §. III.

### *De Concilio Toletano tertio Hiſpaniarum Generali.*

RECcaredus Gothorum Rex Eccleſiæ Catholicæ mancipatus, ut omnibus ſuæ fidei publicum exhiberet ſignum, indieſque per univerſam Hiſpaniam Euangelium firmum, ratumque haberetur: omnes Hiſpanienſium provinciarum Luſitaniæ, Tarraconenſis, Bæticæ Epiſcopos, Galliæ quoque Narbonenſis, quæ tunc Gothicæ ditioni parebat, datis piiſſimis, & fidei zelo plenis literis, Toletum Urbem regiam, Gothici Imperii ſedem convocavit. Congregatam fuiſſe à rege hanc Synodum, ipſius acta in initio oſtendunt. *Cum pro fidei ſuæ ſinceritate, idem Glorioſiſſimus Princeps omnes regiminis ſui Pontifices in unum convenire mandaſſet, ut tam de ejus converſione,*

Digitized by Google

*ne, quam de gentis Gothicæ innovatione in Domino exultarent, & divinæ dignationi pro tanto munere gratias agerent, Sanctissimus idem Princeps allequitur.* Anno quingentesimo octogesimo nono Iduum Maij octavo sexaginta, & duo Episcopi convocati Toletum convenerunt, inter quos sederunt undecim Lusitaniæ nostræ Præsules, de quibus jam dictum est. Primum Reccaredus omnibus adlocutus fidei professionem obtulit: Symbola Nicænum, Constantinopolitanum, nec non definitiones Ephesini, & Chalcedonensis Conciliorum subjunxit, & omnibus cum Badda Regina uxore sua subscripsit. Deinde Gothorum Episcopi, Presbyteri, & Optimates suam fidem ediderunt; quæ viginti tribus anathematismis comprehensa est. Septem Ariani Episcopi, quos Rex Leovigildus, depositis propriis Pastoribus, in Ecclesias intruserat, Ugnus scilicet Barcinonensis, Murila Valentinus, Sumila Visensis, Guardignus Tudensis, Becila Lucensis, Argiovitus Portugalensis, Fruischus Dertosanus Arii dogmata abjurarunt, & cum Rege, & Catholicis ceteris fidem catholicam professi sunt.

Observandum est, in anathematismo tertio, ut fidei dogma assertam fuisse Spiritus Sancti à Patre, & Filio processionem, quæ in Bracarensi 1. etiam credita fuerat: & in decimo sexto fuisse damnatum libellum anno duodecimo Leovigildi Regis à Gothis ipsis editum, in quo continebatur Romanorum ad Arianam hæresim traductio in quo gloria Patri per Filium, & in Spiritu Sancto male ab ipsis instituta erat; & in decimo septimo dictum est anathema in eos, qui ex toto corde Ariminense Concilium non respuerent. Pertractatis, quæ fidem concernebant, disciplinæ Ecclesiasticæ restaurandæ viginti tribus scriptis Canonibus operam suam navarunt Patres, Rege piissimo annuente, & sæpe postulante. 1. Canone omnium Conciliorum decreta, Romanorum Pontificum Epistolæ observari præcipiuntur, & ab Ecclesiæ honoribus rejiciuntur, quos Canones ipsi solent rejicere. 2. Canone Patres ad



Digitized by Google

Reccaredi postulatum statuerunt: ut pro reverentia sanctissimæ fidei, & propter corroborandas hominum invalidas mentes per omnes Ecclesias Hispaniæ, & Galliæ secundum formam Orientalium Ecclesiarum Constantinopolitani Concilii symbolum recitaretur, & priusquam Dominica oratio diceretur, voce clara à populo decantaretur. Ex Theodoro lectore Timotheus Patriarcha an. 510. Constantinopoli præscripsit, ut fidei symbolum per singulas synaxes diceretur, antea enim semel in anno ad Parascevem in Catechumenorum institutione ab Episcopo facta dicebatur; & ex Nicephoro Calisto in omni conventu apud Antiochenam Ecclesiam Petrus Gnapheus idem symbolum jussit recitari: quem morem postea Hispani inter Latinos primi sequuti sunt. Hinc certam non esse constat sententiam Innocentii III. Damasum Papam in Occidente constituisse ut symbolum ad Missam caneretur; nunquam enim Græci reclamassent, aut citius reclamassent, nec Leo III. consultus à Bernario, & Jesse Episcopis ex Concilio Aquisgranensi Romam hac de causa profectis improbasset, quod à Damaso Papa jam factum erat.

*Lib. 2. Collectaneorum.*

*Lib. 16. cap. 28.*

*Lib. 2. de Myster. Missæ cap. 99.*

Canone 3. Ecclesiæ res alienare Episcopos vetuere Patres, & quid Episcopi Monasteriis, vel Ecclesiis suæ Diœcesis donaverint absque gravi principalis Ecclesiæ incommodo firmum judicarunt. 4. Episcopis potestatem facit, ut aliquam ex suis Parochiis, annuente Concilio, Monasterium faciant, ut Monachorum regula vigeat, & ut de rebus Ecclesiæ ad ipsorum sustentationem aliquid tribuant. 5. Canone statutum est, ut Episcopi, Presbyteri, & Diaconi hæresim abjurantes, ab uxoribus recedant, nec simul in eadem domo cum iis sint: qui semper in clericali ministerio Ecclesiæ servierint si in suum domicilium mulieres infamem suspicionem generantes introduxerint, juxta Canones, pœnam subeant, mulieres ipsæ ab Episcopis vendantur, & ipsarum pretium in pauperes distribuatur. Canone 6. decretum est, ut ii, quibus Episcopi, vel alii libertatem donaverant, & Ecclesiæ commendati

Digitized by Google

erant, libertate fruerentur, & Episcoporum patrocinium haberent, Principe tamen per postulationem consulto. In Ecclesiæ obsequium id decretum à Reccaredo adeo jussum est observari, ut inter leges etiam civiles Gothicas describi præceperit; & in codice Gothico ita legitur: *Quoslibet de quorumcunque libertis, aut specialiter Ecclesiastici dignitas sublimavit honoris, aut præfixis Sanctorum locis deputavit, vel ordo religionis, vel ordinatio manumittentis, non erunt ad hominum patrocinium reducendi contentione quadam hæredis. Quod enim glorioſius Deo adhærere censetur, obsequiis hominum religari honestate nulla sinitur.* Lib. 9. tit. 7. leg. 18. 7. ut Sacerdotes nunquam ad mensam sedeant nisi Scripturarum divinarum lectionem audiant. 8. prohibet ne Clerici, qui ex familiis regio Fisco designatis nati, & à Principe Ecclesiæ addicti sunt, ab aliquo repetantur, sed Ecclesiæ servitio semper deputati sint. 9. Ecclesias, quas Ariani tenuerant (& plurimæ quidem fuerant præcipue à Leovigildi tempore) ac Reccaredo converso Catholicæ fidei adscriptas Episcopis tribuit in quorum territoriis conditæ erant. 10. Canon quorundam libidinem in Hispaniis grassantem coercet, qui viduas ad secundas nuptias, & virgines ad primas inducebant, veluti nuptiæ continentiæ observatione meliores essent: quapropter viduis continentiam secundis nuptiis anteponentibus, & Virginibus nubere renuentibus prospicit, jubetque nequis virginem, aut viduam ad matrimonium compellat citra ipsius, aut parentum voluntatem, & hujus Canonis transgressores à fidelium communione expellit.

Sequitur difficilis Toletani tertii Canon 11. quoniam repererunt Patres per quasdam Hispaniarum Ecclesias non secundum Canones, sed fœdissime homines egisse pœnitentiam, ut quotiescunque peccare libuisset, toties à Presbytero se reconciliari expostularent; ideo pro coercenda tam execrabili præsumptione id jussit Concilium, ut secundum formam Canonum antiquorum den-

Digitized by Google

tur pœnitentiæ: hoc eſt ut is, quem ſui pœnitet facti, à communione ſuſpendatur; faciat inter reliquos pœnitentes ad manus impoſitionem crebro recurrere: expleto autem ſatisfactionis tempore ſicuti Sacerdotis contemplatio probaverit, eum communioni reſtituat; hic vero, qui ad priora vitia, vel infra pœnitentiæ tempus, vel poſt reconciliationem relabuntur, ſecundum priorum Canonum ſeveritatem damnentur. Ex hoc Canone duriſſimam quidem fuiſſe noſtrarum Eccleſiarum diſciplinam conjecturunt veluti relabentibus peccatoribus pœnitentiæ, & confeſſioni ſacramentali intercluderetur aditus, & nulla eſſet veniam conſequendi via. Verum alia fuit noſtrorum Patrum mens, quæ ab Africanæ, Mediolanenſis, Romanæ, & Orientalis Eccleſiæ diſciplina non ſemovebatur. Hiſpanienſes Antiſtites publicam quidem pœnitentiam iis, qui in eadem, vel nova crimina relapſi fuerant, ob quæ publice pœnitendum erat, denegarunt; vetus hæc erat diſciplina, quod relapſi jam ex ignorantia non excuſarent peccatum, cum ex diuturna, & gravi pœnitentia facile delicti cognoſcerent gravitatem, & in eadem, vel ſimilia crimina præceps peccator divinum timorem excutere videretur. Hujus diſciplinæ meminit, & ſequutus eſt D. Amb. *Merito*, inquit, *reprehenduntur, qui ſæpius agendam pœnitentiam putant, quia luxuriantur in Chriſto. Nam ſi vere agerent pœnitentiam, iterandam poſtea non putarent.* Quis unquam Ambroſium ita loquentem incuſavit? aut de pœnitentia ſacramentali non iteranda fuiſſe loquutum exiſtimet?

*Lib. de pœnit. cap. 10.*

Cum Mag. P. Auguſtino in eadem diſciplina ſiſtebant Hiſpaniarum Patres. Macedonius Africæ Vicarius Auguſtinum interrogavit: utrum ex Religione deſcenderet, quod Epiſcopi intervenirent pro reis, & niſi obtinerent, offenderentur? etſi à Domino peccata adeo prohibeantur, ut ne pœnitendi quidem copia poſt primam tribuatur; quare pro his quoque intervenirent Epiſcopi, de quibus adeo futuri nulla ſpes eſt ut etiam in præſenti eadem ra-

Digitized by Google

tio criminis perſeverat? Mag. Parens Macedonio reſpondit pœnitentiam quidem publicam gravioribus delictis ſemel tantum in Eccleſia concedi; Deum tamen poſt iſtam pœnitentiam rurſus peccatum poſſe remittere. *Quanvis ergo caute, ſalubriterque provijum ſit, ut locus illius humillimæ pœnitentiæ ſemel in Eccleſia concedatur, ne medicina vilis minus utilis eſſet ægrotis, quæ tanto magis ſalubris eſt, quanto minus contemtibilis fuerit: quis tamen audeat dicere Deo: quare huic homini, qui poſt primam pœnitentiam rurſus ſe laqueis iniquitatis obſtringit, adhuc iterum parcis?* *Ep. 153. alias 54.*

Canon 12. ſtatuit, ut nemini viro poſtulanti pœnitentia concederetur, niſi prius ſe tonderet, mulieri vero niſi habitum mutaſſet, ut iſta ſolemnis pœnitentiæ profeſſio eos à relapſu coerceret. Hinc conſtans eſt in Luſitania, ac univerſis Hiſpaniis, quarum Epiſcopi hanc diſciplinam repararunt, adhuc ſexto ſæculo prope finem pœnitentiam publicam ſolemni ritu obſervari. Pœnitentiæ igitur publicæ iſte erat ritus. Pœnitentes tempore, quo pœnitentiam petebant impoſitionem manuum, & cilicium ſuper caput a Sacerdote (ſicut ubique conſtitutum eſt) conſequebatur. Si autem comas non depoſuerant, aut veſtimenta non mutaverant, abjiciebantur, & niſi digne eos pœnituerat; non recipiebantur: ante fores Eccleſiæ ſe repræſentabant Epiſcopo civitatis, ſacco induti, nudis pedibus, vultibus in terram demiſſis, reos ſe eſſe ipſo habitu, & vultu proteſtantes: ibi adeſſe debebant Decani, id eſt Archipresbyteri parochiarum, & Presbyteri, qui eorum converſationem diligenter inſpicerent, & ſecundum modum culpæ pœnitentiam per præfatos gradus injungerent. Poſt hæc eos in Eccleſiam introducebant, & cum omni clero ſeptem pœnitentiales pſalmos in terra proſtratus Epiſcopus cum lacrymis pro eorum abſolutione decantabat: tunc reſurgens ab oratione manus eis imponebat, aquam benedictam ſuper eos ſpargebat, cinerem prius mittens, deinde eorum capita cilicio operiens: *Ex cap. 63 Diſt. 50. & cap. 64.*

Digitized by Google

cum gemitu, & crebris ſuſpiriis denuntiabat eis, quod ſicut Adam projectus fuerat de paradiſo, ita ipſi pro peccatis ab Eccleſia abjecti erant: poſtea jubebat miniſtris, ut eos extra januas Eccleſiæ expellerent: Clerus proſequebatur eos cum reſponſorio: *In ſudore vultus tui veſceris pane tuo*: ut videntes ſanctam Eccleſiam pro facinoribus ſuis tremefactam, atque commotam non parvi penderent pœnitentiam. Penes Epiſcopum ſolum erat pœnitentiæ publicæ adminiſtratio, penes Presbyterum vero delegatum, nonniſi Epiſcopo abſente, aut ægrotante: Preſbyteri, tamen erant veluti inſpectores, & complendorum graduum teſtes, ſicut in Canone 32. Concilii Eliberitani decretum fuerat.

Canon 13. animadvertit in Clericos, qui Conclericos ſuos, contemto, & inconſulto Epiſcopo ſuo, ad judicia ſæcularia publica adducunt; pœnamque iis indixit, ut qui id facere præſumpſerint, & cauſam perderent, & à communione haberentur extranei. Eadem diſciplina ſtatuta fuerat in Concilio Chalcedonenſi, & Carthaginenſi, & ab Innocentio III. firmata in decretali ad Archiepiſcopum Piſanum anno 1210, quæ refertur cap. 12. de Foro competenti. Hanc erga Clericos à judicibus ſæcularibus immunitatem præſertim in criminalibus cauſis veteres tradiderunt Canones juxta Lucium III. ad Trigonienſem Archiepiſcopum in Hungaria. In cauſis ordinariis, quas civiles vocant, ex ordinatione regia ad ſæcularia judicia pertrahi poſſunt, & ex eodem jure regio ex oppreſſione ab Eccleſiaſticis judicibus illata regium tribunal pro gravamine adeunt. Inter Eccleſiaſticos Præſules, & Luſitaniæ Reges Dionyſium, Joannem I. ac Sebaſtianum id pactum intervenit, quod Apoſtolica Sedes firmavit. Quid Catholicis Principibus Canonum cuſtodibus dignius, quam Eccleſiaſticos viros à Præſulibus quandoque injuſte vexatos audire, ſuſcipere, ac fovere? Athanaſius de ſententia contra juris ordinem à Tyrii Concilio lata, & de notoria oppreſſione ad Conſtantium Imperatorem recur-

*Can. 9.*
*Cap. 9.*
*Lib. 2. tit. 1.*
*Lib. 1. tit. 12.*

Digitized by Google

rit: quamobrem S. Leo ait: *Debes incunctanter advertere, regiam potestatem non solum ad mundi regimen, sed etiam maxime ad Ecclesiæ præsidium esse collatam, ut ausus nefarios comprimendo, & quæ sunt bene statuta defendas, & veram pacem iis, quæ sunt turbata restituas.*

Canone 14. prohibitum fuit Judæis habere uxores, concubinas, & mancipia christiana, aut officia publica gerere: necnon præceptum ut filii Judæis nati ex iis conjugiis baptizarentur: plurima quidem in hoc Canone observatu digna sunt de Judæorum uxoribus, mancipiis, officiis publicis, & eorum filiis per Hispaniam nostram in prioribus sæculis. Judæorum, aliorumque baptizatorum conjugia cum fidelibus nec semper in Ecclesia fuisse prohibita est certum quod maxime: valida quidem fuerunt matrimonia S. Monicæ cum Patricio viro Ethnico, ut testatur Mag. P. Aug. S. Clotildis cum Clodoveo Francorum Rege adhuc infideli, & S. Cæciliæ cum Valeriano: plurima tamen, inter quæ Concilia Eliberitanum, & istud Toletanum, sæpius prohibuere, quatenus timendum erat ne in aliquo fideli, qui uxorem infidelem duceret, fides Christiana amitteretur, ut Hebræorum Sapientissimo Regi Salomoni contigit, de quo ait Scriptura: *Cor ejus depravatum est per mulieres, ut sequeretur Deos alienos.* Aſt in nullis Canonibus hujusmodi connubia declarantur nulla, & invalida. Quapropter communis est Theologorum opinio hoc disparis cultus impedimentum matrimonia dirimere sola Ecclesiæ consuetudine, quæ vim legis obtinet, & nullo veteris Concilii Canonis præscripto, quo nulla, & irrita statuuntur: qui hujus Ecclesiasticæ consuetudinis originem petunt non sine fundamento tradunt Ecclesiam adoptasse legem Theodosii pridie Idus Martii Thessalonicæ datam an. 388. Theodosio, & Cynegio Consulibus, quæ est numero 6. *Nequis Christianam mulierem in matrimonium Judæus accipiat, neque Judææ Christianus conjugium sortiatur: nam siquis aliquod hujusmodi admiserit adulterii vicem commisit hujusmodi crimen obti-*

*Lib. 9. confess. cap. 9.*

*Can. 15. & 16.*

*Lib. 3. Reg. c. 22.*

*In cod. de Jud. & Celicolis.*

Digitized by Google

*nebit : libertate in accusandum publicis quoque vocibus relaxata.*

Quoniam Judæorum mores, & Christianorũ in nullo concordant, & ipsi de facili ob continuam conversationem ad suam superstitionem, & perfidiam simplicium Christianorum animos inclinarent, Lusitanis, ceterisque Hispaniarum Episcopis placuit ũt Judæi, nec Christiana mancipia haberent, nec officia publica gererent: quæ lex non tantum in Imperio Romano jam antea lata erat, verum & postea à Romanis Pontificibus firmata, & stabilita est. Honorius, ac Theodosius Imperatores hanc legem ediderunt, quæ extat in cod. t. 10. *Ne Christianum mancipium.* Gregorius Magnus in Epistola ad Lucensem Episcopum anno 600, Alexander III. in Conc. Lateranensi 3. & Innocentius III. ad Archiepiscopum Senonensem, & Episcopum Parisiensem confirmarunt. Idem Innocentius III. in Concilio Lateranensi 4. hujus Toletani Concilii Canonis meminit, & innovavit, ne Judæi publicis officiis præferrentur, & siquis eis aliquod officium commisisset, per provinciale Concilium singulis annis celebratum compesceretur. Post Innocentium III. Gregorius IX. ad Asturiensem, & Lucensem Episcopos an. 1236. literas dedit, quibus ex speciali erga Portugaliæ Regem Sancium II. mandat ut ipsum Regem solicite inducant, ne in officiis publicis Judæos Christianis præficeret.

Judæorum filios ex Christianis conjugibus natos ad baptismum assumi jussit iste Canon; nam baptizari potest infans si parentum alteruter annuat, cum iste consentiat, qui etiam naturale jus servat in puerum, & licet alter sit invitus, ille præferri debet consensus, qui in fidei Christianæ favorem, & infantis utilitatem cedit: & tunc apud parentem non suspectum ali debet, ac immorari; sic etiam tenuit, ac respondit Gregorius IX. Episcopo Argentinensi anno 1236 in Epistola decretali, quæ extat cap. 2. de Conversione infidelium. Canone 15. decrevit, ut siquis ex regio Fisco addictis Ecclesias condiderint, dotemque

Digitized by Google

tribuerint, Epiſcopus id à Rege confirmari curet. Canone 16. ſtatutum eſt, ut per univerſam Hiſpaniam, & Galliam Narbonenſem Sacerdotes ſimul cum judicibus in idololatriæ crimina, per eas regiones graſſantia accurate inquirant, jis exterminandis incumbant, reoſque inventos puniant: negligentibus ipſis excommunicatio indicitur: & dominos, qui hoc ſcelus, à poſſeſſione, aut familia ſua evertere comtempſerit ab Epiſcopo excommunicari juſſit. Eo ſemper Chriſtiani idololatriam fuerunt exoſi, ut non tantum in ipſos verum & in eorum ſceleribus conſentientes non tam ab Eccleſia, quam ab Imperatoribus Chriſtianis illatæ ſint pœnæ. Imperatores Leo, & Anthemius in tantum hujuſmodi facinora voluerunt reſecare, ut ſi in alieno prædio, vel domo, aut quavis alia poſſeſſione, ſcientibus Dominis aliquid perpetraretur: prædium quidem, vel domus ærarii juribus addiceretur. Domini pro hoc ſolo, quod ſcientes conſenſerint ſua loca iis contaminari ſceleribus, ſi dignitate, vel militia quadam decorabantur, amiſſione militiæ, vel dignitatis, nec non rerum ſuarum proſcriptione plecterentur: & privatæ conditionis, aut plebejæ conſtituti, poſt cruciatus corporis, operibus metallorum, aut perpetuo deputarentur exilio. Quæ lex extat in cod. n. 8. de Paganis, & ſacrificiis.

Canone 17. decretum eſt, Rege quoque conſentiente, ut Sacerdotes cum judicibus in parentes inquirerent, qui proprios filios occidebant, aut fœtuum abortuum cauſæ erant, ne filii augerentur: quos non tantum parricidii reos, ſed & maximæ libidinis damnant veluti non cauſæ ſuſcipiendæ prolis, ſed concupiſcentiæ adimplendæ conjunctos. In eos, qui filiorum fata properaverant Imperator Conſtantinus in lege ad Verinum Africæ Vicarium ſtatuerat, ut neque gladio, neque ignibus, neque ulli alii ſolemni pœna ſubjugarentur, ſed inſuti culeo, cum cane, & galo gallinaceo, & vipera, & ſimia, inter eas ferales anguſtias comprehenſi ſerpentium contuberniis miſcerentur, & ut regionis qualitas ferebat, vel in vicinum mare,



Digitized by Google

vel in amnem projicerentur. Toletani vero Patres erga hujuſmodi reos benignius habiti ſunt, non capitalem vindictam, utpote Eccleſiæ judices, ſtatuerunt, ſed acriori diſciplina id facinoris prohibuerunt. Ex hoc Canone cauſa tantum libidinis adimplendæ matrimonio conjuncti incuſantur, quod quamplurimis Patribus æquum etiam viſum fuit, qui matrimonium ſolius prolis cauſa celebrandum eſſe contenderint. Mag. P. Aug. inquit: *Concubitus neceſſarius cauſa generandi inculpabilis, & ſolus ipſe nuptialis eſt. Ille autem qui ultra iſtam neceſſitatem progreditur jam non rationi, ſed libidini obſequitur.* S. Fulgentius: *Maculam contrahit quiſquis non pro ſola generatione, ſed etiam propter fragilitatem carnis ſuæ miſceretur uxori.* In eadem ſententia extitit S. Gregorius Magnus.

*Lib. de bono conjug. cap. 10.*

*Ep. 1. c. 3. & 4.*

*Lib. Moral 30. cap. 17.*

Propter Eccleſiarum Hiſpaniarum paupertatem, & maximam itineris longitudinem ex earum diſtantia, prioribus Canonibus Concilii Bracarenſis, aliorumque derogavit Canon 18. qui bis in anno Provincialia Concilia celebrari præceperant; ſemel eorum congregationem quotannis præſcripſit. Hujuſmodi Conciliis ex Reccaredi decreto locorum Magiſtratus, & fiſcales Actores intereſſe jubentur: Epiſcopiſque idem Rex juſſit, ut proſpicerent quomodo cum populis agerent, ita ut ipſos præmonitos corrigerent, aut de eorum inſolentiis ad Regem referrent; quod ſi correptos emendare nequiverint, & ab Eccleſia, & communione ſuſpendant. Ampla quidem erat id temporis Epiſcoporum juriſdictio non tantum per Hiſpanias noſtras, verum & in Oriente; Juſtinianus Imperator non abſimile edictum pro Epiſcopis edidit: *Si dum aliquis audierit judicem provinciæ, non meruit juſtitiam* (inquit Juſtinianus) *tunc jubemus eum adire ſuum ſanctiſſimum Epiſcopum, & ipſum mittere ad chariſſimum provinciæ judicem, aut per ſe venire ad eum, & præparare eum ut omnibus modis audiat interpellantem, & liberet eum cum omni juſtitia ſecundum noſtras leges. Si vero etiam ſanctiſſimo Archiepiſcopo compellente judicem cum juſtitia de-*

*In Novel. Conſt.*

Digitized by Google

*terminare interpellantium causas, judex differat discernere negotium, & non servet litigantibus justitiam, jubemus sanctissimum illius civitatis Episcopum dare ad nos literas ei, qui non meruerit, quod justum est, insinuantes.*

Canon 19. præscripsit, ut Episcopi de Ecclesiæ dote curarent: & 20. ne ipsi Presbyteros, ac Diaconos suos acerbis, desuetisque vectigalibus fatigarent, & ut omnes Clerici tam civitatum, quam oppidorum Diœcesani à suis Præsulibus gravati Metropolitanum adirent querelas suas delatum. Canon 21. Clericorum immunitatem præscripsit, quam Reccaredus Rex ratam habuit, ne Ecclesiarum, Episcoporum, ac Clericorum servos, Judices, vel Actores diversis angariis, vel publicis, aut privatis negotiis applicarentur: & ipso Rege annuente, omnis Patrum concessus hujus immunitatis violatoribus excommunicationem indixit. Non omnino novam legem edidernnt Episcopi, sed Regis consensu firmarunt, quam Constantius Constantini filius an. 357. nono suo Consulatu, & 2. Juliani Cæsaris, ad omnes Clericos, ipsorum filios, & ministeria protulerat. *Ad parangariam quoque* (inquit Imperator in leg. 2. codice de Episc. & Cleric.) *non vocentur* (Clerici) *nec eorumdem facultates, atque substantiæ. Omnibus Clericis hujusmodi prærogativa succurrat, ut & conjugia Clericorum, ac liberi eorum quoque, & ministeria, id est mares pariter, ac fœminæ eorumque etiam filii, & filiæ immunes semper ab hujusmodi muneribus perseverent.*

Abusus sane maximi per universas Hispanias circa Defunctorum sepulturas grassabantur. Martinus Bracarensis Episcopus Can. 68. Christianis jam prohibuerat nè prandia ad defunctorum sepulcra deferrent, & mortuis sacrificarent: adhuc tamen plurimi convenerant post proximi cujusvis mortem Gentilium more sua pectora tundere, ac cædere, & suorum defunctorum corpora cum carminum funebrium cantu ad sepulturam deferre: in eos utpote gentilium rituum observatores invecti sunt Patres

Digitized by Google

Epiſcoporum error factus eſt palam inſigni illo miraculo fontis Luſitaniæ in Oſſet, quem Gregorius Turonenſis refert Paſchali tempore ſcaturire, & ultra id temporis ignaro fine concludi.

*Lib. 1. de Gloria Martyr. cap. 24.*

*Eſt & ille illuſtre miraculum*, inquit Gregorius, *de fontibus Hiſpaniæ, quos Luſitania provincia profert. Piſcina namque eſt apud Oſen campum antiquitus ſculpta, & ex marmore vario in modum crucis miro compoſita opere, ſed & ædes magnæ claritatis, ac celſitudinis deſuper à Chriſtianis conſtructa eſt. Igitur cum dies ſacer poſt curriculum anni decedentis adveniret, quo Dominus confuſo Proditore, myſticam diſcipulis præbuit Cænam: conveniunt in locum illum cum Pontifice cives jam odorem ſacri præſentiëtes aromatis: tunc data oratione à Sacerdote oſtia templi ſimul jubent muniri ſignaculis adventum virtutis Dominicæ præſtolantes. Die autem 3. (quod eſt Sabbatum) convenientibus ad baptiſandum populis, adveniens Epiſcopus cum civibus ſuis, inſpectis ſignaculis, oſtia reſerat clauſa, ac mirum dictu; piſcinam, quam reliquerant vacuam, reperiunt plenam, ſed ita cumulo altiore refertam, ut ſolet ſuper ora modiorum triticum adgregari; videaſque huc, illucque latices fluctuare, nec partem in adverſam fluere. Tunc cum exorciſmo ſanctificatum, conſperſum deſuper chriſma, omnis populus pro devotione haurit, & vas plenum domi pro ſalvatione reportat, agros, vineaſque aſperſione ſaluberrima tutaturus. Et cum exinde multitudo amphorarum ſine collecto numero hauriatur, nunquam tamen, vel cumulum minuit: licet ibi infans primo intinctus fuerit, mox aqua reducitur; & baptiſatis omnibus, lymphis in ſe reverſis, ut initio produntur neſcio, ita & ſine clauduntur ignaro.* Fons iſte miraculorum Paſchæ advenientis ſignum ad diem 20. Martij, Sabbatum ſcilicet ante Dominicam, qua eo anno Hiſpani Antiſtites hanc ſolemnitatem egerunt, ſolitis aquis minime repletus eſt.

Digitized by Google

*Hujus miraculi locum liceat nunc explorari.*

MOrales Oſen juxta Hiſpalim collocat, nullumque hujus nominis oppidum in Luſitania fuiſſe contendit: Luſitani omnes, & quamplurimi Hiſpani, qui ſub Catholici Regis ditione degunt cum ipſo Gregorio Turonenſi in Luſitaniæ provincia, nec extra, ferunt. Gregorius illius temporis Auctor, rerum Gothorum, & Francorum accuratus ſcriptor in deſcribendo ſitu nec tam facile deciperetur, cujus notitia ſine labore ad ipſius aures poterat pervenire. Ptolemæus Ocellum in Luſitania deſcripſit, quod poſtea violato nomine, Oſen dictum eſſet: ejus tamen ſitum ævo noſtro digito oſtendere quid difficilius? Fr. Bernardus de Brito, & Georgius Cardozo ad Eminium in Ocella; Fr. Antonius à Purificatione ad Viſeum Oſen civitatem tradunt. Utriſque ſuæ conjectationes, neutris firmum monumentum, aut fundamentum. In tanta veterum rerum caligine ſine luce, & duce certo quid dicam? Cum Turonenſi Luſitanam fateor, nec deceptum credo, & ſitam fuiſſe opinor juxta aliam ex Epiſcopalibus Luſitaniæ civitatibus, unde Epiſcopus cum ſuis civibus Paſchali tempore deſcendebat baptiſmata celebraturus, quin ceteris Epiſcopalibus muniis pro more in ſua primaria Eccleſia deeſſet: portentum illud dignum erat, ut Præſul Sabbato ſancto extra ſuam baptiſaret. In Oſſen oſtendendo nimis eſſet laborandum, cognita poſt funeſtam illam Hiſpanis rebus illatam à Saracenis cladem, urbium, & oppidorum mutatione. Urbes prius claræ, ut quæque aut majus vulnus acceperunt, aut ægrius revaluerunt, ita priſtinum ſuum decus, aut recuperarunt ſerius, aut penitus amiſerunt. Ubinam nunc Magnetum? ubinam Cinania? ubinam Canace? ubinam Tuntobriga? vix earum nomina audimus: earum ſitum in noſtro continenti digito nunc demonſtrare non audemus: ſi tamen quidquam conjecturari licet, prope Eminium, ubi nunc eſt Ocella, fuiſſe Oſen Epiſcopo Eminienſi ſubditam conjecturabo.

*Monarch. Luſit. lib. 6. cap. 11.*

*Tom. 2. pag. 114 Chron. Erem. D. Ang. Agiol. Luſitan. tom. 2. p. 546.*

Digitized by Google

## §. II.
## *De Clericis.*

CIrca Clericos sanctissima illa viguit disciplina, ut in aliquibus Ecclesiis Clerici in una domo sub suo Episcopo degerent, & canoniam observarent; Episcopus ipse de Ecclesiæ rebus necessaria iis dispensabat: id constat ex Canone 16. Martini Bracarensis: *Episcopus habeat potestatem in rebus Ecclesiæ, aut dispenset necessitatem habentibus cum omni reverentia, & timore Dei, participare etiam eum oportet, quæ necessaria sunt, si tamen ipse, aut qui cum eo fratres sunt, indiguerint aliquid, ut necessitatem nullo modo patiantur secundum Apostolum dicentem: victu, & tegumento contenti sumus: Si autem res Ecclesiasticas Episcopi in suas voluntates usurpare voluerint, & lucra Ecclesiæ, hos oportet obnoxios esse Concilio; similiter si Episcopus, vel qui cum eo sunt Presbyteri, aut Diaconi accusentur, & quæ ex redditu, vel ex quolibet actu Ecclesiæ veniant, in suo sinu colligunt, & pauperes fraudant, & fame conficiuntur, hos corripi oportet secundum quod ordinatum fuerit à sancto Concilio.* Ad presbyteratum nullus Clericus admittebatur nisi trigesimum ætatis annum adimpleret ex Can. 20. ejusdem Martini: *Siquis trigesimum ætatis suæ non impleverit annum, nullo modo Presbyter ordinetur, & si valde dignus sit, quia Dominus ipse trigesimo anno baptisatus, & sic cœpit docere.* Ex Concilio Neocæsarienſi hanc disciplinam in Hispanias nostras transcripserunt Patres.

Clerici, aut in communi vivebant, aut unusquisque in domo sua, ea tamen lege tenebantur, ut nullus ordinibus initiaretur, quin alicui Ecclesiæ addiceretur. Suarum Ecclesiarum desertores si admonenti, & vocanti Episcopo parere recusabant, deponebantur juxta Can. 34. & ex Can. 9. Martini Bracarensis: *Siquis Presbyter, aut Diaconus, vel quilibet Clericus Ecclesiæ deputatus, si intra civitatem*

Digitized by Google

*tem esset, aut in quolibet loco, in quo Ecclesia foret, & ad quotidianum Psalendi officium, matutinis, vel vespertinis horis ad Ecclesiam non convenisset, deponebatur a Clero, si castigatus veniam ab Episcopo per satisfactionem noluisset promereri.* Et ex Can. 64. nulli licebat Clerico dominico die ab Ecclesia absentem esse, sed Missarum solemnibus intererant. Paulus Diaconus Emeritensis de vitis Patrum Emeritensium de Fideli Emeritæ Episcopo ait: *Quoniam dominico die, dum in atrium cum multis filiis Ecclesiæ tenderet, ut mos est, Archidiaconus cum Clero in albis ab Ecclesia venientes coram eo astiterunt, mox ille consurgens Diaconibus ex more thuribula gerentibus, atque ante eum præcedentibus cum universis, qui aderant, ad Ecclesiam perrexit qualiter, Deo juvante, Missarum solemnia celebrarent.* Cap. 6. En antiquissimum apparatum; comitatumque, quo Lusitaniæ Episcopi à suis Clericis, cum accedebant, intra Ecclesiam suscipiebantur. Clerici in communi non degentes à Martino Can. 32. cum mulieribus, de quibus suspicio erat, in eadem domo habitare prohibebantur, solas Matrem, Sororem, Aviam, & Amitam juxta Nicænum Canonem secum habere iis licebat.

Omnes, qui in sortem Domini, Clericatum scilicet, vocabantur, comam non nutriebant, sed Martinus cum Episcopis Lusitanis, & Calaicis majusculæ tonsuræ formam expressérunt: *Non oportet Clericos comam nutrire, ac sic ministrare, sed atonso capite, patentibus auribus.* Hinc nec coronam adhuc, nec partem capitis ullam abrasam Lusitaniæ Clerici habebant, & ex eo, quod aures paterent, intellectu est, quam brevibus capillis eorum capita erant. Nec majores tantum Clerici tondebantur, verum & omnes, qui Ecclesiarum ministerio destinati erant. pueri quoque, qui in templis nutriebantur Deo servituri, tonsurâ utebantur. Paulus Diaconus Emeritensis jam citatus de Paulo Ecclesiæ ejusdem Episcopo refert, qui nepotem suum Fidelem adolescentem tondere præcepit, ac Deo omnipotenti serviturum obtulit, & veluti alterum

*De vitis PP. Emerit. cap. 5.*

Samuelem in templo Domini diebus, ac noctibus strenuè erudivit, & deinde per singulos gradus ordinavit. De pueris istis à parentibus, aliisve consanguineis à primis infantiæ annis Deo oblatis speciatim in Lusitania loquitur idem Paulus in vitis Fidelis, & Mausonæ, & per universam Hispaniam agit Concilium Toletanum 2. Can. 1. *De his*, inquit, *quos voluntas parentum à primis infantiæ annis in Clericatus officio, vel in Monachali posuit, pariter statuimus observandum, ut mox cum detonsi, vel ministerio lectorum contraditi fuerint, in domo Ecclesiæ, sub Episcopali præsentia à Præposito sibi debeant erudiri.*

Ea erat Diaconorum erga Presbyteros, & Presbyterorum erga Episcopos reverentia, ac obsequium, ut ipse Martinus Bracarensis in sua Canonum collectione Can. 40. statuerit, quod jam Laodicena Synodus ad quorundam Diaconorum ambitionem amputandam decreverat Can. 20. *Non liceat Diaconum ante Presbyterum sedere, nisi cum jussione Presbyteri.* Presbyteris vero id erat erga Episcopos, ut ex Can. 53. iis non liceret prius ab Episcopo in baptisterium introire, sed cum Episcopo, nisi forte aut absens esset, aut ægrotus; & Can. 52. Decretum Concilii Toletani 1. innovatum est, ut præsente Episcopo, Presbyter non signaret infantes, nisi forte ab ipso Episcopo fuisset illi præceptum.

## CAP. V.

### *De Monachis.*

*Lib. 5. de rebus Hispan. cap. 11.*

ANte sextum sæculum, ait Marianna, Monachi, quorum mentio in actis Conciliorum Hispanienſium extat, aut nulla votorum religione constricti erant, aut per sylvas dissipati vitam agebant solitudinis; in Lusitania hujuscemodi Eremi accolas jam à primo extitisse sæculo ostendi, qui postea elapsis sæculis in unumquodque convenerunt, & religionis votis obstricti sunt; qua-

Digitized by Google

les montem Oſſam in Tranſtagana provincia coluerunt. Idemmet Hiſtoricus Jeſuita D. Ildefoncium adducit, qui in additione ad libellum S. Iſidori de viris illuſtribus ait: *Donatum cujuſdam Eremitæ in Africa diſcipulum violentias barbarorum gentium imminere conſpicientem, atque gregis Monachorum pericula pertimeſcentem fere cum ſeptuaginta Monachis, copioſiſque librorum codicibus navali vehiculo in Hiſpaniam commeaſſe*, & primum in Hiſpaniam Monaſticæ obſervantiæ uſum, & regulam adduxiſſe, quo tamen anno incertum. Plurima quidem, & celeberrima Monaſteria id temporis per Luſitaniam qua longe, lateque floruere. Prope Emeritam Caulianenſe, de quo Paulus Diaconus in vitis PP. Emeritenſium: Maximi Monaſterium cum Britoniam, de quo Concilium Lucenſe in Epiſcopatuum diviſione: Dumienſe prope Bracaram, de quo inſigne erat proverbium apud veteres Bracarenſes: *Bracara unum tantum habet Martinum Dumienſem, Monaſterium vero de Dume plures habet Martinos Bracarenſes.* Laurbanienſe prope Colimbriam; Tibanienſe non longe à Bracara ex quadam inſcriptione lapidea ab Era Cæſaris ſexcenteſima.

Benedictini Monachi, & Auguſtiniani Eremitæ mutua contentione decertant. Benedictini omnia prædicta Monaſteria ſui fuiſſe inſtituti aſſerunt; alii ſibi vendicant. Hujuſcemodi rem componere inter tot venerabilium virorum cætus de Eccleſia à ſæculis benemeritos hoc opus, hic labor eſt. Mabillonius ipſe, qui aliorum conatus, & expendere, & expilare contendit, ſuo ordini tantam partem minime ademturus, hæſit in primo limine: *Quo Auctore demum*, inquit, *quo ve tempore Benedictina regula vigere in Hiſpania cœpit? Fateor hic mihi hærere aquam, exiſtimo tamen id factum eſſe opera S. Martini Abbatis, & Epiſcopi Dumienſis.* Ordinis vero Benedictini antiquitatem in Luſitania commendant ſatis literæ (ſi veræ ſunt, & non ſuppoſitæ à Fr. Joanne ab Apocalypſi (Drumarii Benedictini ad Frontanum ejuſdem ordinis Monachum anno

*Sæcul. Bened. Præf. n.* 74.

Digitized by Google

571, quas inventas in Archivo de Pedrozo Fr. Leo Generalis Congregationis Benedictinæ per Lusitaniam in novarum constitutionum Prologo anno 1629. Colimbriæ imprimi curavit.

Ceterum nullum discrimen inter Monachos, & Monachos id temporis alii inveniunt, sed in iisdem Monasteriis sub diversis regulis commorantes ostendunt cum Luca Holstenio : *Valde fallor*, ait Holstenius, *si jam tum primis sex, septemque Ecclesiæ sæculis iste usus invaluerat. Certe vestigia mihi quidem non apparent, qui quocumque intueor, uniformem ubique Monachatus rationem, & facilem, ac promiscuum invicem transitum, mutuumque commeatum professionum, & cœnobiorum cerno.* Dumiense Monasterium sexto, imo & septimo sæculo nec sola sub regula S. Benedicti, nec S. P. Augustini floruisse conjectatione probatur. Nec tantum Mag. P. Augustini, & S. Benedicti regulæ erant, quibus Monachi suam vivendi rationem temperarent, sed Magni Antonii, Pacomii, Magni Basilii, & aliorum, de quibus Holstenius ipse in codice Regularum, sanctissimæ erant leges, quas Martinus Dumiensis ex Orientalibus veniens non ignorabat, imo Orientem divagatus didicit, & inde apud Dumium commoratus, sicut Orientalium Canonum egit collectionem, ita & Ægypti Patrum vitas per Paschasium Diaconum ex græco in latinum sermonem transferri fecit, nec non ipsorum Patrum sententias, quibus instituerentur Monachi : sæculo etiam septimo S. Fructuosus Dumiensis Abbas, & Episcopus ibi Monasticum institutum vigere fecit, regulam quoque dedit, quæ à Benedictina, & Augustiniana alia erat, quanvis quædam ex Benedictina transtulisse videatur ; & sæculo 7. Deo dante, tradam, cum de S. Fructuoso loquar. Clarissimus Mabillonius ad annum Christi 534. Martinum Dumiensem Benedictinam regulam fuisse professum ait, eamque amplexum, cum per Galliam transiisset : argumento illi est Bonifacii IV. Decretum contra quosdam Clericos Monachos infensos ob Ec-

*Præfat. codic. reg. cap. 3.*

Digitized by Google

cleſiaſticas functiones, quas Pontifex Monachis conceſſit exemplo Gregorii Papæ, Auguſtini Anglorum Apoſtoli, ac Pannonienſis B. Martini: *Neque enim S. Benedictus Monachorum Præceptor hujuſcemodi rei aliquo modo fuit interdictor.* Ignarus ſum unde Bonifacianum decretum Martinum Dumienſem Benedictinum Monachum inſtituat, cum totum legerem? An quod S. Benedictum Monachorum Præceptorem dicat? Non magis igitur Martinum, quam Antonium, Pacomium, ac Hilarionem Benedictinos aſſeremus, quos omnes fuiſſe Monachos certum eſt, nec omnino conſtat Pannonienſem Martinum, de quo Bonifacius, Dumienſem fuiſſe, an Turonenſem, cum uterque ex Pannonia fuerit.

Monachi non tantum ſibi, & Deo vivebant, ſed Sacerdotalis officii potentia utebantur, qui digni erant: Martinus Dumienſis nondum Epiſcopus, & ejuſdem Monaſterii Monachi Suevorum converſioni plurimum evigilarunt; licet juxta Apoſtolum ſæcularibus negotiis non implicari deberent, & in Monaſtica regula ordinate perſiſterent; quantum eorum inſtituta permittebant, proximorum animabus juvamen omne concedebant. Itaque ad Clericatum duplici ex cauſa Monachi provehebantur; vel quod Monaſterium ad ſui ipſius utilitatem poſtulaverit, vel ut Epiſcopali Sedi, vel Parochiæ vacanti conſuleret, & de Paſtore provideret: prima ex cauſa Monachi è familiaribus Monaſteriorum functionibus non erant immunes; ex altera vero Cleri miniſteriis omnino addicebantur, & prioribus vinculis, quantum Clericali officio opponebantur, exempti erant. Ad Eccleſiarum Paſtores hoc ſæculo à Clero, & provinciæ Epiſcopis aſſumpti ſunt, Lucentius Colimbrienſis ex Laurbanienſi, Martinus, & Joannes ex Dumienſi Monaſterio Epiſcopi creati ſunt.

Erga Monaſteria nec parum liberales erant Epiſcopi: quanvis Concilium Toletanum 3. Hiſpaniarum generale, cui pene omnes Luſitaniæ Epiſcopi interfuere, univerſis Hiſpaniarum Epiſcopis poteſtatem faceret Can. 4.

Digitized by Google

Can. 22. & statuerunt, ut cadavera cum Psalmis tantummodo sepelirentur. Tandem Can. 23. Sacerdotum, & judicum curæ committit Concilium ut irreligiosam ab omnibus provinciis expellerent consuetudinem, quam vulgus per Sanctorum solemnitates agere solebat; populi enim, qui officiis divinis debebat attendere, saltationibus, & turpibus invigilabant canticis, non solum sibi nocentes, sed & Religiosis perstrepentes.

## CAP. IV.

## *De Episcoporum, & Clericorum Disciplina.*

### §. I.

### *Circa Episcopos.*

VEterum sæculorum historiam cuiquam perlegenti nihil sese offert antiquius, quam singularium Ecclesiarum Episcopos Papas nominari: non semel Divus Hieronymus, Sancto, & Batissimo Papæ Augustino scripsit; nec sola in Africa, Italia, & Galliis id erat in usu, verum & apud nostrates; & in hujusce rei memoriam celeberrimi adferuntur Canones, qui Martino Papæ Bracarensi tribuuntur ab ipsismet antiquorum Canonum collectoribus.

Nullus ordinabatur Episcopus absque consilio, & præsentia sui Metropolitæ Episcopi. Adesse solebant omnes Sacerdotes, qui erant in provincia, quos per suas literas Metropolita convocabat: si difficile erat omnes occurrere, plures oportebat, non convenientes tamen præsentiam suam per literas faciebant, ut omnium facto consensu Episcopi ordinarentur: aliter ordinatio irrita erat; hanc ordinandi consuetudinem ex Concilio Antiocheno cap. 3. Martinus Bracarensis descripsit, & per Hispanias factitandam decrevit, consentientibus etiam Episcopis ceteris, quibus obtulit confirmandam; Regum consensus non deerat, ut contigit in ipsa Martini in Dumien-

Digitized by Google

ſem Epiſcopum conſecratione, cui Suevorum Rex annuit, & favit: populus etiam in teſtem cum cetero clero vocabatur.

Propter Eccleſiaſticas cauſas, & altercationum ſolutiones bis in anno Metropolita Epiſcopus omnes Epiſcopos comprovinciales ad Concilium convocabat, ita ut omnes etiam Presbyteri, & Diaconi, vel qui ſe læſos exiſtimarent, advenirent; ut in Concilio cauſæ examinatæ ad juſtum judicium perducerentur. Siqui manifeſte Epiſcopi, vel Presbyteri, aut Diaconi inventi erant in offenſa, ſecundum rationem excommunicabantur, quandiu cõmuni conſenſu de his placuerat dare ſententiam. Nulli vero Epiſcopo, cui Metropolis non erat credita, propria apud ſemetipſum Concilia facere licebat. Ex hac Conciliorum diſciplina à Bracarenſi Martino, & Gallæciæ Epiſcopis confirmata quis non videat Diœceſanas Synodos ab Epiſcopis tunc non celebrari; ſed negotia graviora ad Metropolitas in provinciæ Synodis deferri.

Licet in Bracarenſi 3. Concilio inter Epiſcopos ſtatutum fuiſſet, ut omnes eodem die Paſchæ ſolemnitatem celebrarent; & à Metropolita quota luna venturo anno agenda intimaretur, anno 577. Hiſpani Epiſcopi circa illius ſolemnitatis tempus errarunt, & cum Gallis contenderunt. Eo anno terminus Paſchalis inciderat in diem 18. Aprilis, ac in feriam primam, unde ſequebatur Paſcha in ſequentem Dominicam, ac in diem 25. Aprilis differendum ſecundum Cyclos Alexandrinos, quibus ideo, nec Hiſpani, nec multæ Galliæ Civitates conſentiebant. Turonenſes cum multis aliis Gallis Paſcha juxta Victorii Aquitanici cyclum celebrarunt 14. Kalendas Maij, id eſt 18. Aprilis, in quem Paſchalis terminus inciderat; Hiſpani, quibus id inconveniens videbatur, illud integro menſe anticiparunt, & 12. Kalendas Aprilis, vigeſima prima die Martii, ipſo ſcilicet æquinoctii die juxta cyclum Latinorum Victorio antiquiorem peregerunt: reliquæ vero Eccleſiæ ad diem 25. Aprilis diſtulerunt. Hiſpanorum

Digitized by Google

Epiſcoporum error factus eſt palam inſigni illo miraculo fontis Luſitaniæ in Oſſet, quem Gregorius Turonenſis refert Paſchali tempore ſcaturire, & ultra id temporis ignaro fine concludi.

*Lib. 1. de Gloria Martyr. cap. 24.*

*Eſt & ille illuſtre miraculum*, inquit Gregorius, *de fontibus Hiſpaniæ, quos Luſitania provincia profert. Piſcina namque eſt apud Oſen campum antiquitus ſculpta, & ex marmore vario in modum crucis miro compoſita opere, ſed & ædes magnæ claritatis, ac celſitudinis deſuper à Chriſtianis conſtructa eſt. Igitur cum dies ſacer poſt curriculum anni decedentis adveniret, quo Dominus confuſo Proditore, myſticam diſcipulis præbuit Cænam: conveniunt in locum illum cum Pontifice cives jam odorem ſacri præſentiëtes aromatis: tunc data oratione à Sacerdote oſtia templi ſimul jubent muniri ſignaculis adventum virtutis Dominicæ præſtolantes. Die autem 3. (quod eſt Sabbatum) convenientibus ad baptiſandum populis, adveniens Epiſcopus cum civibus ſuis, inſpectis ſignaculis, oſtia reſerat clauſa, ac mirum dictu; piſcinam, quam reliquerant vacuam, reperiunt plenam, ſed ita cumulo altiore refertam, ut ſolet ſuper ora modiorum triticum adgregari; videaſque huc, illucque latices fluctuare, nec partem in adverſam fluere. Tunc cum exorciſmo ſanctificatum, conſperſum deſuper chriſma, omnis populus pro devotione haurit, & vas plenum domi pro ſalvatione reportat, agros, vineaſque aſperſione ſaluberrima tutaturus. Et cum exinde multitudo amphorarum ſine collecto numero hauriatur, nunquam tamen, vel cumulum minuit: licet ibi infans primo intinctus fuerit, mox aqua reducitur; & baptiſatis omnibus, lymphis in ſe reverſis, ut initio produntur neſcio, ita & ſine clauduntur ignaro.* Fons iſte miraculorum Paſchæ advenientis ſignum ad diem 20. Martij, Sabbatum ſcilicet ante Dominicam, qua eo anno Hiſpani Antiſtites hanc ſolemnitatem egerunt, ſolitis aquis minime repletus eſt.

Digitized by Google

*Hujus miraculi locum liceat nunc explorari.*

MOrales Oſen juxta Hiſpalim collocat, nullumque hujus nominis oppidum in Luſitania fuiſſe contendit: Luſitani omnes, & quamplurimi Hiſpani, qui ſub Catholici Regis ditione degunt cum ipſo Gregorio Turonenſi in Luſitaniæ provincia, nec extra, ferunt. Gregorius illius temporis Auctor, rerum Gothorum, & Francorum accuratus ſcriptor in deſcribendo ſitu nec tam facile deciperetur, cujus notitia ſine labore ad ipſius aures poterat pervenire. Ptolemæus Ocellum in Luſitania deſcripſit, quod poſtea violato nomine, Oſen dictum eſſet: ejus tamen ſitum ævo noſtro digito oſtendere quid difficilius? Fr. Bernardus de Brito, & Georgius Cardozo ad Eminium in Ocella; Fr. Antonius à Purificatione ad Viſeum Oſen civitatem tradunt. Utriſque ſuæ conjectationes, neutris firmum monumentum, aut fundamentum. In tanta veterum rerum caligine ſine luce, & duce certo quid dicam? Cum Turonenſi Luſitanam fateor, nec deceptum credo, & ſitam fuiſſe opinor juxta aliam ex Epiſcopalibus Luſitaniæ civitatibus, unde Epiſcopus cum ſuis civibus Paſchali tempore deſcendebat baptiſmata celebraturus, quin ceteris Epiſcopalibus muniis pro more in ſua primaria Eccleſia deeſſet: portentum illud dignum erat, ut Præſul Sabbato ſancto extra ſuam baptiſaret. In Oſſen oſtendendo nimis eſſet laborandum, cognita poſt funeſtam illam Hiſpanis rebus illatam à Saracenis cladem, urbium, & oppidorum mutatione. Urbes prius claræ, ut quæque aut majus vulnus acceperunt, aut ægrius revaluerunt, ita priſtinum ſuum decus, aut recuperarunt ſerius, aut penitus amiſerunt. Ubinam nunc Magnetum? ubinam Cinania? ubinam Canace? ubinam Tuntobriga? vix earum nomina audimus: earum ſitum in noſtro continenti digito nunc demonſtrare non audemus: ſi tamen quidquam conjecturari licet, prope Eminium, ubi nunc eſt Ocella, fuiſſe Oſen Epiſcopo Eminienſi ſubditam conjecturabo.

*Monarch. Luſit. lib. 6. cap. 11.*

*Tom. 2. pag. 114 Chron. Erem. D. Ang. Agiol. Luſitan. tom. 2. p. 546.*

Digitized by Google

## §. II.
## *De Clericis.*

CIrca Clericos sanctissima illa viguit disciplina, ut in aliquibus Ecclesiis Clerici in una domo sub suo Episcopo degerent, & canoniam observarent; Episcopus ipse de Ecclesiæ rebus necessaria iis dispensabat: id constat ex Canone 16. Martini Bracarensis: *Episcopus habeat potestatem in rebus Ecclesiæ, aut dispenset necessitatem habentibus cum omni reverentia, & timore Dei, participare etiam eum oportet, quæ necessaria sunt, si tamen ipse, aut qui cum eo fratres sunt, indiguerint aliquid, ut necessitatem nullo modo patiantur secundum Apostolum dicentem: victu, & tegumento contenti sumus: Si autem res Ecclesiasticas Episcopi in suas voluntates usurpare voluerint, & lucra Ecclesiæ, hos oportet obnoxios esse Concilio; similiter si Episcopus, vel qui cum eo sunt Presbyteri, aut Diaconi accusentur, & quæ ex redditu, vel ex quolibet actu Ecclesiæ veniant, in suo sinu colligunt, & pauperes fraudant, & fame conficiuntur, hos corripi oportet secundum quod ordinatum fuerit à sancto Concilio.* Ad presbyteratum nullus Clericus admittebatur nisi trigesimum ætatis annum adimpleret ex Can. 20. ejusdem Martini: *Siquis trigesimum ætatis suæ non impleverit annum, nullo modo Presbyter ordinetur, & si valde dignus sit, quia Dominus ipse trigesimo anno baptisatus, & sic cœpit docere.* Ex Concilio Neocæsarienſi hanc disciplinam in Hispanias nostras transcripserunt Patres.

Clerici, aut in communi vivebant, aut unusquisque in domo sua, ea tamen lege tenebantur, ut nullus ordinibus initiaretur, quin alicui Ecclesiæ addiceretur. Suarum Ecclesiarum desertores si admonenti, & vocanti Episcopo parere recusabant, deponebantur juxta Can. 34. & ex Can. 9. Martini Bracarensis: *Siquis Presbyter, aut Diaconus, vel quilibet Clericus Ecclesiæ deputatus, si intra civitatem*

Digitized by Google

*tem esset, aut in quolibet loco, in quo Ecclesia foret, & ad quotidianum Psalendi officium, matutinis, vel vespertinis horis ad Ecclesiam non convenisset, deponebatur a Clero, si coëstigatus veniam ab Episcopo per satisfactionem noluisset promereri.* Et ex Can. 64. nulli licebat Clerico dominico die ab Ecclesia absentem esse, sed Missarum solemnibus intererant. Paulus Diaconus Emeritensis de vitis Patrum Emeritensium de Fideli Emeritæ Episcopo ait: *Quoniam dominico die, dum in atrium cum multis filiis Ecclesiæ tenderet, ut mos est, Archidiaconus cum Clero in albis ab Ecclesia venientes coram eo astiterunt, mox ille consurgens Diaconibus ex more thuribula gerentibus, atque ante eum præcedentibus cum universis, qui aderant, ad Ecclesiam perrexit qualiter, Deo juvante, Missarum solemnia celebrarent.* Cap. 6. En antiquissimum apparatum; comitatumque, quo Lusitaniæ Episcopi à suis Clericis, cum accedebant, intra Ecclesiam suscipiebantur. Clerici in communi non degentes à Martino Can. 32. cum mulieribus, de quibus suspicio erat, in eadem domo habitare prohibebantur, solas Matrem, Sororem, Aviam, & Amitam juxta Nicænum Canonem secum habere iis licebat.

Omnes, qui in sortem Domini, Clericatum scilicet, vocabantur, comam non nutriebant, sed Martinus cum Episcopis Lusitanis, & Calaicis majusculæ tonsuræ formam expressérunt: *Non oportet Clericos comam nutrire, ac sic ministrare, sed atonso capite, patentibus auribus.* Hinc nec coronam adhuc, nec partem capitis ullam abrasam Lusitaniæ Clerici habebant, & ex eo, quod aures paterent, intellectu est, quam brevibus capillis eorum capita erant. Nec majores tantum Clerici tondebantur, verum & omnes, qui Ecclesiarum ministerio destinati erant. pueri quoque, qui in templis nutriebantur Deo servituri, tonsurâ utebantur. Paulus Diaconus Emeritensis jam citatus de Paulo Ecclesiæ ejusdem Episcopo refert, qui nepotem suum Fidelem adolescentem tondere præcepit, ac Deo omnipotenti serviturum obtulit, & veluti alterum *De vitis PP. Emerit. cap. 5.*



Digitized by Google

Samuelem in templo Domini diebus, ac noctibus strenue erudivit, & deinde per singulos gradus ordinavit. De pueris istis à parentibus, aliisve consanguineis à primis infantiæ annis Deo oblatis speciatim in Lusitania loquitur idem Paulus in vitis Fidelis, & Mausonæ, & per universam Hispaniam agit Concilium Toletanum 2. Can. 1. *De his*, inquit, *quos voluntas parentum à primis infantiæ annis in Clericatus officio, vel in Monachali posuit, pariter statuimus observandum, ut mox cum detonsi, vel ministerio lectorum contraditi fuerint, in domo Ecclesiæ, sub Episcopali præsentia à Præposito sibi debeant eruditi.*

Ea erat Diaconorum erga Presbyteros, & Presbyterorum erga Episcopos reverentia, ac obsequium, ut ipse Martinus Bracarensis in sua Canonum collectione Can. 40. statuerit, quod jam Laodicena Synodus ad quorundam Diaconorum ambitionem amputandam decreverat Can. 20. *Non liceat Diaconum ante Presbyterum sedere, nisi cum jussione Presbyteri.* Presbyteris vero id erat erga Episcopos, ut ex Can. 53. iis non liceret prius ab Episcopo in baptisterium introire, sed cum Episcopo, nisi forte aut absens esset, aut ægrotus; & Can. 52. Decretum Concilii Toletani 1. innovatum est, ut præsente Episcopo, Presbyter non signaret infantes, nisi forte ab ipso Episcopo fuisset illi præceptum.

## CAP. V.

### *De Monachis.*

*Lib. 5. de rebus Hispan. cap. 11.*

ANte sextum sæculum, ait Marianna, Monachi, quorum mentio in actis Conciliorum Hispanicnsium extat, aut nulla votorum religione constricti erant, aut per sylvas dissipati vitam agebant solitudinis; in Lusitania hujuscemodi Eremi accolas jam à primo extitisse sæculo ostendi, qui postea elapsis sæculis in unumquodque convenerunt, & religionis votis obstricti sunt; qua-

Digitized by Google

les montem Oſſam in Tranſtagana provincia coluerunt. Idemmet Hiſtoricus Jeſuita D. Ildefoncium adducit, qui in additione ad libellum S. Iſidori de viris illuſtribus ait: *Donatum cujuſdam Eremitæ in Africa diſcipulum violentias barbararum gentium imminere conſpicientem, atque gregis Monachorum pericula pertimeſcentem fere cum ſeptuaginta Monachis, copioſiſque librorum codicibus navali vehiculo in Hiſpaniam commeaſſe*, & primum in Hiſpaniam Monaſticæ obſervantiæ uſum, & regulam adduxiſſe, quo tamen anno incertum. Plurima quidem, & celeberrima Monaſteria id temporis per Luſitaniam qua longe, lateque floruere. Prope Emeritam Caulianenſe, de quo Paulus Diaconus in vitis PP. Emeritenſium: Maximi Monaſterium cum Britoniam, de quo Concilium Lucenſe in Epiſcopatuum diviſione: Dumienſe prope Bracaram, de quo inſigne erat proverbium apud veteres Bracarenſes: *Bracara unum tantum habet Martinum Dumienſem, Monaſterium vero de Dume plures habet Martinos Bracarenſes.* Laurbanienſe prope Colimbriam; Tibanienſe non longe à Bracara ex quadam inſcriptione lapidea ab Era Cæſaris ſexcenteſima.

Benedictini Monachi, & Auguſtiniani Eremitæ mutua contentione decertant. Benedictini omnia prædicta Monaſteria ſui fuiſſe inſtituti aſſerunt; alii ſibi vendicant. Hujuſcemodi rem componere inter tot venerabilium virorum cætus de Eccleſia à ſæculis benemeritos hoc opus, hic labor eſt. Mabillonius ipſe, qui aliorum conatus, & expendere, & expilare contendit, ſuo ordini tantam partem minime ademturus, hæſit in primo limine: *Quo Auctore demum*, inquit, *quo ve tempore Benedictina regula vigere in Hiſpania cœpit? Fateor hic mihi hærere aquam, exiſtimo tamen id factum eſſe opera S. Martini Abbatis, & Epiſcopi Dumienſis.* Ordinis vero Benedictini antiquitatem in Luſitania commendant ſatis literæ (ſi veræ ſunt, & non ſuppoſitæ à Fr. Joanne ab Apocalypſi (Drumarii Benedictini ad Frontanum ejuſdem ordinis Monachum anno *Sæcul. Bened. Præf. n. 74.*

Digitized by Google

571, quas inventas in Archivo de Pedrozo Fr. Leo Generalis Congregationis Benedictinæ per Lusitaniam in novarum constitutionum Prologo anno 1629. Colimbriæ imprimi curavit.

Ceterum nullum discrimen inter Monachos, & Monachos id temporis alii inveniunt, sed in iisdem Monasteriis sub diversis regulis commorantes ostendunt cum Luca Holstenio : *Valde fallor*, ait Holstenius, *si jam tum primis sex, septemque Ecclesiæ sæculis iste usus invaluerat. Certe vestigia mihi quidem non apparent, qui quocumque intueor, uniformem ubique Monachatus rationem, & facilem, ac promiscuum invicem transitum, mutuumque commeatum professionum, & cœnobiorum cerno.* Dumiense Monasterium sexto, imo & septimo sæculo nec sola sub regula S. Benedicti, nec S. P. Augustini floruisse conjectatione probatur. Nec tantum Mag. P. Augustini, & S. Benedicti regulæ erant, quibus Monachi suam vivendi rationem temperarent, sed Magni Antonii, Pacomii, Magni Basilii, & aliorum, de quibus Holstenius ipse in codice Regularum, sanctissimæ erant leges, quas Martinus Dumiensis ex Orientalibus veniens non ignorabat, imo Orientem divagatus didicit, & inde apud Dumium commoratus, sicut Orientalium Canonum egit collectionem, ita & Ægypti Patrum vitas per Paschasium Diaconum ex græco in latinum sermonem transferri fecit, nec non ipsorum Patrum sententias, quibus instituerentur Monachi : sæculo etiam septimo S. Fructuosus Dumiensis Abbas, & Episcopus ibi Monasticum institutum vigere fecit, regulam quoque dedit, quæ à Benedictina, & Augustiniana alia erat, quanvis quædam ex Benedictina transtulisse videatur ; & sæculo 7. Deo dante, tradam, cum de S. Fructuoso loquar. Clarissimus Mabillonius ad annum Christi 534. Martinum Dumiensem Benedictinam regulam fuisse professum ait, eamque amplexum, cum per Galliam transiisset : argumento illi est Bonifacii IV. Decretum contra quosdam Clericos Monachos infensos ob Ec-

*Præfat. codic. reg. cap. 3.*

Digitized by Google

clesiasticas functiones, quas Pontifex Monachis concessit exemplo Gregorii Papæ, Augustini Anglorum Apostoli, ac Pannoniensis B. Martini: *Neque enim S. Benedictus Monachorum Præceptor hujuscemodi rei aliquo modo fuit interdictor.* Ignarus sum unde Bonifacianum decretum Martinum Dumiensem Benedictinum Monachum instituat, cum totum legerem? An quod S. Benedictum Monachorum Præceptorem dicat? Non magis igitur Martinum, quam Antonium, Pacomium, ac Hilarionem Benedictinos asseremus, quos omnes fuisse Monachos certum est, nec omnino constat Pannoniensem Martinum, de quo Bonifacius, Dumiensem fuisse, an Turonensem, cum uterque ex Pannonia fuerit.

Monachi non tantum sibi, & Deo vivebant, sed Sacerdotalis officii potentia utebantur, qui digni erant: Martinus Dumiensis nondum Episcopus, & ejusdem Monasterii Monachi Suevorum conversioni plurimum evigilarunt; licet juxta Apostolum sæcularibus negotiis non implicari deberent, & in Monastica regula ordinate persisterent; quantum eorum instituta permittebant, proximorum animabus juvamen omne concedebant. Itaque ad Clericatum duplici ex causa Monachi provehebantur; vel quod Monasterium ad sui ipsius utilitatem postulaverit, vel ut Episcopali Sedi, vel Parochiæ vacanti consuleret, & de Pastore provideret: prima ex causa Monachi è familiaribus Monasteriorum functionibus non erant immunes; ex altera vero Cleri ministeriis omnino addicebantur, & prioribus vinculis, quantum Clericali officio opponebantur, exempti erant. Ad Ecclesiarum Pastores hoc sæculo à Clero, & provinciæ Episcopis assumpti sunt, Lucentius Colimbriensis ex Laurbanensi, Martinus, & Joannes ex Dumiensi Monasterio Episcopi creati sunt.

Erga Monasteria nec parum liberales erant Episcopi: quanvis Concilium Toletanum 3. Hispaniarum generale, cui pene omnes Lusitaniæ Episcopi interfuere, universis Hispaniarum Episcopis potestatem faceret Can. 4.

Digitized by Google

ut Monasterium aliquod extruerent: *Si Episcopus unam de Parochianis Ecclesiis suis Monasterium dicare voluerit, ut in ea Monachorum regulariter congregatio vivat, hoc de consensu Concilii sui habeat licentiam faciendi: sit stabile, si de rebus Ecclesiæ suæ eidem loco aliquid donaverit, quod detrimentum Ecclesiæ non exhibeat*: attamen sæculo sexto per Lusitaniam ab Episcopis nostris erecta sunt plurima Monasteria, ut de Mausona Emeritensi Præsule refert Paulus Diaconus in ejus vita: nec à Concilio Toletano prohibiti erant, quin longe plura construerent, vel patrimonii sui sumptibus, & agris, vel ditissimo charitatis ingenio, cujus thesauri nunquam exhauriuntur.

Populorum quoque oblationes, & Regum munificentissimæ manus eorum amplitudinem evehebant: Theodomirus, seu Chararicus Suevorum Rex Dumiense Monasterium largissime ditavit, ab Episcopo Bracarensi, cum ipsius, & aliorum Episcoporum consensu immunitatem dedit; & in Hispania primum fuit, quod Abbatem Episcopali munere fungentem habuerit. Leovigildus quoque licet Arianus Lusitaniæ regnum jam adeptus Nuncto Abbati, & ejus discipulis apud Emeritam in unum regulariter viventibus quid ad victum eis necesse erat, à populo suppeditari præcepit juxta Paulum Diaconum.

Ea erat circa Monasticam professionem disciplina, ut pueri ante pubertatis annos à parentibus religioni possent mancipari, votum agerent, nec religiosæ professionis jugum valerent excutere, ubi adultam ætatem adimplerent: Concilium Toletanum 4. Hispaniarum Generale Can. 48. Hispanorum morem confirmat: Monachos in duplici statuit differentia, quorum alii à parentibus vovebantur, alii propria professione tenebantur: *Monachum*, ait, *aut paterna devotio, aut propria professio faciat. Quidquid horum fuerit alligatum tenebit: proinde his admodum revertendi intercludimus aditum, & omnes ad sæculum interdicimus regressus.* Et Can. 55. *Non aliter & hi, qui de tonsi à parentibus fuerunt, aut sponte sua amissis paren-*

Digitized by Google

*dati se ipsos religioni devoverunt, & postea habitum sæcularem sumpserunt, hi à Sacerdote comprehensi ad cultum religionis, acta prius pœnitentia, revertentur.* Nec solius Hispaniæ hæc erat disciplina, verum & Galliæ: Concilium enim Matisconense 1. Can. 12. *Siqua puella*, inquit, *voluntarie, aut parentibus suis rogantibus, religionem professa, vel benedictionem fuerit consequuta, & postea ad conjugium, aut illecebras sæculi transgredi præsumpserit, usque ad exitum cum ipso, qui se hujusmodi consortio miscuerit, communione privetur.* Bona, quæ hæreditario jure post Monasticam professionem Monachis, aut Monialibus contingebant, poterant ex testamento propinquis donare usque ad septimum gradum; si testamentum non agebant ad Monasterium bona pertinebant ex leg. 12. antiqua Reccaredi Regis lib. 4. cod. legum Wisigothorum: *Clerici, vel Monachi, sive sanctimoniales, qui usque ad septimum gradum non reliquerint hæredes, & sic moriuntur, ut nihil de facultatibus suis ordinent: Ecclesia sibi, cui deservirent, eorum substantiam non vindicabit.*

## CAP. VI.

### *De Lusitaniæ Regibus.*

REmismundo Suevo Gallæciæ, & Lusitaniæ Rege Ajacis Ariani ope in hæresim converso, teste Idacio in chronico, universa Suevorum gens hæreseos veneno adeo infecta est, ut centum ferme anni decurrissent, quibus Arianismo vixerunt: propter hujuscemodi labem à Scriptoribus Ecclesiæ Hispaniæ indigni judicati sunt, qui Regum Catalogo adscriberentur, numerarenturque ceteri Remismundi in regno successores. Male incusantur Isidorus, aliique Hispanienses scriptores, quod Arianos Reges Remismundi posteros tacerent, veluti eorum colapsa fides justa silentii causa non esset. Male, inquam, increpantur, cum eandem inire viam videantur,

Digitized by Google

quam iniit S. Matthæus in Evangelii cap. 1. tres Judæorum Reges præteriens Ochoziam, Joasum, & Amasiam propter maledictionem Dei per Eliam Prophetam, quæ Athaliæ Acabi filiæ natos usque ad tertiam generationem nectebat. Hæresis per omnem gentem ab impio Rege seminata Catholico jure exigebat, ut qui ex ejus lumbis nascerentur, nec si essent in populis audirentur.

Verum in codice manuscripto Ecclesiæ Ovetēsis, alioque Toletanæ sub Idacii nomine, Hispanienſium sedium legitur divisio à Rege Wamba facta, quam Cardinalis de Aguirre in lucem prodidit: ibi post Remismundum sunt Rechila, & Theodomundus; licet sedium divisio ab Idacio, qui antea floruit, scripta non fuerit, plurima tamen ab Idacii operibus transcripta hujusmodi habuisse codices quis renuat? Igitur post Rechilam, & Theodomundum, quos incertos Suevorum Reges alii numerant, Chararicum extitisse certe existimo, & anno circiter 550. Suevorum Regem floruisse, cujus meminit S. Gregorius Turonensis. Id temporis Suevi ad Catholicam Fidem conversi sunt: *Deficit lingua sterilis*, ait Gregorius, *tantas cupiens enarrare virtutes. Chararicì cujusdam Regis Galliæ filius graviter ægrotabat, qui tale tædium incurrerat, ut solo spiritu palpitaret. Pater autem ejus fætidæ se illi Arianæ sectæ una cum incolis illius loci subdiderat. Sed & regio illa plus solita, quam aliæ provinciæ, lepra sordebat. Cumque Rex videret urgeri filium in extremis, dicit suis; Martinus ille, quem in Galliis dicunt multis virtutibus efulgere, cujus, quæso, religionis fuerit enarrate: cui aiunt, Catholicæ Fidei populum pastorali cura in corpore positus gubernavit, asserens Filium cum Patre, & Spiritu Sancto æquali substantia, vel omnipotentia venerari debere. Sed & cœli sede locatus assiduis beneficiis non cessat plebi propriæ providere.*

*Tom. 2. Conciliorum.*

*Lib. 1. de Miraculis S. Martini cap. 11.*

Quibus auditis, Chararicus respondit: *Si vera sunt, quæ profertis, discurrant usque ad ejus templum fideles amici mei multa munera portantes, et sit obtineant mei filii medi-*

*medicinam, inquisita fide Catholica, quam ille credit, credam.* Pensato ergo auro, argentoque ad filii pondus, transmisit ad venerabilem locum sepulcri. Qui profecti, oblatis muneribus, exorarunt ad sacrum tumulum pro ægroto. Sed insidente adhuc in patris ejus pectore secta, non continuo integram recipere meruit medicinam. Reversi autem nuntii narraverunt Regi, se multas virtutes ad Beati tumulum vidisse: cur non sanatus fuerit filius tuus, ignoramus. At ille intelligens non ante sanari filium, nisi æqualem cum Patre crederet Christum, in honorem B. Martini fabricavit Ecclesiam (quam Dumiensem Cathedralem fuisse plurimi dicunt, & vetustus Codex Gregorii Turonensis manuscriptus Alcobacensis testatur) proclamavit, si suscipere mereor viri justi reliquias, quodcumque Sacerdotes prædicaverint, credam. Et sic iterum suos direxit majore cum munere, qui venientes ad beatum locum reliquias postulabant. Cumque eis offerrentur ex consuetudine, dixerunt. Non ita faciemus, sed nobis, quæsumus, licentia tribuatur ponendi, quæ exinde iterum assumamus.

Tunc partem palii serici pensatam super beatum sepulcrum posuerunt, dicentes, si invenimus gratiam coram expetito patrono, quæ posuimus plus in sequenti pensabunt, eruntque nobis in benedictionem posita, quæsita per fidem. Vigilata ergo una nocte, facto mane, quæ posuerant pensitabant. In quibus tanti beati viri infusa est gratia, ut tandiu elevarent in sublime æream libram, quantum habere poterat, quo ascenderet momentanea. Cumque elevatæ fuissent reliquiæ, audierunt voces psalentes; qui erant in Civitate detrusi in carcere, & admirantes suavitatem soni, interrogabant custodes quid hoc esset; qui dixerunt: Reliquiæ Domini Martini Gallæciam transmittuntur, & ideo sic psalitur.

Gestatores reliquiarum gratias Deo agentes prospero prosequente pratroni præsidio, navigio, undis levibus, temperatis flatibus, velo pendulo, mari tranquilo



Digitized by Google

velociter ad portum Gallæciæ pervenerunt. Quæ pignora cum ſumma veneratione ſuſcipientes, fidem miraculis firmarunt, nam filius Regis, dimiſſa omni ægritudine, ſanus ad occurſum properavit. Rex Chararicus unitatem Patris, & Filii, & Spiritus Sancti confeſſus cum omni domo ſua chriſmatus eſt à B. Martino, qui à Deo commonitus de regione longinqua eo die ſe commoverat, quo beatæ reliquiæ de loco levatæ ſunt, & ſimul cum ipſis pignoribus Gallæciæ portum ingreſſus eſt. Chararicum, & ejus filium à Martino chriſmatos mutaſſe nomina conjectandum eſt, quapropter aliquando etiam à plurimis Chararicus Theodomirus appellatur, & ejus filius, aliquando Theodomirus, aliquando Ariamirus, ut ante chriſma dicebatur. Hanc Suevorum converſionem ad annum circiter 550. referendam eſſe non renuo. Nam Dumienſis Martinus obiit anno 580, cum Epiſcopus ordinaretur, quando B. Martini Reliquiæ in Gallæciam aſportatæ ſunt juxta eundem Turonenſem, & in Epiſcopatu plus minus triginta annos impleret: qui ſi retro trahantur, ad annum 550. neceſſe eſt, accedat & Epiſcopatus initium, & Suevorum converſio. Hinc non ſine fundamento alibi dixi Martinum Dumienſem, & Gallæciam adveniſſe, & Epiſcopum jam eſſe ordinatum ante Theodomiri tempus, qui Concilium 2. Bracarenſe convocavit, licet hujus temporibus floruerit.

Chararicò anno 560. ſucceſſit Ariamirus, ſive Theodomirus filius, Nicænæ fidei cuſtos; Eccleſiæ totus ſe tradidit ampliandæ. Apud Bracaram Urbem, & Sedem Regiam Concilium fecit celebrari: apud Lucum quoque anno 569. aliud congregavit, in quo poſtulavit ipſe, ut ſedes Lucenſis in Metropolim eveheretur, ita ut duæ in Gallæcia Metropoles forent, cum ſolus Bracarenſis Epiſcopus propter Eccleſiarum diſtantiam in univerſa provincia non poſſet providere; ejuſdem quoque provinciæ Epiſcopatus adauxit, & poſtulationis cauſam hanc fugeſſit in Epiſtola ad Patres miſſa: *Quia in tota Gallæciæ regione ſpatioſæ ſatis Diœceſes à paucis Epiſcopis tenentur*,

*ita ut aliquantæ Eccleſiæ per ſingulos annos vix poſſint à ſuo Epiſcopo viſitari: inſuper tantæ provinciæ unus tantum Metropolitanus eſt (Bracarenſis) & de extremis quibuſque Parochiis longum eſt ſingulis annis ad Concilium convenire.* Aucto Epiſcoporum numero, unicuique limites ſui adſcripti ſunt, ne eorum Præſules terminos ſuos excurrerent, & in alienam ſegetem alienæ juriſdictionis opprobrio falcem immitterent. Morales ex Abbate de Valeclara ait Theodomirum anno 570. obiiſſe, poſtquam decem annos regnavit de Eccleſia benemeritus, cujus opinio, utpote viri Hiſpani ſeduli antiquitatum exploratoris Petavii ſententiæ præferenda eſt, qui Theodomirum duodecim regnaſſe annos deſcripſit. *Lib. II. cap. 64.* *Tom. 2. Rationarii temporum ſucceſſio Regum Suevorum.*

Theodomiro ſucceſſit filius Miro, anno Chriſti 571. ex Joanne Abbate Biclarenſi in chronico contra Aragones bellum movit; verum ex S. Iſidoro in Hiſtoria Suevorum non adverſus Aragones, ſed Rucones prælium iniit: Iſidoro potius adhærent plures, quam Biclarenſi, quod id temporis Aragones eſſent ſub Gothorum ditione, quibuſcum Suevi fœdus, & pacem habuerant. Belli cauſa, & exitus omnino latet; veluti in Leovigildi Gothorum Regis auxilium Mironem ad certamen properaſſe creditur. Anno 2. ſui regni, & 572. Chriſti à nativitate Concilium Bracaræ, Martino Præſide convocavit Piiſſimus Princeps Paternæ Fidei zelo accenſus. Loayſa hunc Mironem eundem fuiſſe Theodomirum, qui utrumque Bracarenſe Concilium adunari fecit, exiſtimavit, & tenuit. Morales Abbatis de Valeclara auctoritate nixus Loayſæ adverſatur, & non ſine jure, nam refert ſe in Lucenſi Eccleſia hoc illius decretum inveniſſe: *Deo omnipotenti Trino, & uni, & vero Patri, & Filio, & Spiritui Sancto, quia ſua ſapientia ineffabili, Deitate perfecta, quæque ſunt tam præſentia, quam futura inſpicit, ut præſcius ordinat, atque diſponit ut Dominus. Ipſo cœlorum Rege imperante, ego Theodomirus Rex, cognomento etiam Miro Gallæciæ totius provinciæ Rex, Deo, ejuſque Genetrici glorioſæ Ma-* *Lib. II. cap. 62.*

Digitized by Google

*riæ, ac ceteris Sanctis cupiens famulus eſſe, & ſerviens, & adunato Dei nutu Concilio in Lucenſi jam præfatæ provinciæ urbe omnium Catholicorum Epiſcoporum, ſeu Religioſorum virorum, nobis ab ipſis intimatum eſt uno animo, cordeque perfecto, auctoritate etiam Sedis Apoſtolicæ S. Petri, cujus legationem læti excipimus.*

Miro legatum Romani Pontificis, quem Joannem III. fuiſſe ait Cardinalis de Aguirre, cum id temporis Romanum Pontificatum gereret, lætus ſuſceperat, nam per ipſum legatum ſupremus Antiſtes Mironi reſponſum dederat de nova Lucenſi Metropoli confirmanda, quam Piiſſimus Rex per nuntios ſuos poſtulaverat. Ut Papæ reſcriptum obſervaret, firmareturque, apud Lucum omnium ſui regni Epiſcoporum, ac optimatum conſeſſum habuit; apud ipſum comitatum, ac veterem juriſdictionem novæ Metropoleos ad examen revocavit, ut ſedium diviſio antea in eadem urbe à Patre ſuo habita ſolidaretur in poſterum.

Catholici à Leovigildo Gothorum Rege vexati Mironis auxilium petierunt; aſt Leovigildi potentiæ impar legatos ad Gunthemarum Francorum Regem miſit certum facturos de Catholicorum ſub ſuo Rege afflictione, poſtulaturoſque, ut Leovigildum ipſe Gunthemarus à perſecutione dimoveret. Cum per Pictavum terminum ex Gregorio Turonenſi legati præterirent, quem tunc Chilpericus alius Francorum Rex tenebat, nuntiata ſunt ei; at ille ſub cuſtodia ſibi eos exhiberi præcepit, & Pariſiis cuſtodiri; in Leovigildi obſequium id feciſſe addunt Hiſtorici Hiſpanienſes, quod Leovigildi filius junior Reccaredus Chilperici Regis filiam deſponſare conabatur: poſt annum autem dimiſſi ad propria redierunt. Miro ab Hermenegildo in auxilium contra Patrem Leovigidum invitatus cum exercitu de Portugaliæ finibus exivit, Leovigildus adverſus ſe venire cognoſcens circundedit, & ad eas redegit anguſtias, ut ab eo Sacramentum exigeret ſibi fore fidelem, & ſic datis ſibi invicem muneribus unuſquiſque

Digitized by Google

ad propria eſt regreſſus. Sed Miro poſtquam in patriam rediit, non multo poſt dies converſus ad lectulum obiit; infirmatus enim ab aquis Hiſpaniæ fuerat malis, aereque incommodo. Hæc ex Gregorio Turonenſi deſcripta ſunt. Gregorio diſſentiunt Hiſpani Iſidorus in Hiſtoria Suevorum, & Joannes Biclarenſis in chronico, qui enarrant Leovigildum Regem Hiſpalim congregato exercitu obſediſſe, & rebellem filium gravi obſidione concluſiſſe, in cujus ſolatio Miro Suevorum Rex ad expugnandam Hiſpalim ab Hermenegildo captam devenit, ibique diem clauſit extremum. *Lib. 6. Hiſtor. Francor. cap. 43.*

Ex ſolo chronico Joannis Biclarenſis non crederem Mironem, virum quidem Catholicum Leovigildo Ariano adverſus piiſſimum Hermenegildum pro cauſa Catholica decertantem ſe junxiſſe, & cum certum ſit, ut jam adnotavit Cardinalis de Aguirre, Arianos Joannis Biclarenſis chronicon vitiaſſe, ut Ariani regis partes, ac auctoritatem eveherent: aſt S. Iſidorus vir Leovigildo coævus cum eandem Biclarenſis ſententiam teneat, uterque Hiſpanus Turonenſi præferendus eſt. Iſidorus in eadem Suevorum Hiſtoria ait tredecim annorum fuiſſe Mironis regnum, anno quingenteſimo ſeptuageſimo ſecundo, qui fuit ſecundus ſui regni, Concilium Bracarenſe convocavit, anno decimo quarto regni Leovigildi, qui incidit in annum Chriſti quingenteſimum octogeſimum ſecundum, ex Joanne Biclarenſi in chronico ad expugnandam Hiſpalim profectus eſt, & ibi periit; en ab anno quingenteſimo ſeptuageſimo uſque ad quingenteſimum octogeſimum ſecundum, & aliquid amplius tredecim fere anni in Mironis regno confluxerant. Itaque in errorem inductus eſt Rodericus Toletanus Archiepiſcopus cum ſcripſit Mironem tribus tantum annis regnaſſe. *In Hiſt. Oſtro-Gothorum cap. 21.*

Defuncto Mirone, Gallæciæ, & Luſitaniæ regnum obtinuit ejus filius Eboricus; non multum tamen temporis regno potitus eſt adoleſcens. Andeca, teſte Joanne Biclarenſi, Sigegundam Eborici noveream uxorem duxit,

Digitized by Google

milite armatus, & reginæ nuptiis potens, Eboricum regno ſpoliavit, eum tonderi fecit, & in Monaſterio regia inſignia cum Monaſtica veſte commutare; ſic per tyrannidem Suevorum ditionem adeptus eſt. Leovigildus Gothorum Rex, qui cum Mirone Eborici Patre, & cum Eborico ipſo fœdus, fidelitatemque inierat, ut fœderati Regis injuriam ulciſceretur, in Andeca fecit, quod ille in Eborico geſſerat; Andecam tondere juſſit, & Presbyteri honore fungi: Presbyterum vinctum, & detonſum ad Pacem Juliam relegavit: enim vero jus exigebat, ut quod Regi ſuo fecerat innocenti, ipſe iniquus talionis pœnam pateretur Andeca: ſic Suevorum regnum, quod in Gallæcia, ac Luſitania centum, & ſeptuaginta ſeptem, annis ex Iſidoro durauerat, penitus deletum eſt, & ad Gothorum Reges translatum, qui Gallæciam, & Luſitaniam in provinciarum ordinem redegerunt. Leovigildus anno 586, quo univerſæ Gallæciæ, & Luſitaniæ dominatum obtinuerat, Toletum propter loci naturam inexpugnabilem, & media in Hiſpaniarum peninſula urbem collocatam Gothici regni ſedem elegit; & regali indutus purpura, conſedit ſublimis in ſolio, quod à nullo Gothorum Regum antea factum erat. Ante Liovigildi tempora Gothici Reges Narbone in Galliis ſedem habuere: & quanvis ſæpe in Hiſpaniis bellorum cauſa morarentur, eorum nullus unquam regiam ſedem eo tranſtulerat. Dignus fuit Leovigildus, qui inter magnos Pricipes numeretur, quod Gothico Imperio Hiſpaniam pene totam ſubjecerit, ſed in eo Ariana impietas tantæ magnitudinis gloriam offuſcavit: Arianæ perfidiæ errore affectus in Catholicos perſecutionem movit.

Leovigildus aſpiciens publicam regni tranquilitatem non fore, niſi de religione certa, cui ſubditi adhærerent, ſtatutum eſſet; diverſæ enim ſectæ nunquam ferme in unum colligantur populi; Toleti Concilium adunari curavit eo animo, ut Fidei profeſſio decerneretur, cui omnes ſubſcriberent. Epiſcopos omnes tam Catholicos, quam Aria-

Digitized by Google

nos ſuæ ditionis convocavit ; omnibuſque adunatis invicem concordiam , & pacem viritim commendavit. Duo erant difficiliora , quæ Patrum examini tradebantur : 1. quod Ariani eos rebaptiſabant , qui à Catholica Fide in hæreſim defecerant : 2. quod Catholici ad Pſalmorum , & orationum finem dicebant : *Gloria Patri, & Filio , & Spiritui Sancto* , veluti tribus Perſonis in re diſtinctis , ſed ejuſdem ſubſtantiæ. Leovigildus animo concipiens hæc duo emendatione indigere ; ut Ariana impietas extolleretur , omnes ſuas vires intendit , ut Ariani , & Catholici invicem cederent , uſus ſuos in Eccleſiis ſuis ſervantes , & ſic mutuo fœdere ſociarentur. Ariani Epiſcopi Regis placitis annuerunt, Catholici vero adverſabantur ; & emendatæ formulæ circa gloriam Trinitati Sanctiſſimæ referendam ſubſcribere renuebant. Catholicis Epiſcopis in Fide firmis diſcedentibus , per Arianos juſſit , ut gloria tribueretur Patri per Filium in Spiritu Sancto : ita ut Catholicæ Fidei publica , & antiqua confeſſio non obſervaretur.

Leovigildus ſecum gloriabatur , quod ſuo decreto omnes motus ſedaret, quos ſubditorum varia, ac diverſa religio parturiverat : diu tamen glorioſus non extitit ; nam Concilio diſſoluto , Catholici omnes adverſus impium Regem reclamarunt. Furore incenſus , & à Goſvintha uxore ſua Ariana inductus ſæviſſimam excitavit perſecutionem , edictum protulit , decrevitque , graviſſimis pœnia editis , ut Epiſcopi omnes ſui Concilii ſtatutis ſubſcriberent , & Patri gloriam eo referrent modo , quo ipſe juſſerat , alii errori miſerrimi ſuccubuerunt , aut minas Regis timentes , aut ipſius blanditiis allecti , alii Catholica libertate reſtiterunt ; quos relegavit , & in eorum Epiſcopatus Arianos præſules ſuffecit. Antiſtites Fidei propugnatores in exilium miſſi fuerant Leander Hiſpalenſis , Fulgentius Aſtigitanus , Mauſona Emeritenſis , Conſtantius Portugalenſis , & Remiſſol Viſenſis. Non tantum propter Arianam hæreſim poſterorum memoria indignus

Digitized by Google

fuit Leovigildus, verum & propter ſævitiam in filium S. Hermenegildum, quem cauſa Catholicæ Religionis armis, & exercitu afflixit, ac contrivit. Et cum Catholicus Princeps Arianum Epiſcopum à Patre ad ſe miſſum, ut Sacram Euchariſtiam in Paſchæ ſolemnitate ſuſciperet, verbis corrigeret, & expelleret, ſecuri percuti juſſus eſt, & martyrii coronam meruit. Anno 18. regni ſui Toleti fatis ceſſit Leovigildus. In ancipiti verſantur Auctores an ſub vitæ finem Nicænam fidem profiteretur Leovigildus; alii eum, ſalute corporis deſperata, Arianam ſectam repudiaſſe tradunt; alii veritatem agnoviſſe dicunt; ſed temporibus ſervientem, & factionis metu Arii hæreſim abjeciſſe negant. Gregorius Magnus ait: *Leandro Epiſcopo Hiſpalenſi, quem prius afflixerat, Reccaredum filium ſuum, quem in ſua hæreſi reliquerat commendare curavit Leovigildus, ut in ipſo talia faceret, qualia & in fratre ſuis exhortationibus feciſſet.*

Defuncto Leovigildo Flavius Reccaredus ejus filius minor natu, omnium optimatum ſuffragiis, & plauſu Gothorum Rex fuit renuntiatus (Gothicum enim regnum Epiſcoporum, & optimatum electione, non hæreditario jure conferebatur;) Luſitaniæ, & univerſæ Hiſpaniæ regimen cepit. Aſt antequam de Reccaredo dicam, de Hermenegildo, qui à quibuſdam Luſitaniæ etiam fuiſſe Regem traditur, brevi faciam. Gregorius Turonenſis ait Leovigildum filium ſuum Hermenegildum, qui Ingundem filiam Segeberti Francorum Regis in Auſtraſia uxorem duxerat, in regni conſortium advocaſſe, eique Emeritam Luſitaniæ Metropolim in ſui principatus ſedem deſignaſſe. Joannes Biclarenſis non Emeritam; ſed Hiſpalim fuiſſe ſcribit, quam poſtea Leovigildus obſidione cepit. Non ſine conjectatione Hiſpalim, & Emeritam Hermenegildo à Patre fuiſſe concreditam firmabo. Pro Hiſpali Biclarenſis auctoritas, pro Emerita non ſolus Gregorius, ſed antiquus nummus teſtatur. Faria de Portugaliæ rebus ait penes ſe habuiſſe aureum nummum apud *Almeidam* inventum;

*De rebus Luſitaniæ diſc. 4. §. 5.*

tum; cui ex alia parte sculptus erat vultus, & crux in pectore, ac nomen circumscriptum: *Hermenegildus*: ex altera parte figura quædam sedebat regio diademate caput redimita, sceptrum in manu prætendens, & circumscriptæ erant literæ; *Rex inclytus*: & juxta sedem scripta erat Emerita contractis literis EM. Inclyto Rege inclytam quidem Emeritam Lusitaniæ Metropolim! sed Sanctissimo Principe nec diu potita est, nec gavisa, à Patre vexatum vidit in lacrymis, sed in gaudio jam exultabunda inter Sanctos Martyres adscriptum veneratur. Ad Reccaredum venio.

Flavius Reccaredus, accepto Hispaniarum Regno, Lusitaniæ apud Emeritam Claudium Romanum ducem præfecit, de cujus fidei integritate, & armorum peritia meminit Paulus Diaconus Emeritensis; cujus ope Francos cum sexaginta fere militum millibus Galliam Gothicam invadentes repulit, & prostravit. Regni sui exordio subditorum paci firmandæ incubuit, Leandrum Hispalensem, Fulgentium Astigitanum, & Mausonam Emeritensem ab exilio revocavit, & suis sedibus restituit. Fide Catholica instructus gentem Gothicam à tempore Athanarici Regis, & Valentis Imperatoris Ariana hæresi infectam ad veræ fidei professionem revocare intendit, & exemplo suo præivit omnibus. In Concilio Toletano 3. cum uxore sua Badda Nicænam fidem professus est, omnesque Gothi optimates sui Regis exemplum sequuti sunt: quapropter Leander Hispalensis Episcopus homiliam habuit de laude Ecclesiæ pro Gothorum conversione, quæ incipit: *Festivitatem hanc omnium esse solemniorem festivitatem novitas ipsa significat.* In Regem nuper conversum Ariani omnes adversati sunt; conatus suos eo posuerunt, ut Regē de medio tollerent: primus Sunna Episcopus Arianus, qui ægerrime ferebat se ab Emeritensi sede fuisse deturbatum, & in ipsam restitutum Mausonam, Regi insidias molitus est: hujus conjurationis consors fuerat Witericus, sed pœnitentia tactus Claudio Lusitaniæ duci propa-



Digitized by Google

fuit Leovigildus, verum & propter ſævitiam in filium S. Hermenegildum, quem cauſa Catholicæ Religionis armis, & exercitu afflixit, ac contrivit. Et cum Catholicus Princeps Arianum Epiſcopum à Patre ad ſe miſſum, ut Sacram Euchariſtiam in Paſchæ ſolemnitate ſuſciperet, verbis corrigeret, & expelleret, ſecuri percuti juſſus eſt, & martyrii coronam meruit. Anno 18. regni ſui Toleti fatis ceſſit Leovigildus. In ancipiti verſantur Auctores an ſub vitæ finem Nicænam fidem profiteretur Leovigildus; alii eum, ſalute corporis deſperata, Arianam ſectam repudiaſſe tradunt; alii veritatem agnoviſſe dicunt; ſed temporibus ſervientem, & factionis metu Arii hæreſim abjeciſſe negant. Gregorius Magnus ait: *Leandro Epiſcopo Hiſpalenſi, quem prius afflixerat, Rectaredum filium ſuum, quem in ſua hæreſi reliquerat commendare curavit Leovigildus, ut in ipſo talia faceret, qualia & in fratre ſuis exhortationibus feciſſet.*

Defuncto Leovigildo Flavius Reccaredus ejus filius minor natu, omnium optimatum ſuffragiis, & plauſu Gothorum Rex fuit renuntiatus (Gothicum enim regnum Epiſcoporum, & optimatum electione, non hæreditario jure conferebatur;) Luſitaniæ, & univerſæ Hiſpaniæ regimen cepit. Aſt antequam de Reccaredo dicam, de Hermenegildo, qui à quibuſdam Luſitaniæ etiam fuiſſe Regem traditur, brevi faciam. Gregorius Turonenſis ait Leovigildum filium ſuum Hermenegildum, qui Ingundem filiam Segeberti Francorum Regis in Auſtraſia uxorem duxerat, in regni conſortium advocaſſe, eique Emeritam Luſitaniæ Metropolim in ſui principatus ſedem deſignaſſe. Joannes Biclarenſis non Emeritam; ſed Hiſpalim fuiſſe ſcribit, quam poſtea Leovigildus obſidione cepit. Non ſine conjectatione Hiſpalim, & Emeritam Hermenegildo à Patre fuiſſe concreditam firmabo. Pro Hiſpali Biclarenſis auctoritas, pro Emerita non ſolus Gregorius, ſed antiquus nummus teſtatur. Faria de Portugaliæ rebus ait penes ſe habuiſſe aureum nummum apud *Almeidam* inventum;

*De rebus Luſitaniæ diſc.* 4. §. 5.

Digitized by Google

tum ; cui ex alia parte ſculptus erat vultus , & crux in pectore, ac nomen circumſcriptum : *Hermenegildus* : ex altera parte figura quædam ſedebat regio diademate caput redimita, ſceptrum in manu prætendens, & circumſcriptæ erant literæ ; *Rex inclytus* : & juxta ſedem ſcripta erat Emerita contractis literis EM. Inclyto Rege inclytam quidem Emeritam Luſitaniæ Metropolim ! ſed Sanctiſſimo Principe nec diu potita eſt, nec gaviſa, à Patre vexatum vidit in lacrymis , ſed in gaudio jam exultabunda inter Sanctos Martyres adſcriptum veneratur. Ad Reccaredum venio.

Flavius Reccaredus , accepto Hiſpaniarum Regno, Luſitaniæ apud Emeritam Claudium Romanum ducem præfecit , de cujus fidei integritate, & armorum peritia meminit Paulus Diaconus Emeritenſis ; cujus ope Francos cum ſexaginta fere militum millibus Galliam Gothicam invadentes repulit, & proſtravit. Regni ſui exordio ſubditorum paci firmandæ incubuit , Leandrum Hiſpalenſem, Fulgentium Aſtigitanum, & Mauſonam Emeritenſem ab exilio revocavit, & ſuis ſedibus reſtituit. Fide Catholica inſtructus gentem Gothicam à tempore Athanarici Regis, & Valentis Imperatoris Ariana hæreſi infectam ad veræ fidei profeſſionem revocare intendit, & exemplo ſuo præivit omnibus. In Concilio Toletano 3. cum uxore ſua Badda Nicænam fidem profeſſus eſt, omneſque Gothi optimates ſui Regis exemplum ſequuti ſunt : quapropter Leander Hiſpalenſis Epiſcopus homiliam habuit de laude Eccleſiæ pro Gothorum converſione , quæ incipit : *Feſtivitatem hanc omnium eſſe ſolemniorem feſtivitatem novitas ipſa ſignificat.* In Regem nuper converſum Ariani omnes adverſati ſunt ; conatus ſuos eo poſuerunt , ut Regē de medio tollerent : primus Sunna Epiſcopus Arianus, qui ægerrime ferebat ſe ab Emeritenſi ſede fuiſſe deturbatum , & in ipſam reſtitutum Mauſonam , Regi inſidias molitus eſt : hujus conjurationis conſors fuerat Witericus , ſed pœnitentia tactus Claudio Luſitaniæ duci propa-



Digitized by Google

lavit, qui Emeritæ conjuratorum plurimos in cuſtodiam adduxit, & reliquos occidit. Exilio, & bonis fiſco addictis optimates puniti ſunt; Sunna cui aut Hiſpaniæ relinquendæ, aut hæreſis renuntiandæ optio conceſſa fuerat, in Africam profectus eſt. Alteram conjurationem molita eſt Goſvinda Reccaredi noverca cum Uldida Ariano Epiſcopo, & Regem obtruncare conabantur, conjuratione detecta Uldida in exilium miſſus eſt, Goſvinda periit. Tertiæ conjurationis, ex qua non minus favente Deo, liber extitit Rex, Auctor fuit Argimundus Regius Cubicularius: inſidiis palam habitis de ſociis quæſitum eſt, & ſtatim datum ſupplicium.

Ad D. Gregorium Magnum, cum primum Petri Cathedram aſcendit, legatos miſit ſalutatum cum muneribus ex auro, & veſtibus in uſum pauperum Eccleſiæ S. Petri. Sanctiſſimus Pontifex ad ipſum ſuas literas dedit gratulatus de donis S. Petro tranſmiſſis, in ſuſcepta religione eum confirmavit, & crucem miſit, in qua de ligno Domini erat, & de Capillis S. Joannis Baptiſtæ: hæc Epiſtola eſt 127. Leges ſanctiſſimas in reipublicæ bonum edidit Reccaredus, quæ in codice legum Wiſigothorum continentur; & in lib. 12. tit. 2. de omnium hæreticorum, atque Judæorum erroribus amputandis in religionis Chriſtianæ favorem piiſſimas quoque protulit. Quamcumque perſonam, quæ Euangelicæ Fidei contradiceret, veterum Patrum definitiones irrumperet, & extare deprehenſa ex quacumque religionis poteſtate, vel ordine eſſet, amiſſo loci, & dignitatis ordine perpetuo reatu, & rerum cunctarum amiſſione multavit: ſi eſſet ex laicis, & honore, & loco ſolutum omni rerum poſſeſſione nudavit. Omnes Judæorum errores generaliter extirpavit, prohibuit ne more ſuo Paſcha celebrarent, ne more ſuo fœdus nuptiale agerent, ne ſe circumciderent, ac dividerent eſcas, ne contra Chriſtianos teſtificarentur. Badda Regina defuncta, Clodoſindam Childeberti Francorum Regis ſororem ob ſtabiliendam pacem matromonio ſibi junxit: tandem poſt

Digitized by Google

quindecim Regni annos in morbum incidit, & aſpiciens vitæ finem longe non abſore, humillimo animo petiit, ut pœnitentiæ publicæ ab Epiſcopo addiceretur, pœnitens, & humilis corde Catholicus Rex obiit, tres reliquit filios Liuvam, Suintilam, & Geilam. Liuvam ex fœmina ignobili habuit quinque annos antequam Gothorum thronum aſcenderet, de aliis duobus incertum eſt, an Clodoſindam, an Baddam Reginam matrem agnoſcerent. Ejus Regno pro diſciplina Eccleſiaſtica firmanda plurima etiam provincialia Concilia fuere adunata: eorum convocationem promovebat piiſſimus Rex: Narbonenſe Hiſpano-Gallicum, Hiſpalenſe, Cæſarauguſtanum, Oſcenſe, & Barcinonenſe Reccaredi, cujus conſenſu adunabantur pietatem laudant.

## CAP. VII.

### *De Viris ſanctitate, & ſapientia Illuſtrioribus.*

DE Martino Dumienſi ſatis quidem jam dictum; & licet Pannonienſis eſſet origine, cum inter Suevos degeret, Dumienſem, & Bracarenſem Eccleſias regeret, & noſtrum ſolum conculcaret, dignus ſane eſt, qui inter Scriptores noſtros ſæculi ſexti primas habeat, & ejus recenſeantur opera, quæ Gregorius Turonenſis, Iſidorus, Venantius Fortunatus numerarunt. Librum compoſuit ad Mironem Suevorum Regem de differentiis quatuor virtutum, quem alii nominant formulam vitæ honeſtæ, & ſub nomine Hiſpani Senecæ diu vulgus agnoverat; alium de neceſſitate, & mediis ad juſtitiam ſeparandam à ſuperbia, & vilitate, alium de ira ad Witimirum Orenſem Epiſcopum, alium in quo ad emendationem vitæ, & fidei converſionem Suevos hortatur, alium de Paſcha celebrando; Græcorum Conciliorum Canones collegit, Ægypti Patrum vitas de Græco in Latinum Sermonem ad Monachos inſtruendos per Paſchaſium Diaconum transferri fecit, eorundem Patrum Ægypti ſententias ex Græco Monachis latine ſcripſit; Epiſtolas plurimas reliquit doctrina, &

Digitized by Google

ſanctitate plenas. De Martini ſapientia Gregorius Turonenſis, ait: *Martinus Gallæcienſis Epiſcopus Pannoniæ ortus fuit, & exinde ad viſitanda loca ſancta in Orientem properans in tantum ſe literis imbuit, ut nulli ſecundus ſuis temporibus haberetur.* Metro etiam fuit inſignis ex eodem Turonenſi; verſiculos ſuper oſtium à parte meridiana in Baſilica Dumienſi ipſe conſcripſit. Venantius Fortunatus librum 5. verſibus compoſitum ad ipſum miſit, & in initio eum quadro Maroni, & rotundo Ciceroni comparat.

Inter Epiſtolas, quæ Martino Bracarenſi tribuuntur, celeberrima eſt, quæ ad Bonifacium Epiſcopum dedit circa trinam baptiſandorum immerſionem: & in ipſa ait quoſdam una tinctione baptiſma fieri voluiſſe. Et ut ſuæ præſumptionis cauſam aliquam darent, dixiſſe hoc pro refugienda Arianorum ſimilitudine ab aliquibus Synodis inſtitutum, quod omnino confictum erat; nam neque generalis, neque localis ulla Synodus de una tinctione aliquando legitur tuliſſe ſententiam, quod ſiquis hoc afirmabat, oſtendere deberet ſcriptum, vel quibus in locis, & à quibus, vel quantis Patribus hoc decretum ſit, quod ſi hoc nequirent demonſtrare tenerent fiducialiter quod & per auctoritatem Romanæ Sedis erat traditum, & Orientalium provinciarum inſtitutio priſca demonſtrabat, & tam antiquorum Patrum expoſitionibus, quam etiam officialium Sacramentorum documentis tradebatur, ut ſicut in uno Patris, & Filii, & Spiritus Sancti nomine, quod eſt unus Deus, unam trium dicimus eſſe ſubſtantiam, ita & trium Perſonarum diſtinctionem trina proculdubio credentium tinctione ſignamus.

Eodē ſæculo floruit Joannes Eccleſiæ Gerundenſis Epiſcopus nativitate Gothus, teſte Iſidoro, provinciæ Luſitanæ Scalabi natus, cum eſſet adoleſcens, conſtantinopolim acceſſit, ibi Græca, ac Latina eruditione munitus poſt decimū ſeptimum annum Hiſpanias rediit, eodem tempore, quo incitante Leovigildo, Arianorum perfidia fervebat; hic

Digitized by Google

cum ab impiissimo Rege nullo modo, neque minis, neque blanditiis dimoveri posset, Barcinonem relegatus est, ubi decem annorum spatio plurimis insidiis, ac persecutionibus ab Arianis divexatus fuit. Monasterium extruxit Biclaro nomine, unde & ipsi Biclarensis nomen indiderunt, secum adunatis Monachis regulam dedit optimis præceptis institutam. Chronicon quoque edidit ab anno primo Justini junioris principatus usque ad annum octavum Mauritii Principis Romanorum, & quartum Reccaredi Regis; multa alia apud eundemmet S. Isidorum scripsisse dicitur: quæ non extant.

Joanni coævus fuit Nunctus Abbas: ex Africa Lusitaniam trajecit studio visendi sepulcri S. Eulaliæ; in Ecclesia ejusdem Divæ apud Emeritam aliquandiu vixit, ut fœminarum in ejus virtutum odorem confluentium aspectum declinaret, cum aliquibus discipulis in eremum secessit, ubi vita, & miraculis clarebat: Leovigildus Rex Sanctissimi Abbatis fama per omnium ora volitante commotus per clientem ipsum rogavit, ut Deum pro eo precaretur, ac vicinam villam, & prædium ad Nuncti, ejusque discipulorum commodum, & sustentationem signavit. Nunctus mundi rerum contemtor, & cœlestium bonorum amator, nec statim annuit, sed ne largientem Principem videretur despicere, maturo consilio oblatum donum accepit. Ast vicini rustici de Regis donatione certi novum Dominum visere perrexerunt, & ægre ferētes Domino habitu, & vita humili parere, ei vitam eripere meditati sunt. Dum prope Monasterium Nunctus ovium gregem pascebat, invaserunt rustici, mortemque intulerunt. Sacrilegi postea certe pœnas, Rege vindictam negligente, dæmonum incursu in furorem acti dederunt.

Eodem sæculo in Emeritensi Ecclesia floruit virtute Joannes Presbyter, quem Joannes Biclarensis in chronico insignem, & hominum memoria dignum laudat, licet Paulus Diaconus in vitis Emeritensium Patrum omnino taceat: alios tamen refert, quos inter emicuit Augustus puer Minister Ecclesiæ S. Eulaliæ.

Digitized by Google

*Puerulus quidam*, ait Paulus, *non grandi adhuc ætate, & ephebus nomine Augustus, simplex literarumque inscius dum ceteris sodalibus suis puerulis fideli mente in domo egregiæ Virginis Eulaliæ sui servitii ministerium, quod ei à Præposito cellæ venerabili Viro fuerat delegatum, perageret; repente hunc contigit ægrotasse, cumque ad eum visitandum, multi ambularent, crebriusque ipse pergerem: en accidit nocte quadam explicitis vigiliarum solemniis (nam in eadem Sancta Ecclesia mos est, ut hyemis tempore seorsum matutinum officium, facto intervallo modico admittente Domino celebretur:) quo igitur temporis intervallo, eum ad videndum cum perrexissem: ingressusque cellam, in qua recubabat, cunctos qui aderant, ita reperi sopore depressos, ut nullus eorum ad miracula fuisset expergefactus. Introivi, lumen vero, quod ibi accensum erat, extinctum inveni, & denuo accendere imperavi: adhibitoque mox lumine, Augustum, quemadmodum se haberet, sciscitatus sum. Ast ille inquit: equidem quantum ad præsentis pertinet vitæ spem, fateor ita jam omnes corporis mei artus resolutos, ut nihil virium omnino remanserit: quantum vero pertinet ad spem vitæ æternæ, non solum spem habere me gaudeo, verum & ipsum Auctorem vitæ æternæ Dominum Jesum Christum cum Angelorum catervis, atque omnium Sanctorum innumerabiles multitudines me vidisse confiteor.*

*Dumque hæc, quæ vidisset, audissem, statimque in stuporem versus vehementer contremui, atque ut mihi cuncta, quæ viderat, sigillatim narraret, deprecatus sum. Ad hæc inquit ille: Testor Dominum cœli, & terræ, me tibi phantasticam visionem nullam referre: sed ut magis credas, fateor etiam tibi me hac nocte minime dormiisse: & dum hæc dixisset, ita exorsus est: fui in loco amœno, ubi erant multi odoriferi flores, herbæ viridissimæ, rosæ, & lilia, & coronæ ex gemmis, & auro multæ, vela holoserica innumerabilia, & aer tenuis flabrari frigore flatu suo cuncta refrigerans, ibi etiam vidi sedes innumerabiles positas*

Digitized by Google

*ad dextram, lævamque, in medioque multum ſublimior poſita præeminebat; ibi namque aſtabant pueri innumerabiles, omnes ornati, & pulchri præparantes menſas, & convivium eximium, non de qualibet pecude, ſed tantum de altilibus omnis parabatur ferculorum copia, omnia quæ parabantur erant candida inſtar nivis, & præſtolabantur adventum ſui Regis. Tunc deinde ego indignus operæ pretium mihi arbitratus fore, tantæ rei miraculum, ſi plenius audiſſem, aio ad eum: dic mihi, obſecro, dum iſtud quod narras parabatur: tu quid faciebas? Ille vero reſpondit: omnium pedes oſculabar, & illi dicebant: Benedictus Deus, qui te bene adduxit.*

*Dum vero hæc dicerent, & omne miniſterium præpararent: ſubito advenit ingens multitudo candidatorum, omnes auro, & lapidibus pretioſis ornati, & coronis rutilantibus redimiti, & una acies ipſius multitudinis ad dextram, alia vero ad lævam partem gradiebatur: in medio autem eorum veniebat vir ſplendidiſſimus, ac pulcherrimus, forma decorus, aſpectu glorioſus, ſtatura procerior cunctis, lucidior Sole, candidior nive; cumque perveniſſent ad præparatas ſedes, ſedit pulchrior ille vir in eminentiori loco; ceteri procedentes, adoranteſque eum, reſederunt in ſedibus ſuis. Statim benedixit omnes: at illi adoraverunt, ſemel, & iterum, ac tertio: deinde ferculorum preparatio appoſita eſt illi. Dum cœpiſſent epulari, dixit ille ſpecioſus vir, qui ſedebat excelſior, ad eos qui circumſtabant: Aliquis hic ruſticus eſt? Illi vero reſponderunt: adeſt, Domine. Tum demum ille: præſentetur conſpectui meo. Ego autem aſtabam à longe, & intuebar, dumque præſentatus fuiſſem ejus obtutibus, cœpi vehementer contremere. Ille vero dixit: noli timere, fili, tranſi poſt ſcapulam meam, & hic ſta, & adjecit: noli timere, ſcito, quia protector tuus ero, nunquam tibi aliquid deerit: ego te ſemper paſcam, te ſemper veſtiam, te ſemper protegam, & nunquam derelinquam. Illico de eodem convivio eſcam, poculumque, quale nunquam videram, mihi tribue-*

Digitized by Google

*re jussit, quod suscipiens cum omni jucunditate percepi: & vere fateor manere ita ab illius gratia refectum, ut deinceps aliud nihil præter illum desiderem cibum.*

*Igitur explicito convivio, ait mihi: ambulet ista multitudo aliam viam, tu mecum profecturus eris, ut tibi ostendam vivariolum meum, quem habeo. Rursumque convivio jam consummato, processere omnes, & adoraverunt eum; idem benedicens eos Rex permisit abire. Illis vero abeuntibus, trahebant ad tribunal ejus nescio quos homines vociferantes, magnisque ululatibus ejulabant, quorum dum voces audisset, ait: trahite foras malos servos, non sunt digni videre faciem meam. Quod cum dixisset, tam celeriter abstracti sunt, ut eos plenius non potuissem videre, neque cognoscere. Rursus etiam scicitans dixi: quæro, fili, ut mihi dicas, si aliquem agnovisti ibidem de his, qui mihi in hoc sæculo cogniti fuere, & jam de hac luce migravere? Ad hæc ille ait: homines, quos ibi vidi, longe erant ab his omnibus, quos videmus modo, nam alia forma, & alio habitu decorati sunt omnes. Deinde subjunxit: postquam vero traxere illos homines foras, surrexit ille ceteris pulchrior Dominus de sede sua, apprehendensque manum meam, eduxit me in hortum amœnissimum, ubi erat rivus, inquo erat aqua vitrei coloris, & secus rivum illum sylva aromatum, & flores multi flagrantes, redolentesque diversis suavitatis odoribus; & sic juxta rivum ipsum venientes pervenimus usque ad locum, quem nunc in strato jacens video. Hæc mihi memoratus puer multis coram positus retulit. Quamobrem, ego indignus, & omnium peccatorum primus, levita Christi, quemadmodum narravit, scribere malui, verbis licet aliis, sensibus tamen ipsis.* Hactenus Paulus Diaconus de puero Augusto, cujus mors fuit pretiosa in conspectu Domini, & miraculis clara.

Inter Eborenses floruit Paulus famulus Dei, cujus memoriam invenit Resendius in cippo quodam invento, & literis minus elegantibus inscripto.

DE-

Digitized by Google

DEPOSITIO PAULI. FAMULUS DEI VIXIT ANNOS L. ET UNO, REQUIEVIT IN PACE D. III. ID. MARTIAS ERA DLXXXII.

Depoſitio Pauli. Famulus Dei vixit annos quinquaginta, & unum, requievit in pace Domini tertio Idus Martias Era 582, anno Chriſti 544.

## CAP. VIII.

### *Quanam lingua per hæc ſex ſæcula utebantur Luſitani.*

TOt idiomatum apud Luſitanos, imo & univerſos Hiſpanos fuere genera, quot populi, & nationes noſtrum ſolum conculcarunt: & quod de foliorum mutatione annua cecinit Horatius, id de Luſitani idiomatis veteris natura non ſine ſale dicendum eſt.

*Ut ſilvæ foliis pronos mutantur in annos,*
*Prima cadunt, ita verborum vetus interit ætas,*
*Et juvenum ritu florent modo nata, vigentque.*

Poſtquam Romani Luſitaniam Imperio ſuo ſubjugarunt, Luſitani ſermonẽ illum, quem ab Iberis, Phænicibus, Græcis, aliiſque populis huc tranſmigrantibus acceperunt, adeo perdiderũt, ut Latini facti, Latinorum mores, & vocem habuerint; & adhuc ætate noſtra ſermonem patrium *Romancium* appellamus, quod propter Barbarorum adventum aliquantulum degeneraverit à lingua Latina, & ſi neque Gothi, neque Mauri, neque Barbaræ gentes in Hiſpanias adventarent, tam Latinus eſſet nunc ſermo noſter, quam tempore Ciceronis. Luſitania, & Bætica præ reliqua Hiſpaniarum parte elegantior erat, cum in iis regionibus, quæ fertiliorem Hiſpaniæ glebam continent plures fuerint Romanorum coloniæ.

Aſt latinus ſermo, quo noſtri utebantur, Græci quoque participes erant: vocabulis adhuc quibuſdam utimur,



Digitized by Google

quæ Græcis uſitata ſunt. Siquidem Græci loquacem hominem *Pampharron* vocant, & nos *Famfarronem* dicimus. *Toma* Græci, & nos pro *accipe*, & *poſſide*. *Cara* græce *caput* ſignificat. *Camis* græce dicitur, quam nos *camam* vocamus. *Eſpada* græce *ſpatha*. *Guitarra* græce dicunt, & nos pariter pro Muſico inſtrumẽto. *Mania* etiam pro lymphatione utimur. Eruditus Reſendius ait ſe curioſitatis ſtudio, atque animi cauſa otio abuſum ſilvam collegiſſe vocabulorum fere quingentorum cum ſua dialecto nobis ex græco relictorum: & quanvis eruditus vir teneat hujuſmodi vocabula non à Romanis fuiſſe cum latinitate introducta, ſed ſuperfuiſſe Græcorum hic comemorantium veſtigia: etiam non renuam à Romanis ipſis fuiſſe relicta: Latinam linguam Græcæ eſſe filiolam neminem eruditum latet: Romani plus armis, quam literis primum dediti non tam eloquii gnari erant, quam poſtea facti ſunt. A Græcis peculiaria artium, quibus carebant, nomina mutuati fuerant, Anathomis, ſcilicet, Medicinæ Muſicæ, Architectonices, ac Philoſophiæ, quas Romani à Græcis Magiſtris apprime didicerunt. Tullius ipſe in Oratione pro Licinio Archia Poeta ait: *Erat Italia tunc plena Græcarum literarum, ac diſciplinarum; ſtudiaque hæc & in Latio vehementius tam colebantur; quam nunc iiſdem in oppidis: & huic Romæ propter tranquilitatem reipublicæ non negligebantur*: & Græcos adhuc ibidem extollit, ut de eorum verſibus addat: *Nam ſiquis minorem fructum putat ex Græcis verſibus percipi, quam ex Latinis, vehementer errant, propterea quod Græca leguntur in omnibus fere gentibus, latina ſuis finibus, exiguis ſane, continentur*. Ea erat Græci cum ſermone latino conſuetudo: eo quoque pretio à Romanis habebatur Græcorum facundia, ut ipſa utentes, populis, quibus imperabant, communem facerent.

Verum Alanis, Suevis, Wandalis, & Gothis Hiſpanias invadentibus, de Latii cultu actum eſt: latinitatem depravarunt Barbari, vocabula ſibi propria addiderunt;

Digitized by Google

& non aliter quam Roma ipſa ex tot gentium irruptionibus linguæ ſuæ paſſa eſt detrimentum, Luſitania ſuum quoque habere viſa fuit: & majus decus amiſit, cum Saraceni, ut ſuo ſæculo dicam, qua rabie, qua crudelitate aggreſſi ſunt. Sed non adeo deformari potuit ut non ſit magis latina, & Romano ſermoni propinquior, quam ceteræ linguæ, quæ ſunt à Latina corruptæ, & elegantior, ac facundior omnibus, exceptis Græca, & Latina: quidquid de ſua dicant Galli, & Angli.

Hæc ſunt, candidiſſime Lector, quæ in Luſitana Eccleſia intra ſex ſæcula ſcriptu digna, & certiora ad manus habui; conſcius quidem ſum apud Pſeudochronica alia quoque, quanvis non plurima, adhuc reperiri, de quibus utpote nimis incertis, dubiis aut omnino falſis, Eminentiſſimi Cardinalis de Aguirre ſententiam proferendam judico: *Unde quoties in decurſu hujus operis quiſquiliæ ejuſmodi occurrerint, aut illas ſilentio abſolvam, veluti memoratu indignas, aut levi manu rejiciam, nequis imprudens, vel nimium incredulus, ullam illis accomodet fidem.* Veritatem diligo, falſitatem reſpuo.

# FINIS I. TOMI.

Digitized by Google

# ERRATA

| *Pag.* | *Linea* | *Errata* | *corrige.* |
|---|---|---|---|
| 39 | Titulo | Epiſcoqatus | Epiſcopatus. |
| 73 | Finali | Toletatus | Toletanus |
| 75 | Ad margin. | Part. adde | Part. 1. |
| 78 | 1. locus marginalis adjungendus eſt aliis ſupra. | | |
| 79 | Undecima | Latininatis | Latinitatis. |
| 105 | Vigeſima | Vegeſimo | Vigeſimo. |
| 108 | Quarta | Ab Herode adde | Agrippa. |
| 114 | Decima quarta | Exitucto | Extructo. |
| 120 | Prima | Felicem adde | qui. |
| 123 | Trigeſima ſecunda | Sententia | Sententiam. |
| 177 | Decima quinta | Vallemontius | Tillemontius. |
| 186 | Tertia | Imaginem, | imaginum. |
| 286 | Trigeſima | Oblata | Ablata. |

Digitized by Google

# INDEX
## RERUM NOTABILIUM.

## A

*Abila, ſive Avila cap. 2. §. 3. pag. 13. & 51.*
*Adrianus Romanorum Imperator Hiſpanias in ſex diviſit provincias; eo imperante Judæi Hiſpanias venerunt ſæculo 2. & 3. cap. 6. pag. 136.*
*Ad ſeptem aras ubi ſitus erat cap. 2. pag. 50.*
*Alani Luſitaniam occupant. ſæculo 5. cap. 6. pag. 251, eorum origo ſæculo 5. cap. 7. pag. 257.*
*Amæa pag. 50.*
*S. Anaſtaſius, quem putant Colimbrienſem Epiſcopum. Sæculo 1. cap. 2. §. 5. pag. 102.*
*Andeca Suevorum Rex intruſus ſeculo 6. cap. 6. pag. 325.*
*Angamalenſis Epiſcopatus cap. 2. §. 2. cap. 12. §. 3. pag. 43.*
*Angolenſis Epiſcopatus cap. 2. §. 2, pag. 12. §. 3. pag. 42.*
*Angrenſis Epiſcopatus cap. 2. §. 2. pag. 12. §. 3. pag. 35.*
*Anteri Epiſtola ad Hiſpanos ſæculo 2. & 3. cap. 5. §. 1. pag. 130 & 131.*
*Antoninus Emeritenſis Epiſcopus ſæculo 5. cap. 1. §. 2. pag. 227.*
*Apoſtatarum pœna ſæculo 4. cap. 3. §. 2. pag. 162.*
*Apringius Pacenſis Epiſcopus ſæculo 6. cap. 1. §. 4. pag. 179.*
*Appollonius Bracarenſis Epiſcopus ſæculo 4. cap. 2. §. 2. pag. 156.*
*Arisbertus Portugalenſis Epiſcopus, & ejus Epiſtolæ ſæculo 5. cap. 1. §. 3. pag. 229.*
*Araducta civitas cap. 2. pag. 50.*
*Araduca cap. 2. §. 1. pag. 10. & pag. 51.*
*Ardoricus Egitanienſis Epiſcopus ſæculo 6. cap. 1. §. 6. pag. 281.*

Digitized by Google

*Argiovitus Arianus Episcopus Portugalensis sæculo 6. cap. 1. §. 7. pag. 282.*
*Aritium prætorium cap. 2. pag. 50.*
*Astures cap. 2. §. 1. pag. 9.*
*Avaces Alanorum Rex sæculo 5. cap. 6. pag. 252.*
*Auctores, qui de Lusitaniæ rebus scripserunt cap. 5. pag. 73.*
*Auditoria Portugaliæ cap. 2. §. 1. pag. 10.*
*Augustus Cæsar Hispanias rexit, Lusitaniam venit, erga ipsum Lusitanorum obsequium sæculo 1. cap. 3. pag. 104. & seq.*
*Augustus puer Emeritensis sæculo 6. cap. 7. pag. 334.*
*Avitus Presbyter Bracarensis sæcul. 5. c. 8. §. 2. p g. 263.*
*Aurelius Antoninus Heliogabalus Imperator sæculo 2. & 3. cap. 6. pag. 137.*

## B

*Bacchi adventus in Lusitaniam, & in Indiam cap. 1. pag. 4.*
*Babiensis Sedes cap. 2. §. 2. pag. 12. §. 3. pag. 39.*
*Balconius Bracarensis Episcopus sæculo 5. cap. 1. pag. 226.*
*Balsa ubi sita cap. 2. pag. 50.*
*Baptisma non conferebatur in Dominica Nativitate, Epiphania, in festivitatibus Apostolorum, & Martyrum, sed tantum in Paschæ, & Pentecostes solemnitatibus. Sæculo 4. cap. 3. §. 2. pag. 162.*
*Barbarii populi ubi erant cap. 2. §. 1. pag. 9. §. 3. & pag. 50.*
*Barbarorum ingressus in Hispanias sæculo 5. c. 6. pag. 252.*
*S. Basila, ejus martyrium, ac aliorum sororum cap. 7. §. 3. pag. 144. & seq.*
*S. Basileus Episcopus sæculo 1. cap. 2. §. 5. pag 102.*
*Beirensis provincia, ejus situs, & fines cap. 2. §. 1. pag. 9.*
*Benignus inter incertos Bracarenses Episcopos. Sæculo 6. cap. 1. §. 2. pag. 277.*
*Bracara Gallæciæ Metropolis cap. 2. §. 2. pag. 12. & §. 3. pag. 26. ejus templum Isidi consecratum cap. 3. pag. 58.*
*Bracari cap. 2. §. 1. pag. 9.*

Digitized by Google

*Breviarium Toletanum à S. Isidoro recognitum secul.* 1. *cap.* 1. *pag.* 79. *à flammis liberatur cap.* 1. *sæculo* 1. *pag.* 88.

# C

*Cajus Caligula Imperator Herodem in Hispaniam relegavit, est non in Lusitaniam sæculo* 1. *cap.* 3. *pag.* 107.
*Calacii populi cap.* 2. §. 1. *pag.* 9.
*Calderanus mons cap.* 2. §. 1. *pag.* 10
*Cale ad Durii ostium cap.* 1. *pag.* 10, & 11.
*Canonicorum Regularium initiū sæculo* 1. *cap.* 15 *pag.* 115.
*Carthaginenses in Hispania cap.* 3. *pag.* 54.
*Caurea in Lusitania cap.* 2. §. 3. *pag.* 13. & *pag.* 51.
*S. Celerina, & ejus historia sæculo* 1. *cap.* 4. §. 2. *pag.* 112.
*Celiobriga cap.* 2. *pag.* 51.
*Celtici in Lusitania cap.* 2. §. 1. *pag.* 9.
*Ceptensis sedes cap.* 2. §. 2. *pag.* 12. §. 3. *pag.* 33.
*Cetobriga cap.* 2. §. 1. *pag.* 9. & *pag.* 50.
*Charraricus Suevorum Rex sæculo* 6. *cap.* 6. *pag.* 320.
*Cistagana provincia cap.* 2. §. 1. *pag.* 10, & 11.
*Claudius Romanorum Imperator sæculo* 2. & 3. *cap.* 6. *pag.* 140.
*Claudius Romanus Dux, & Lusitaniæ præfectus sæculo* 6. *cap.* 6.
*Clericis* 2. *nuptias contrahentibus laicalis communio imponitur sæculo* 4. *cap.* 3. §. 2. *pag.* 163. *ipsis sub introductæ mulieres domi prohibentur; ibidem: ipsorum disciplina sæculo* 6. *cap.* 4. §. 2. *pag.* 312.
*Cochinensis Sedes cap.* 2. §. 2. *pag.* 12. §. 3. *pag.* 40.
*Colimbrienſis Episcopatus cap.* 2. §. 3. *pag.* 20.
*Collipo, & ejus Episcopatus cap.* 2. §. 2. *pag.* 12. §. 3. *pag.* 37.
*S. Columba Martyr Eborensis sæculo* 4. *cap.* 6. *pag.* 216.
*Communionum Ecclesiasticarum varietas sæculo* 4. *cap.* 4. *pag.* 175.

Digitized by Google

*Concia ubi sita erat cap. 2. §. 3. pag. 51.*
*Concilium Bracarense 1. sæculo 5. cap. 3. §. 1. pag. 239. Bracarense 2. sæculo 6. cap. 3. §. 1. pag. 287. Bracarense 3. sæculo 6. cap. 3. §. 2. pag. 292. Bracarense fictum sæculo 2. & 3. cap. 3. pag. 125. Emeritense fictum ibid. Lusitanum in causa Martialis Episcopi sæculo 2. & 3. cap. 3. pag. 126. aliud Lusitanum sæculo 4. cap. 4. pag. 194. aliud Lusitaniæ, Bæticæ, & Carthaginensis provinciarum sæculo 5. cap. 4. pag. 249. Toletanum 1. Hispaniarum generale sæculo 5. cap. 2. pag. 234. Toletanum 3. generale sæculo 6. cap. 3. §. 3. pag. 296.*
*Constantius Chlorus Imperator, ejus pietas sæculo 4. cap. 5. pag. 195.*
*Constantinus Magnus Imperator sæculo 4. cap. 5. pag. 196.*
*Constantinus, Constans, & Constantius sæculo 4. cap. 5. pag. 199.*
*Constantius Portugalensis Episcopus sæculo 6. cap. 1. §. 7. pag. 282.*
*Continentiæ lex sacrorum Ministrorum, Subdiaconis exceptis. Sæculo 4. cap. 3. §. 2. pag. 163.*
*Coronæ gentilium Sacerdotibus Christianis prohibitæ sæculo 4. cap. 4. pag. 188.*
*Correcturæ Portugaliæ cap. 2. §. 1. pag. 10.*

## D

*Dacianus Poeta, & Philosophus Lusitanus Emeritensis sæculo 1. cap. 3. pag. 110*
*S. Damasus Papa Lusitanus sæculo 4. cap. 6. §. 2. pag. 219.*
*Decius Imperator sæculo 2. & 3. cap. 6. pag. 139.*
*Diaconi Ecclesias regebant, sacramentaliter tamen non absolvebant. Sæculo 4. cap. 4. pag. 191.*
*Diocletianus Imperator, & socii sæculo 4. cap. 5. pag. 194.*
*Domitianus Bracarensis Episcopus sæculo 4. cap. 2. §. 2. pag. 156.*
*Domitius Nero Imperator, ab eo non cognominantur Nerii*

Digitized by Google

*populi in Hiſpania ſæculo* 1. *cap.* 3. *pag.* 108.
*S. Donati, & Sociorum Martyrum hiſtoria ſæculo* 2. *&* 3. *cap.* 7. §. 5. *pag.* 146.
*S. Donatus, & 22. Socii Martyres ſæculo* 4. *c.* 6. *pag.* 218.
*Donatus Monachus ex Africa in Hiſpaniam venit ſæculo* 6. *cap.* 5. *pag.* 315.
*Drumarii literæ ſuppoſitæ ſæculo* 6. *cap.* 5. *pag.* 315.
*Dumienſe Monaſterium ſæculo* 6. *cap.* 5. *pag.* 315.
*Dumium Epiſcoporum ſedes, ejus territorium, familiæ regia quid ſit? cap.* 2. §. 2. *pag.* 12. *&* §. 3. *pag.* 28.
*Durius Luſitaniæ finis Septentrionalis cap.* 2. §. 1. *pag.* 6.

# E

*Ebora, ejus ſitus, ac Epiſcopatus cap.* 2. §. 2. *pag.* 11. §. 3. *pag.* 16.
*Eborenſes Epiſcopi incerti ſæculo* 2. *&* 3. *c.* 2. §. 1. *pag.* 124.
*Ebricus Suevorum Rex ſæculo* 6. *cap.* 6. *pag.* 325.
*Eburobritium ubi cap.* 2. *pag.* 50.
*Eccleſiaſtici limites Luſitaniæ cap.* 2. §. 2. *pag.* 11. *civiles* §. 1. *pag.* 6.
*Eccleſiolæ Monaſterium in Portugalia cap.* 1. *pag.* 5. *ejus Prælatura, & territorium cap.* 2. §. 3. *pag.* 25.
*Egitania, ejus ſitus, ac Epiſcopatus cap.* 2. §. 2. *pag.* 11. §. 3. *pag.* 24. *&* 50.
*Eliberitanum Concilium, ejus tempus, Epiſcopi, & Canones ſæculo* 4. *cap.* 4. §. 1. *pag.* 164.
*Elipandus Colimbrienſis Epiſcopus ſæculo* 5. *cap.* 1. §. 3. *pag.* 232.
*Emerita Metropolis cap.* 2. §. 2. *&* 3. *pag.* 13. *unde dicta ſæculo* 1. *cap.* 3. *pag.* 104. *Conventus juridicus cap.* 3. *pag.* 55. §. 3. *pag.* 13.
*Eminium ejus ſitus, ac Epiſcopatus cap.* 2. *pag.* 12. §. 3. *pag.* 20.
*S. Emiterius, & Celidonius Martyres ſæculo* 2. *&* 3. *c.* 6. *pag.* 139.



Digitized by Google

*S. Encratis Virgo Luſitana, & Martyrium ſæculo 4. cap. 6. pag. 215.*
*Enimium, ejus ſitus cap. 2. pag. 51.*
*Epiſcopales Sedes Portugaliæ quot, cap. 2. §. 2. pag. 12.*
*Epiſcoporum diſciplina ſæculo 6. cap. 4. §. 1. pag. 308. & paſſim cap. 3.*
*Epiſcopi Luſitani in Ariminenſi Concilio ſæculo 4. cap. 5. pag. 204.*
*Epiſcopi Bracarenſes incerti ſæculo 5. c. 1. §. 1. pag. 226.*
*Epiſcopi Egitanienſes incerti ſæculo 5. cap. 2. §. 4. pag. 233.*
*S. Epitacius ſæculo 1. cap. 2. §. 6. pag. 103.*
*Epochæ nationum variæ, & quales cap. 4. pag. 59.*
*Equa bona ubi cap. 2 pag. 50.*
*Era Hiſpanica unde dicta, quando incepit, & deſiit cap. 4. pag. 59.*
*Eremitarum initium in Luſitania ſæculo 1. cap. 5. §. 2. pag. 118.*
*Euangelii promulgatio in Luſitania ſæculo 1. cap. 1. pag. 75.*
*S. Eulalia Virgo, & Martyr Luſitana ſæculo 4. cap. 6. pag. 217.*
*S. Euphemia Martyr ſæculo 2. & 3. cap. 7. §. 4. pag. 145.*
*Eutichiani Papæ Epiſtola ſæculo 2. & 3. cap. 8. pag. 148.*
*Extrematuræ provincia, & ejus fines cap. 2. §. 1. pag. 9.*

# F

*Felix I. Eremita ſæculo 1. cap. 5. §. 2. pag. 118.*
*Felix Emeritenſis Epiſcopus ſæculo 2. & 3. cap. 2. §. 2. pag. 125.*
*Felix Presbyter cum Sociis ab Irenæo in Hiſpaniam miſſi Martyres occubuerunt ſæculo 2. & 3. cap. 6. pag. 137.*
*Fidelis Emeritenſis Epiſcopus ſæculo 6. c. 1. §. 1. pag. 273.*
*Flamines ludos, & ſpectacula curabant ſæculo 4. cap. 4. pag. 177.*
*Florentius Emeritenſis Epiſcopus ſæculo 4. cap. 2. §. 3. pag. 157.*

Digitized by Google

*Florianus Romanorum Imperator ſæculo 2. & 3. cap. 6. pag. 140.*
*Fluminis Januarii Epiſcopatus cap. 2. §. 2. pag. 12. §. 3. pag. 43.*
*Forum limicorum cap. 2. pag. 51.*
*Franta in Suevorum Regem adſcitus ſæculo 5. c. 6. pag. 256.*
*Fructuoſus Epiſcopus Tarraconenſis, ejus martyrium ſæculo 2. & 3. cap. 6. pag. 139.*
*Frumarius à partibus Frantæ in Suevorum Regem advocatus ſæculo 5. cap. 6. pag. 256.*
*Funchalenſis ſedes cap. 2. §. 2. pag. 12. §. 3. pag. 34.*

## G

*Gallus Hoſtilianus Imperator ſæculo 2. & 3. cap. 6. pag. 139.*
*Garciæ Loaiſæ hiſtoria de concertatione inter Epiſcopos Bracarenſem, Toletanum, & Compoſtelanum in Concilio Lateranenſi 4. ficta, & falſa ſæculo 1. cap. 1. pag. 87.*
*S. Geneſius ſæculo 1. cap. 2. §. 5. pag. 102.*
*Goanenſis Epiſcopatus cap. 2. §. 2. pag. 12. §. 3. pag. 53.*
*Gordiani duo Cæſares ſæculo 2. & 3. cap. 6. pag. 138.*
*Gratianus Imperator ſæculo 4. cap. 5. pag. 208.*
*Gravii, ſive Grovii populi cap. 2. §. 1. pag. 9. cap. 3. pag. 54.*
*Græci in Hiſpania, & Portugalia cap. 3. pag. 53.*
*Gregorius Emeritenſis Epiſcopus ſæculo 5. cap. 1. §. 2. pag. 227.*
*Gundericus Wandalorum Rex ſæculo 5. cap. 6. pag. 252.*

## H

*Hebræi unde dicti cap. 1. pag. 2.*
*Helvii cap. 2. pag. 50.*
*Helvius pertinax Imperator ſæculo 2. & 3. c. 6. pag. 137.*
*S. Hermenegildus Martyr, & Luſitaniæ Rex ſæculo 6. cap. 6. pag. 328.*

Digitized by Google

*Hermenericus Suevorum Rex ſæculo 5. cap. 6. pag. 253.*
*Hiſpaniarum diviſio cap. 2. pag. 6. cap. 3. pag. 54. quando Vicarium habere cœperunt, & cui Præfecto Prætorio parebant ſæculo 4. cap. 5. pag. 209.*
*Hormiſdæ literæ ad Hiſpanos ſæculo 6. c. 2. §. 1. pag. 285.*
*Homeri ſententia de Olyſipone ab Ulyſſe fundata. cap. 3. pag. 52. & 53.*

# I

*S. Jacobi adventus in Hiſpanias ſæculo 1. c. 1. pag. 75.*
*Idacius Emeritenſis Epiſcopus Priſcillianiſtas exagitat ſæculo 4. cap. 2. §. 3. pag. 157.*
*Idacius Bracarenſis Epiſcopus ſæculo 4. cap. 2. pag. 156.*
*Idacius Lamecenſis Epiſcopus ſæculo 5. c. 1. §. 4. pag. 233.*
*Idacius Lemicæ ſæculo 5. cap. 1. §. 4. pag. 233.*
*Idolorum fractores inter Martyres non numerabantur ſæculo 4. cap. 4. pag. 189.*
*Jejunii lex in Sabbato per Hiſpanias ſæculo 4. cap. 4. pag. 181. non in Julio, & Auguſto ſæculo 4. cap. 4 pag. 181.*
*Jerabrica Epiſcopalis Sedes vetus cap. 2. §. 3. pag. 33.*
*Imago B. Mariæ à B. Jacobo collocata in ſimulacro Cereris ſæculo 1. cap. 1. pag. 77.*
*Indulgentiarum uſus ſæculo 5. cap. 8. §. 5. pag. 263.*
*Innocentii I. Epiſtola ad Decentium de S. Petri adventu in Hiſpanias ſæculo 1. cap. 2. §. 2. pag. 99.*
*Joannes Dumienſis Epiſcopus ſæculo 6. c. 1. §. 8. pag. 284.*
*Joannes Emeritenſis ſæculo 6. cap. 7. pag. 333*
*Joannes Gerundenſis Epiſcopus ſæculo 6. c. 7. pag. 332.*
*Jovianus Imperator ſæculo 4. cap. 5. pag. 206.*
*S. Irena Virgo Luſitana ſæculo 4. cap. 6. §. 3. pag. 222.*
*Ithacius Oſſonobenſis Epiſcopus ſæculo 4. c. 2. §. 5. pag. 159.*
*Julianus Eberenſis Epiſcopus ſæculo 6. c. 1. §. 3. pag. 278.*
*Julianus Imperator ſæculo 4. cap. 5. pag. 204.*

Digitized by Google

# L

*Lacobriga cap. 2. pag. 50.*
*Lamecenſis ſedes cap. 2. §. 3. pag. 22.*
*Laurbanienſe Monaſterium ſæculo 6. cap. 5. pag. 315.*
*S. Laurentius Hiſpanus ſæculo 2. & 3. cap. 6. pag. 139.*
*Leontius Bracarenſis Epiſcopus ſæculo 4. cap. 2. §. 2. pag. 156.*
*S. Leonis Epiſtola ad Turibium, & Luſitanes Epiſcopos ſæculo 5. cap. 5. pag. 251.*
*Leovigildus Gothorum Rex. ſæculo 6. c. 6. pag. 323. & ſeq.*
*Libellatici per Luſitaniam ſæculo 2. & 3. cap. 6. pag. 139. eorum genera cap. 9. pag. 149.*
*Liberius Emeritenſis Epiſcopus ſæculo 4. c. 2. §. 3. pag. 157.*
*Licerius Egitanienſis Epiſcopus ſæcul. 6. c. 1. §. 6. pag. 281.*
*Lingua Luſitanorum ſæculo 6. cap. 8. pag. 337.*
*Lotio pedum in Hiſpaniarum Eccleſiis quomodo, ſæculo 4. cap. 4. pag. 187.*
*Lucentius Colimbrienſis Epiſcopus ſæculo 6. cap. 1. §. 6. pag. 280.*
*Lucidius civis Olyſiponenſis ſuæ civitatis proditor ſæculo 5. cap. 6. pag. 256.*
*Lucii I. Epiſtola ad Hiſpanos ſæculo 2. & 3. cap. 5. §. 2. pag. 132.*
*Lucinius Bæticus ſæculo 5. cap. 8. §. 4. pag. 266.*
*Lucretia, & Socii Martyres Luſitani ſæculo 4. cap. 6. pag. 218.*
*Lucretius Bracarenſis Epiſcopus ſæculo 6. c. 1. §. 2. pag. 277.*
*Luſitania unde dicta cap. 1. pag. 2. & 3. ejus fines cap. 2. §. 1. pag. 6. per Prætores annuos regebatur c. 3. pag. 54.*
*Luſitani Romanorum ſæpe victores cap. 3. pag. 54.*
*Luſitanorum legati ad Conſtantinum in Pannonia mittuntur de incertis, & dubiis edictis ſæculo 4. cap. 5. pag. 197. etiam jam ad Tiberium Cæſarem de Tritone invento ſæculo 1. cap. 3. pag. 106.*

Digitized by Google

*Luſus Liberi Patris cap.* 1. *pag.* 2.
*Lyſa cap.* 1. *pag.* 2.

# M

*Achaonenſis Epiſcopatus c.* 2. §. 2. *pag.* 12 §. 3. *pag.* 41.
*Macrinus Opilius Imperator intruſus ſæculo* 2. *&* 3. *cap.* 2. §. 2. *pag.* 125.
*Mailoſus Britonenſis Epiſcopus ſæculo* 6. *cap.* 1. §. 8. *pag.* 284.
*Malacanenſis Epiſcopatus cap.* 2. §. 2. *pag.* 12. §. 3. *pag.* 40.
*S. Mantius Eborenſis Epiſcopus ſæculo* 1. *cap.* 2. §. 3. *pag.* 97. *ejus martyrium eodem ſæculo cap.* 4. *pag.* 111. *ejuſdem corporis inventio cap.* 2. §. 3. *pag. pag.* 98. *& c p.* 4. *pag.* 111.
*Marcus Antoninus Philoſophus Imperator ſæculo* 2. *&* 3. *cap.* 6. *pag.* 136.
*Marcus Aurelius Severus Alexander : ſub ejus imperio Juriſconſultus Paulus legem dedit ad Luſitanos ſæculo* 2. *&* 3. *cap.* 6. *pag.* 137. *ejus conditio erga Chriſtianos pag.* 138.
*Beatiſſimæ Virginis Mariæ apparitio facta S. Jacobo in Hiſpaniis ſupra columnam à Sanctiſſimo Papa Benedicto XIV. dicitur improbabilis ſæculo* 1. *cap.* 1. *pag.* 93.
*Marianenſis Epiſcopatus c.* 2. §. 2. *pag.* 12. *&* §. 3. *pag.* 46.
*S. Marina, & ejus Martyrium ſæculo* 2. *&* 3. *cap.* 7. §. 4. *pag.* 145.
*Martialis Emeritenſis Epiſcopus à ſua ſede ejectus ſæculo* 2. *&* 3. *cap.* 2. §. 2. *pag.* 125.
*S. Martinus Dumienſis Epiſcopus ſæculo* 6. *cap.* 1. §. 8. *pag.* 283. *cap.* 7. *pag.* 322.
*S. Martini Turonenſis reliquiæ Gallæciam evehuntur ſæculo* 6. *cap,* 6. *pag.*
*Maſdra in Suevorum Regem à quibuſdom evectus ſæculo* 5. *cap.* 6. *pag.* 256.
*Matrimonium in* 1. *affinitatis gradu prohibitum ſæculo* 4. *cap.* 4. *pag.* 190. *ejus diſſolutio per adulterium quomodo*

Digitized by Google

*intellecta est in Concilio Eliberitano sæculo* 4. *cap.* 4. *pag.* 178.
*Matrona Virgo Lusitana sæculo* 5. *cap.* 8. §. 5. *pag.* 267.
*Maximinus Gotho ex Patre natus Romanorum Imperator sæculo* 2. *&* 3. *cap.* 6. *pag.* 118.
*Mausona Episcopus Emeritensis sæculo* 6. *cap.* 1. §. 1. *pag.* 274.
*Melchiadis Epistola sæculo* 4. *cap.* 3. §. 1. *pag.* 160.
*Metropolitæ, & eorum auctoritas per Lusitaniam sæculo* 4. *cap.* 2. §. 1. *pag.* 153.
*Metropoles Lusitaniæ pro temporũ varietate cap.* 2. *pag.* 48.
*Miro Suevorum Rex sæculo* 6. *cap.* 6. *pag.* 323.
*Monachorum institutum in Lusitania, & in aliis Hispaniarum provinciis sæculo* 6. *cap.* 5. *pag.* 314. *Clericorum officiis aggregabantur sæculo* 4. *cap.* 3. §. 2. *pag.* 163.
*Mortui quomodo inquietari dicebantur sæculo* 4. *cap.* 4. *pag.* 184.

## N

*Nabancia, ejus situs cap.* 2. §. 3. *pag.* 10. *&* 40.
*Nankim cap.* 2. §. 2. *pag.* 12. §. 3. *pag.* 45.
*Natales Alexander de S. Jacobi adventu impugnatur sæculo* 1. *cap.* 1. *pag.* 80.
*Næbis, ejus situs cap.* 2. *pag.* 51.
*Norba Cæsarea cap.* 1. *pag.* 8. *cap.* 2. *pag.* 51.
*Nova civitas Aruccitana pag.* 50.
*Nunctus Abbas Emeritensis sæculo* 6. *cap.* 7. *pag.* 333.
*Numantiæ situs in Tarraconensi provincia sæculo* 5. *cap.* 3. *pag.* 243.

## O

*Olindæ sedes cap.* 2. §. 2. *pag.* 12. §. 3. *pag.* 43.
*Olysipo. & ejus Episcopatus cap.* 2. §. 2. *pag.* 11. §. 3. *pag.* 16. *Ab Ulysse fundata cap.* 3. *pag.* 52. *&* 53.
*Olympus Olysiponensis sæculo* 4. *cap.* 6. *cap.* 6. *pag.* 222.
*Origo Alanorum, Suevorum, Wandalorum, & Gothorum sæculo* 5. *cap.* 7. *pag.* 257. *Ori-*

Digitized by Google

*Origenis errores in Bracarenſi Eccleſia ſparſi ſæculo* 5. *cap.* 9. *pag.* 270.
*Oſſen Luſitaniæ oppidum, & ibi miraculum fontium baptiſmalium ſæculo* 6. *cap.* 4. *pag.* 310. *&* 311.

# P

*Palmatius Pacenſis Epiſcopus ſæculo* 6. *cap.* 1. §. 4. *pag.* 279.
*Pamerius Epiſcopus Egitanienſis ſæculo* 5. *cap.* 1. §. 4. *pag.* 234.
*Pancratius Bracarenſis Epiſcopus ſæculo* 5. *cap.* 1. *pag.* 226. *&* 241.
*Paranenſis ſedes cap.* 2. §. 2. *pag.* 12. §. 3. *pag.* 45.
*Paternus Bracarenſis Epiſcopus, ſæculo* 5. *cap.* 1. *pag.* 225.
*Patruinus Emeritenſis Epiſcopus ſæculo* 5. *cap.* 1. §. 2. *pag.* 227.
*S. Pauli adventus in Hiſpaniam ſæculo* 1. *c.* 2. §. 1 *pag.* 93.
*Paulus Concordienſis Luſitanus ne ſit? ſæculo* 5. *cap.* 8. §. 3. *pag.* 265.
*Paulus Eborenſis ſæculo* 6. *cap.* 7. *pag.* 336.
*Paulus Emeritenſis Epiſcopus ſæculo* 6. *c.* 1. §. 1. *pag.* 272.
*Paulus Olyſiponenſis Epiſcopus ſæculo* 6. *c.* 1. §. 5. *pag.* 279.
*Paulus Oroſius Bracarenſis ſæculo* 5. *c.* 8. §. 1. *pag.* 260.
*Pax Julia, ejus ſedes, & ſitus c.* 2. §. 2. *pag.* 11. §. 3. *pag.* 14. *erat Conventus juridicus cap.* 3. *pag.* 55.
*S. Petri adventus in Hiſpanias rejicitur ſæculo* 1. *cap.* 2. §. 2. *pag.* 95.
*Petrus Oſſonobenſis Epiſcopus ſæculo* 6. *c.* 1. §. 4. *pag.* 279.
*S. Petrus Ratenſis Epiſcopus Bracarenſis ſæculo* 1. *cap.* 2. *pag.* 99. *ejus mors cap.* 4. *pag.* 111.
*Pentecoſtes feſti celebrandi error in Hiſpaniis damnatus in Eliberitana Synodo ſæculo* 4. *c.* 4. *pag.* 186.
*Phœnices in Hiſpania c.* 3. *pag.* 52.
*Philippus Imperator ſæculo* 2. *&* 3. *cap.* 6. *pag.* 138.
*Philippus Lamecenſis Epiſcopus ſæculo* 6. *cap.* 1. §. 6. *pag.* 281.

Digitized by Google

*Picturæ non erant in Ecclesiis, sæculo 4. c. 4. pag. 185.*
*Placentia c. 2. pag. 51.*
*Populi Serpenses c. 2. pag. 50.*
*Portalegrensis sedes c. 2. §. 2. pag. 12. §. 3. pag. 39.*
*Portus Annibalis c. 2. pag. 50.*
*Portugaliæ nomen c. 1. pag. 4. & 5. ejus fines c. 2. §. 1. pag. 8. ejus divisio in suas provincias, ibidem.*
*Portugalensis sedes c. 2. §. 2. pag. 12. §. 3. pag. 25.*
*Possidonius Eminiensis Episcopus sæculo 6. c. 1. §. 6. pag. 280.*
*Potamius Eminiensis Episcopus sæculo 5. c. 1. §. 3. pag. 232.*
*Potamius Olysiponensis Episcopus sæculo 4. c. 2. §. 4. pag. 159.*
*Prælaturæ Gojacienſis, & Cujabacensis c. 2. §. 3. p. 47.*
*Prioratus do Crato magnus, & antiquus c. 2. §. 3. pag. 32.*
*Priscillianistarum errores sæculo 4. c. 7. pag. 223.*
*Probus Imperator, ejus conditio erga Hispanos sæculo 2. & 3. c. 6. pag. 140.*
*Profuturus Bracarensis Episcopus sæc. 6. c. 1. §. 2. pag. 277.*
*Promontorium Sacrum c. 50. inde asportatum fuit corpus S. Vincentii, sæculo 4. c. 6. §. 1. pag. 214.*
*Pseudochronicorum catalogus c. 5. pag. 73.*

## Q

*Quintianus Eborensis Episcopus sæculo 4. cap. 2. pag. 159.*
*S. Quiteria., & ejus Historia sæculo 2. & 3. c. 7. pag. 140.*

## R

*Rebaptisantium error sæculo 2. & 3. c. 8. pag. 148.*
*Reccaredus Gothorum Rex, & Lusitaniæ sæculo 6. cap. 6. pag. 328.*
*Rechiarius Suevorum, & Lusitatiæ Rex sæculo 5. cap. 6. pag. 254.*
*Rechila Suevorum Rex, & Lusitaniæ sæc. 5. c. 6. pag. 254.*
*Regcs Suevorum incerti sæculo 6. c. 7. pag. 320.*



Digitized by Google

*Remiſmundus Suevorum, & Luſitaniæ Rex ſæculo 5. c. 6. pag. 254.*
*Remiſol Viſenſis Epiſcopus ſæculo 6. c. 1. §. 6. pag. 281.*
*Reſendii ſententia de Portugalenſibus Epiſcopis rejicitur c. 1. pag. 5. catalogum edidit vocabulorum luſitanorum à Græcis relictorum ſæculo 6. c. 8. pag. 338.*
*Reſplendianus Alanorum Princeps Luſitaniam occupat ſæculo 5. cap. 6. pag. 252.*
*Roderici Portugaliæ Infantis epitaphium in Eccleſiolæ Monaſterio c. 4. pag. 64.*
*Romanorum linguæ cum Græca commixtio ſæculo 6. cap. 8. pag. 337.*
*Romanorum mores apud Luſitanos c. 3. pag. 56.*

## S

*Sabaria D. Claudii colonia in Pannonia ſæculo 4. c. 5. pag. 197.*
*Salacia c. 2. §. 3. pag. 33. & 50.*
*Salmantica in veteri Luſitania c. 2. §. 3. pag. 13. & 51.*
*Sardinarius Lamecenſis Epiſcopus ſæculo 6. cap. 1. §. 6. pag. 281.*
*Scalabis c. 2. §. 3. pag. 50. conventus juridicus c. 3. pag. 55.*
*Sergius Galba cũ Othone Hiſpaniã rexit ſæc. 1 .c. 3 . p. 109.*
*Severus Imperator ſæculo 2. & 3. c. 6. pag. 137.*
*Sixti II. Epiſtola ſæculo 2. & 3. cap. 5. §. 3. pag. 134.*
*Subdiaconorum continentia ſæculo 4. c. 4. pag. 183.*
*Synagius Bracarenſis Epiſcopus ſæc. 4. c. 2. §. 2. pag. 156.*
*Sylvius Otho Luſitaniam adminiſtravit, & poſtea Romanorum Imperator ſæculo 1. c. 3. pag. 109.*
*Suevorum Reges Ariani ſæculo 6. c. 7. pag. 320*

## T

*Talabriga cap. 2. §. 3. pag. 51.*
*Templa gentilium in Luſitania c. 3. 3. pag. 56.*
*Templa chriſtianorum nondum in ſæc. 1. c. 4. §. 2. pag. 114.*

Digitized by Google

*Theodoricus Gothorum Rex adversus Rechiarium sæculo 5. cap. 6. pag. 255.*
*Theodomirus, sive Ariamirus Suevorum Rex sæculo 6. c. 6. pag. 322.*
*Theodosius Imperator sæculo 4. c. 5. pag. 209.*
*Tiberius Cæsar Hispanias rexit sæculo 1. c. 3. pag. 106. ejus imperio D. Jacobus Hispaniam venit, ibidem: ad eundem Hispanorum legati accedunt, ibidem.*
*Tiberius Claudius à Prætorianis militibus Romanorum Imperator suffectus est, sub ejus imperio S. Jacobi corpus Gallæciam venit sæculo 1. c. 3. pag. 108. Judæi exules Hispanias petierunt, ibidem.*
*Titus Antoninus cognomēto Pius sæc. 2. & 3. c. 6. pag. 136.*
*S. Torpetis corpus in Eborensem Diœcesim fuisse evectum fertur sæculo 1. c. 4. §. 2. pag. 113.*
*S. Torquatus, & ejus Socii sæculo 1. cap. 4. pag. 111.*
*Trajanus Imperator, ejus conditio erga Lusitanos, pons ab ipso corstructus sæculo 2. & 3. c. 6. pag. 135.*
*Transmontana provincia, ejus situs, fines, & populi c. 2. §. 1. pag. 9.*
*Transtagana provincia, ejus fines cap. 2. §. 1. pag. 9.*
*Trogus Pompejus Hispanus sæculo 2. & 3. cap. 6. pag. 136.*
*Tubalis adventus in Hispaniam c. 1. pag. 2.*
*Tubuci, ejus situs c. 2. §. 1. pag. 10. §. 3. pag. 50.*
*Turdetani, eorum loca, & peritia c. 2. §. 1. pag. 10.*
*Turduli, & eorum loca c. 2. §. 1. pag. 9.*
*S. Turibius Apostolicæ sedis Vicarius in Priscillianistarū negotio per Gallæciam sæculo 5. c. 4. pag. 250.*
*Timotheus Portugalensis Episcopus sæc. 6. c. 1. §. 7. pag. 283.*

# V

*Vacca c. 2. §. 3. pag. 23. & 51.*
*Valerianus Licinius una cum Gallieno filio Romanū imperium susceptit sæculo 2. & 3. c. 6. pag. 139.*
*Valentinianus Imperator sæculo 4. c. 5. pag. 207.*

Digitized by Google

*Vallia Gothorum Rex adversus Lusitanos sæculo 5. cap. 6. pag. 253.*
*Varronis sententia de Lusitaniæ nomine cap. 1. pag. 3. ejus elogium à M. P. Augustino ibidem.*
*S. Verissimus, & Sorores Olysiponenses Martyres sæculo 4. c. 6. pag. 216.*
*Vespasianus Flavius Imperator Lusitaniam divisit in tres conventus, Latii jus universæ Hispaniæ tribuit sæculo 1. cap. 3. pag. 109. ab eo civitates quædam in Hispania Flaviæ cognominantur pag. 110.*
*Vigilantius, & ejus errores per Hispanias sæculo 5. c. 9. pag. 272.*
*Vigilii Epistola ad Profuturum Bracarensem sæculo 6. c. 2. §. 2. pag. 286.*
*S. Vincentius Diaconus Cæsaraugustanus, cujus corpus Olysipone in magno templo asservabatur sæculo 4. cap. 6. pag. 214.*
*S. Vincentius, Christetis, & Sabina Martyres Ebocenses sæculo 4. cap. 6. pag. 216.*
*Victor, & Socii Martyres Bracarenses sæc. 4. c. 6. pag. 218.*
*Virgines Sacræ, & Moniales quando inceperint in Hispaniis, & earum vivendi genus sæculo 4. c. 4. pag. 180.*
*Virgilii de Ænea figmenta cum aliis Homeri de Ulysse comparata cap. 3. pag. 53.*
*Visensis sedes cap. 2. §. pag. 23.*
*Urbium, & oppidorum veterum nomina, & situs Lusitaniæ cap. 2. pag. 50.*
*S. Wilgefortis, & ejus historia sæculo 2. & 3. c. 7. §. 2. pag. 142.*

# FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

9946
9 vol.
Digitized by Google

Digitized by Google